


DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room



- 1528 .

Recueil de la poésie

par Guillaume BUDÉ (Paris 1467-1540)

Sous le nom de François I^e

philologus

Contenant le Discours de François

comme il a été fait

édition, et Paris 1511

DE ASSE

ET PARTIBVS EIVS, LIBRI

Quinque, Gulielmi Budæi Parisiensis à secre
tis regis Franciæ, nuper recogniti
amplores facti, à fur-
to que vindicati.

Eiusdem de Asse & partibus eius,
BREVIARIVM.

Πολλὸς μάνισσας ἔσθιεν οὐδὲ μιμήσας.
Multus cauillari promptius est ἢ emulari.



COLONIÆ,

Opera & impresa Ioannis Soteris,

Anno M D XXVIII,

Mense Augusto,

IN ASSEM BVDAEI,

SV GVLIELMVS

BVDAEVS PARISIENSIS, RE-
gius secretarius, ad optimū quenq; & cādidiſſe
mum uirum literarum & philosophiae stu-
diosum, præfatio in libros de Af-
ſe & partibus eius.



ATVRA COMP A-
ratum esse uidemus, ut qui ali-
quid efficere se posse confidat:
ij ad id aggredieđum, auspican-
dum, absoluendum, toto(ut dici-
tur) pectorē, totaq; cogitatione
incumbat. Id'q; nihil secius eiſi
absq; rei familiaris detrimento,
aut ualetudinis incommodo fa-
cere non posse intelligent, nedū

fi nullum inde dignum operæ pretium expectent: tanta uis est na-
ture ad ea impellentis ad quæ nos aptos fecit. Quum autem huma-
nis animis nihil magis intelligentia ingenium sit, quæ parens est
ipsa omnis inuentionis: sit eiusdem naturæ instinctu, ut q; quisque
ingenio maxime præstat, tam is ad comminiscendum semper ali-
quid maxime int̄etus sit & prouis. Quod uidens(ut arbūror) Ho-
merus ingeniorū uertex, homines alpheſtas interdum appellauit:
quasi indagatores & inueniendi ui prædūos. Interdum id uocabu-
lū pro hominibus usurpauit, quasi scilicet hoc hominis maxime pro-
prium esse existimaret, indagare & inuenire. Inde artiū omnium
consummatio, quas Varro intra mille annos repertas & absolutas
fuisse tradit, cum uarias scilicet usus mediādo excuderet artes ut
inquit Homerus Mantuanus. Verumen iuero res multæ præcla-
ræ ab antiquis uel inuentæ, uel usurpatæ, & in eorum usu positæ,

Homines
alpheſtae.

īa

P R A E F A T I O.

ita uel cui situ squalidæ, uel incuria temporum neglectæ, uel rerum inclinationibus diu desitæ fuerunt, ut n̄ erum inueniendas in usum suum easdem posteritas habuerit. Quare uirorū acrīum doctorumq; diligentia tantum una & altera ætate effectum est comentiādo, ut antiquitas propemodum interpollata in usum lingue Latīnæ ad nos peruenisse uideatur. Quum igitur ad ea quæ restabant inuestiganda, ita animatos & quales ætatis nostræ studiosos animaduerteret, ut certatum unusquisq; in cōmune negotium nauare operam contuleret, quasi ē medio desumere sibi gloriæ argumentum: ausus sum & ipse cum ad hæc studia, nec parum nec leui-
 ter incubuisse quæ comminisci potueram in medium afferre: si
 foris ipsa quoq; placere, & adiuuare labore inquirentium possent.
 Itaq; annotationes primum in Pandectas edidi. In quibus non pau- Annotationes.
 ca contra receptam in uulgi hominum opinionem, & multarum sententia præiudicatam, in iudicium deduxi: nonnulla etiā fortasse ne inter doctos quidem satis animaduersa. Qua in re uti-
 nam mihi nō obfuerit quod tumultuosius quam decebat in medium attuli, quæ tumultuarie collegeram: ita enim incōsulto feroore me intuli in publicum, ut facilius culpm deprecari quam nunc inficiari aut excusare possim: ausus ipse Mineruam (ut aiunt) Athenis uiolare, id est Accursii autoritatem inter iurisperitiissimos obtrea-
 stare, quæ summa & optima pars est nostrorum magistratum. Nunc alteram lucubrationē grandioris incepit operosioriūq; pro-
 fero: nō in unum genus illam scriptorum editam: sed in uniuersum pertinentem ad antiquitatis interpretationem, & per omne prop̄ genus autorum probiorum utraq; lingua patente. Sed & illud in-
 terest quod in illa commentatione cum ignorantiae alumnis res m̄bi tatum fuit, quibus ferè ueritas retrorsum longius repetita per-
 suaderi uix potest. Docti autem uiri nullum mihi negotium faces-
 sere uidebantur, qui uel ipsi ueritatem suapte intelligentia depre-
 hendere solent, uel dociles ad optimam quanq; doctrinam se præbe-
 re non grauantur. At uero huī ea ratio est & conditio, minime

IN ASSEM BVDAEI,

quidem ipsa popularis: ut quas res in iudicium affero, ijs de rebus censuisse recte nō nisi solus & unus possim. Quo fit ut si in summa fortē operis (ò p̄cipiēm scribendi sortem non modo ancipiēm) halucinatus uidear, omnium scriptorū recentiorum p̄e iudicij, & p̄cipue doctissimi cuiusq; me damnatum iri necesse fit. Huius anxietatis unum solatiū habeo, quod si secundū me (ut spero) docte rum qui nunc sunt superstites consensu pronuntiarū, in huius certaminis palma nullam sibi partem fortuna uendicabit, nullam inde frondem hominum quisquam p̄cepturus est. Nam cum res attuli non forie fortuna repertas, ut legendo fit interdum, sed omnibus uestigij indagatas, ijsq; partim exoletis, partim perplexe inuolutis: tum uero ita res nata tulit, ut enarratorū lites nullas uertere in meam rem potuerim, quum eodem errore (nisi fallor) cōcordes ad unum offenderim: sic fit ut nec repositū cibum nec frigidū attulerim, nec qui fastidiū mouere stomachis redundantibus possit. Primus enim (ut reor) instaurandam hanc partem uetus statis suscepī, ab alijs non neglectam, sed uel hactenus conclamatam, uel præuicatione transmissam. Addidi etiam uocabula non è promptuaria penū sumpta, quum ipsum per se operis argumentum suop̄e gustu posset ad stomachos acriores facere, nulla etiam sermonis iucunditate conditum. Tūlum operis enim elegi qui rem tractandam implere recte intelligentibus posset, nec tamen profiteri Archimedēū quoddam inuentū uideretur, aut uidā spem legentiū immani pollē citatione frustrari. Nam neq; eiusmodi librum condidisse gloriō, qui in arce Mineruæ statim consecrandus sit: nec rursus cuiuslibet industrie esse censeo pondera & mensuras priscorū, numismatis Græci Latiniq; rationē estimationemq;, simul numerādi colligen diq; modum hoc tempore explicasse, ac priscā mundi opulentia ad nummum perpendisse. Id quod nisi effeciſſe uidebor, propositi compos non ero. Mercimonij uero expositi explicatio docebū (ut est in sermone hominū) quid institor rerū nouarū uisendū attulerit. Neq; uero uitio mihi uertetur (ut arbitror) quod ad huc unus inuentus

Titulus
operis. Argumen
tum.

sim

P R A E F A T I O.

sim, qui res dēfīssimō situ uetus tatis obductas refricare nunc auderem, reiq; cōplorat& et ab alijs abiect& explicationē ab longioribus
 seculis repetere, q̄ut eorū nunc redire scientia postliminio posset,
 præsertim accendentibus tot memoriæ nostræ superiorisq; præaudi-
 cijs. Nō sum enim nescius quo sđā de opere tantū fama cognito, nec
 adhuc absoluto sententiam eam tulisse, prop̄e ut bidental mouisse à
 quibusdam existimarer, qui tanto interuallo hunc lapidem molirer
 ab omnibus intactū, aut certe inconcussum. Hoc aut̄ ea de causa li-
 benius suscepī, ut æqualiū posterorumq; studia nostrorum præci-
 pue, ad parem aut maiorem contentionem excitare, & in eandem
 causam mecum q̄plurimi incüberent: simul otiosæ huius uiae rationē,
 quam libes amplexatus sum occasione præbete temporis cōdizione,
 constare mihi apud patriā uolebam. Cuius rei indiciū hoc esse uola
 quod nemini uni hunc librū, sed genio Franciæ patriæq; dicare con-
 stiui. Nullum enim amplius præmiū laboris prop̄e sesquiāni exo-
 ptaui, quād ut gratiam uniuersim à Frāciis & subinde à Parisien-
 fibus municipib; meis inirem. Dolebam etiam uehemeter eam op̄e-
 nione temere inualuisse, quasi ingenia Gallica à quinquatribus Mē-
 neruæ interdicto naturæ summoueretur. Qua de re in opere ipso
 quid sentirem explicui. Itaq; sub nomine iam dicto librum auspica-
 te proditurū censui, ut uel genio uel Mineruæ Franciæ quasiq; in
 æde honoris publici dicatus esse uideatur. Nunc uiros doctos huius
 certaminis iudices, qui de captu nostro scriptis alijs cognito, conie-
 cturā facturi sunt in huius operis summā, exorādos habeo, ut Areo-
 paginarum more rem magis iudicandam q̄ reum animaduertat: li-
 brum prius perlegant, relegantq; argumenta probationsq; expen-
 dant, ita quod uisum fuerit ad extremū pronuntiēt. Et quando ita
 neceſſe est, ut ex oratione nostra cōſtimatio nostri fiat, quum libris
 in publicum editis calculum ipſe iudicibus iam porrexerim, monūcs
 eos uelim ut ſpecimen iudicij nō à muſteo adhuc ſtilo noſtro tyroci-
 niq; feruore exultanii, ſed ab auſteriore ſumant, aut qui iam inte-
 puiſſe et cōſediffe uideatur, nō glixer atq; ſi de uino iudiciū facien-

IN ASSEM BVDAEI,

dum habeant, de amphora poium aut cerie de dolio quam de lacu-
sum par sit. Postremo autem hoc libens ab omnibus lectoribus arbē-
tris & ipsis operis postularim, ut cum mihi leuiores culpas condo-
narint, cui Aristarcho nullo utilicuit: sicuti obscuriores fuimus, q̄
ut abs quolibet lectore planè aut facile intelligamur, (ut certe in-
terdum de industria fuimus, quoniam ita referre decori arbitrabā-
mur) ibi ut diē ipsi partim iudicij sui diffundant quoad alios acrio-
res consuluerint, partim quasi sibi hæc inquirere non uacet,
aut pigeat, de figuratis locis non liquere fateantur: po-
rius quam ut præpropere, aut iniuste quicquam de
nobis pronuntient. Vale optime lector, et ean-
dem in causam mecum primo quoque
tempore incumbe. Parisii Idi-
bus Martij Anno
domi-
ni.

M D X IIII.

R E R V M

E T V O C V M I N S I G N I V M

hoc opere explicatarum, Index.

- A Bdemonus tyrius 388.389 ueritatem historiæ
acacus 22 ægyptiorū opes 396 peruerterū 387
achilles Homeric⁹ 42 ærarij Ro. copie 139
actiacus exercit⁹ 243 ærariū Ro. sanctius à
addicere nūmo 79 Cæsare direptū 142 agnatio 597
adespota & res adespo ærarium Ro. ex tribus
iae 301 reddītum generi-
adytum in aula quid bus 297
sit 68 æris millia 111.115
admissionales qui sint æris centum millia ibi.
347 æs alienū Cæsaris di-
administrationis publi catoris 164.167
cæ integritas ardua 642
adraſtia Nemesis 59
aduocatorum honora-
rium 521
ædes Romæ magnifi-
cæ 257
æolidæ trælatiue 350
æoli in aula 657
ænigmatis usi sunt pri-
sci 388
ædiliūia munera 131
ægypti redditus 299
ægyptij Iudeos exof-
- æthiopiā Romana ar-
ma in usernut 249
agere res alias 69.
& 395
agnatio 597
agones ep̄naphij 644
aius locuius 353
alastores dæmōes 609
albati scurræ 644
in Albū æternæ p-
uidentiae relati 597
alæ equiū 55
alcioni apolodus 648
alecto irrequieta 637
alexander magnus Ho-
meri studiosus 65
& 153
alexandri cōuiue 228
alexäder quas opes Su-
sis repererū 328
alexädri in nuptijs lu-
xus 330
alexandri Augustale
& prætoriū caſtren-
se 331
alexädri uinositas 451
alexädrocolaces 330
et al-

IN BVDAEI ASSEM,

alexander Polyhistor	angelus Politianus	23	apocalypsis parcarum
378	ꝝ	400	est cōmentariū 633
alexandria	angeli Politiāni pane-		apocatastasis 677
alexiac⁹ Hercules 591	pistemon	403	apolides 660
ꝝ 650 et 664	anginariū pyru	609	aqua Chrysulcæ uis
alogiftia	anima ꝝ animus	28	205
amafis q Pharaō	annibalis putei	305	ara Lugdunen.
ambianus Ro.	anniversaria foedera		arbores in quinquun-
ambitus lex		339	cem digestæ 23
ambitionis amplexus	annos ferre	598	archidicastes 301
643	anodynæ catapotia		archiplanus dæmon
ambitione perditos in		658 ꝝ 635	649
aula notat			argentū signatum 78
ambitiosorū spes	antæus ab Hercule ui-		argētū Parisinū 204
544	ctus	355	argentū cineraceū ibi-
amymones	anthypophora illis re-		argētū pustulatū 205
amphoræ forma	spondēs qui linerarū		argēti ad aurum ana-
403	seculariū studiū da-		logia 310. 207. 210
ꝝ	mnan	617	argentea uasa 257
amphora 402 et 428	anthropolates	657	argentū Rom. sermo-
ꝝ	antigoni cyathi	444	ne auro fuit celebra-
amphora quinquagena-	antipathian segetū mi-		tius 275
ria	scere quid sit	554	argentifodinæ memo-
amphoterooplus	antonij coena	241	rables 304
58	antonius à Prato cäcel		argenteus quo CHRI-
amussis alba	larius Fraciæ	673	S T V S diuenditus
anadyomene Apellis	apartilogia	225	500
157	apellis anadyomene		
anagnostæ serui			argentū quādo primū
150			Romæ signatu 505
ꝝ	aphrodisium	513	argyraffides 55. 332
anantapodoton	appion Polyhistor	389	argyrocoptum Lugdu-
620	apirocaliq	63	nensium 311
anaphora	apikij luxus	187. 188	ergy
19			
anatocismus antiquo-			
rum			
530			
androosphinx			
666			

I N D E X.

<i>argyrocopiorum pyxi-</i>	<i>assis partes hodiernæ</i>	<i>atrienses</i>	348
<i>des</i>	<i>207</i>	<i>524 auaritia mira</i>	306
<i>arietes talentares</i>	<i>309</i>	<i>552 augusti genitura</i>	123
<i>arimaspea carmina</i>		<i>503 augusti imperiū</i>	248
	<i>648</i>	<i>aschematistos</i>	11 augusti potestas
<i>aristides</i>	<i>655</i>	<i>asice imperata ab Syl-</i>	<i>augusti prouinciae, le-</i>
<i>aristippei ibide et</i>	<i>657</i>	<i>la uiginti millia ta-</i>	<i>giones</i>
<i>aristoteles quantū præ-</i>		<i>238 augusti gesta</i>	248
<i>mīū acceperit ab Ale-</i>		<i>asia deuicta luxuria ē</i>	<i>augusti testamētū</i>
<i>xadro pro animaliū</i>		<i>Romā inuicta</i>	244 <i>augusti opera publica</i>
<i>historia</i>	<i>154</i>	<i>asia pprie dicta</i>	294 <i>254</i>
<i>arma hecatombœa</i>	<i>158</i>	<i>asinareatina quāsi sit</i>	<i>augustus amicorum lo-</i>
<i>ꝝ</i>	<i>491</i>	<i>estimata</i>	<i>cupletator</i>
<i>arpennum</i>	<i>411</i>	<i>117 asin⁹ memorabilis</i>	<i>274 augustus quantū bibe-</i>
<i>artes quæ nunc euilue-</i>		<i>aspectus quadrantalɪs,</i>	<i>resolūus</i>
<i>runt olim habitæ in-</i>		<i>17.nonagenari⁹ ibi.</i>	<i>446 augustale</i>
<i>pretio</i>	<i>152</i>	<i>trientalɪs, 18.trique</i>	<i>590 augustale Alexandri-</i>
<i>artes liberales</i>	<i>659</i>	<i>trus, sextus, sexage-</i>	<i>330</i>
<i>artificia antiqua</i>	<i>277</i>	<i>narius, semissis, qua</i>	<i>auletes</i>
<i>arura</i>	<i>382</i>	<i>dratus, tetragonus,</i>	<i>300 aulæ pernicies</i>
<i>aruū ueruactū</i>	<i>410</i>	<i>hexagonus, sexage-</i>	<i>68 aulicastri</i>
<i>as est libra ꝝ podo</i>	<i>3</i>	<i>narius,</i>	<i>ibide aulici sacerdotes</i>
<i>as</i>	<i>31</i>	<i>asp̄edius cū haristes</i>	<i>593 624</i>
<i>as nummulus</i>	<i>77</i>	<i>assyriorū regnū</i>	<i>378 aulici episcopi</i>
<i>as ꝝ assis dipondius</i>		<i>ata</i>	<i>464 aulæ simulatio ꝝ a-</i>
	<i>498</i>	<i>ctēli</i>	<i>427 Etus</i>
<i>assis partes</i>	<i>1</i>	<i>athei philosophi</i>	<i>648 aulæ eloqu⁹ ꝝ crimi-</i>
<i>assis in partes aut i as-</i>		<i>athenienſiū censuſ</i>	<i>636 na</i>
<i>sem diuidiū reso-</i>			<i>660</i>
<i>mnis</i>	<i>8</i>	<i>athenienſes diuites</i>	<i>414 aulicus theramenes et</i>
<i>assis mille ualuerū au-</i>		<i>athenienſiū reddit⁹</i>	<i>415 curia</i>
<i>reos decem</i>	<i>281</i>	<i>atlantes in colūniis me-</i>	<i>662 aurei uersus Virgilij</i>
		<i>taphorice</i>	<i>600 268</i>
			<i>as 5 eureus</i>

IN ASSEM BVDAEI,

aureus	190	aureæ compedes Da-	bonū summū	617
aurea numismata ♂		rij	brochus	485
prisca expensa 195		auri ♂ argenti talēta	bruta fulmina	341
♂ 197		non fuerunt aqua-	bulæ Themis	627
aureus Atticus stater		lia	briareus aulicorū	622
	199	aureū seculū	burbonianus dux magi	
aureus centenis fester-		auri libra	ster equitū	675
ijs æstimatus 112		auri libra in iure	busta Gallica Rō	341
aurei æstimo <i>t</i> iure		autolici	C Adus congiarius	
auri pretiū 202 (521)		axiomata aulicademiæ	454. 477	
auri libra Rō, et uncia			cæsaris ♂ aliorum &s;	
	203	B Abylonicū talen-	alienū	164. 167
auri summa nota 205		tum	cæsar corruptor ani-	
aurum olim Romæ ra		babylonicorū triclinia	mofissimus	171. 281
rū	208. 275	riūm pretiū insigne	cæsaris donatiuum ♂	
aurū duodecimariū			congiarium	238
et uicenariū, duo et-		basilium ♂ Nazianze-	cæsaris pecunia	245
uicenariū ♂ unde-		nus et alij antesigna	caij principis prodigē	
uicenariū	211	ni	tia infamis	312
aurū Tolosanū	307	batus	calderinus	444
auri celaturæ raro a-		bellatores fugillat pon	calendariū	81
pud Romanos men		tifices	caligulae coena	322
tio	275	belus rex	caligulae domus	282
auri indicaturæ 203		beroaldus	callipide in aula	643
auri metalla quondam		berossus historicus	cambyses	287
in Gallia	306	bibliotheca Lucul.	cancellarius	347
auri ad argentū analo		172	cæcellari⁹ Fräciæ	672
bicongius Marci Cice		bicongius Marci Cice	canon frumentarius	
gia 207. 210. 310		ronis filius	474	
auri metalla exhausta		bis et uicies sestertiūm	canonici iuris seu pon-	
hoc tempore	310	Nerōis prodigalita	tificij libri taxantur	
aurea domus Neronis		te profusum	608	
	318	blondus	canon	

I N D E X.

- canon penitatio 312
 canon reddiuū 233
 capito Cossutiās 144
 caput Ciceronis quātī
 sit aestimatum 264
 cardiulcus 663
 cardinaliū galeri 545
 cassiana iudicia, id est
 seuerissima 596
 cardines mathematici
 18
 castor & Pollux 661
 catasta 56
 catastrophe fabulæ 55
 catone hoc contenti si-
 mus 68
 catorthomata 650
 cauere capite 596
 causia cardinalium
 644
 cedrinæ liburnicæ 516
 cedrina st̄emata 30
 celeno 590
 cellulæ septuaginta in
 Aegypto 390
 censuſ Maroniſ 266
 censuſ Athenienſiū 411
 censuſ senatoriuſ 147.
 95.128
 censuſ equeſter 147.
 128.129
 cecilius Claudius Iſi-
- dor⁹ quātū testamē 10 reliquerit
 censuſ primæ classis
 centauri 499
 cētena uerbū in nume
 ris antiquis ſæpe ſup
 plendum 314
 cētenarij iudices 215
 centefima uſura 80
 centies feſtertiūm 130
 & 221
 centies feſtertiūm com
 pēdiosa locutio 103
 centū aeris millia 111
 centuria 442
 centuriale aruū 604
 centuſiſ 3.496.524
 cepio 308
 ceramium 474
 ceramīū Thracicū idē
 est qđ Stamnū 455
 ceratiū & ſiliqua 203
 cæræ primæ hæredes
 598
 cernere hæreditatē ad
 quos pertineat 597
 ceruical regis Persarū
 333
 chalcus 489
 chamæleontes aulici
 446
 chares historicus 330
 cheopina, Χέ πίνειν
 484
 chiliades 164
 chirobij 468
 choenix 447 & 455
 465
 choragus 54
 choragium 620
 choregia 419
 chrestologi 349
 christiā historicis odio
 habiti 391.393
 christi dogma 393
 christo. Longol. 520
 christus Hercules ale-
 xiacus uerus 591 et
 650.664
 christus Ianus geminus
 633
 christus Mecurius cur
 ſit dicendus 632
 christianorum res per
 inuidiā ſilentio trāſ-
 miſſæ 392
 chrysamm̄os 292.305
 chryſtiſ 292
 chrysomalleoues 355
 chrysophyſium 204
 chrysophyſies Parisien-
 sis ibidem
 chrysulæ aquis 205
 chus

IN ASSEM BVDAEI,

chus mensura	450	cochlea miranda	514	cōspicilia oraculorum
cicerō merito à Græ-		coctura	525	595
cis accusatus	20	cælo esse	625	conscripiti
cicerō humana scripsit		coena Antonij	241	consulū & prætorum
minerua	30	coena uitelliana	319	Romanorū qui du-
ciceronis domus	259	coena caligulæ	322	ces erant exercitū
ciceronis caput quāti uē		coena recta	489	poteſtates
dīnum	264	coenationū triginta ca-		cōtignatio triginta coe-
cicerō prouincia depo-		pax contignatio na-		nationū capax
suit	270	uis	513	cōturbare id est pecu-
cicerō Ciceronis filius		cœnobiarcharū ambi-		niā diffidpare
temulentia notatus		tio et dinundinatio		conuenē Synclydes
	430	coenobiarcha. i. ab(588		
ciceronis stomacho fer-		bas	592	cōuenē & apolides in
re	59	collimare	528	aula
cimeliarchiū	130	colophonē imponit di-		660
cintia lex	522	sputationi Budæus		cōuiuæ alexandri Per
circus maximus à Cæ-			228	sarumq; regū
sare dictatore extru-				228 copiæ Romanæ
ctus	277	columbarū pretia	119	349
cistophori	160	comitiales dies	362	coronidē imponit dispu-
classes Ro.	412	cōparatio diuñiarū no-		tationi Budæus
classis primæ censuſ		ſtri tēporis cum pri-		228
	499	sca opulentia	586	corpus organicū
classis xerxis 509(513		cōpetitores sacerdotio-		24
clavi denarū librarum		rū taxātur	644	corruptor animosissi-
claudij lfidori opes	135	conciliū gallicani auto-		mus Cæſar
cleopatré luxus in cō-		res carpit	624	171-281
uiuio	241 (130	confectaria	619	corus
cleopatré uno	168	cōgiaria Augusti	250	482
clodij domus	278	cōgiarius cadus	477	cothurnata scelera
cocci pretiū	145	cōgiū diuersa acceptio		
			451	590
				cotula
				447-428
				crassi diuñiae
				136-165
				crassus orator
				257
				cratetis in mātica phi-
				loſop

I N D E X.

loſophari	666	cidatus	333	422
croſſus et Midas	620	darius filiam Alexan-	dro offert cum dote	demosthenes ſilentiū ma-
eruſtulū ſanctificū eu-		opima	334	gno uēdidiit 41; (524
chariftia	606	darius lōgimanus	325	darij æſtimatio 133 ♂
cubus	401.403	darij Persarum regis		denarius drachmalis
culei duplares	515	luxus	231	denarius diurnus 496
culei Trimodij	518	darius ultimus	325	denarius Frācorū 524
culeus	477 ♂ 481	david & Solomonis o-		denarius nummus 51
cuneus 3;2 . Inter cu-		pes et imperiū	381	♂ 77.118
neos ſedere 364 ♂		david diuifimus regū		denarius quaternis ſe-
cuneis eſſe ibi. 624			368	ſtertijs ualuit 89
euriōis aſ alienū 297		decies centena	187	denarii ſeſter. 112.114
cyathi nomina Græca		decies feſteriū et de-		deprecatio ad lectors
	443	na feſter. 96.497		♂ iudices huius ope-
cyathiffare	444	decumanus	612	ris 460
cyath⁹ 442 . Stare ad		decuma frumēti in Si-		dianome diuifio 497
cyathum	443	cilia	406	dibapha purpura 145
cyathi amiciū, amo-		decuſſis	3 et 33	dicæodotes 301
rū, Demetrij, Anti-		decuſſare	5	dicēdi facultas Gallis
goni	444	dedere ob noxam	621	olim uernacula 37
cyathus ſecundum He-		defruitarium	481	dicere ſacramēto 360
ſychium	456	deiotarus rex	268	dictū memorabile Hy-
cybium	476	delumbare	352	breæ oratoris 241
cynici & momi Harpo-		demensum	466	dichalcum 489 (545
crates facti	640	demetrij profuſio	415	didrachmū 158.491 et
cypria gaza publicata		demetrius poliorcetes		diē manib⁹ dicere 525
	271	demissus animus	510	dies comitiales 362
cyria doxa	640	demofthēes de muneri		diffundi uina 481
D Actylotheſa 284		b⁹ trierarchiæ 416		digiñi argutuli 51
darius	287	demofthenis facultates		digiñus 404
darius aureis compe-				diuipor 31
dibus uinctus et tru-				dynamis

IN ASSEM BVDAEI,

<i>dynamis</i>	24	256	<i>epanaphora</i>	19	
<i>diabolaris</i>	490	dotata Megalia	496	<i>ephectici</i>	20 & 350
<i>dionysiocolaces</i>	330	donatiua uenialia	51	<i>ephestionis funus</i>	329
<i>dioscuri</i>	661	dotes Massilienses	497	<i>epicataphora</i>	19
<i>dipondium as</i>	31.498	drachma	6.84.91	<i>epidecatum fœnus</i>	87
<i>diuis officina</i>	361	dramaticum opus	11	<i>epilog⁹ hui⁹ opis</i>	554
<i>diuiniae Claudi⁹ Irido-</i>	<i>ri</i>	<i>ducenarij iudices</i>	215	<i>episcoporum & cardि-</i>	
	135	<i>duella</i>	6	<i>naliū ipunitas</i>	609
<i>diuiniae Crassi</i>	136	<i>duodecies festertium,</i>		<i>episcopi mali Christi</i>	
<i>diuiniae eleuantur</i>	620	<i>cēsus senatorius</i>	95.	<i>asseclæ taxātūr</i>	610
<i>diuiniarū nostri tempo-</i>			128	<i>episcopi aulici taxan-</i>	
<i>ris cū antiqua opulē</i>		<i>dupondius</i>	31	<i>tur</i>	358
<i>tia collatio</i>	586	<i>duracina Persica</i>	116	<i>episcopi aulici</i>	626
<i>diuiniae Pythij</i>	546	E <i>Dictū perpetuū,</i>		<i>epistates</i>	466
<i>diuiniae ut sint præ stu-</i>		<i>est lex euangeli</i>		<i>epitaphij agōes</i>	644
<i>diosapienitiae contē-</i>		<i>ca</i>	596 623	<i>epistola Solomōis</i>	369
<i>nendae</i>	635	<i>eiurare ueniae petiō-</i>		<i>epobelia</i>	426
<i>dolium</i>	480	<i>nem</i>	463	<i>esaias sacroru⁹ uatum</i>	
<i>doliū quadragenariū</i>	478	<i>ēktēv⁹</i>	455	<i>Homerus</i>	605
<i>domus Caligulae et Ne-</i>		<i>eloquentia</i>	619	<i>esaiæ dictū memorabi-</i>	
<i>ronis</i>	282	<i>eloquentia quibus inui-</i>		<i>le</i>	649
<i>domus Ciceronis</i>	2;9	<i>sa</i>	627	<i>eschematismenos</i>	10.11
<i>domus magnificæ Ro-</i>		<i>eloquentia publice ne-</i>		<i>ethelodulia</i>	637
<i>mæ et earum pretia</i>		<i>cessaria</i>	645	<i>ethologie</i>	354
	257	<i>emblemata</i>	276	<i>euboicū talentū</i>	160
		<i>emmelia</i>	602	<i>eucharistiæ periphra-</i>	
<i>domus P. Clodij</i>	278	<i>īμιδραχμον</i>	31	<i>ses</i>	606
<i>donatiū Antonij</i>	240	<i>īμιτην&v</i>	456	<i>euerriculū</i>	622
<i>donatiū Cæsarū &</i>		<i>encyclopaedia</i>	619	<i>eustochia</i>	529
<i>congiarium memora-</i>		<i>entelechia</i>	20.24.25	<i>euthanasia</i>	646
<i>bile</i>	238	<i>&</i>	28	<i>euthymia</i>	616.635
<i>donatiūm Hadriani</i>		<i>enthusiasmos</i>	63	<i>et</i>	646
				<i>excla-</i>	

INDEX.

- | | | |
|---|--|---------------------------|
| exclamat in ambitionē | fidem bonam agnoscere | franciæ prisca numis |
| ecclesiasticorū ordinum | re 501 smata 519 | fraciæ palladiū 588 |
| exclamatio in tempore | fide mea ecclie iubeo 621 | francomastix 462 |
| exegetes | fidelia 479 & 487 | frugipdæ arbores ibi. |
| exegematicū opus | 650 fidutia pro commenda 592 | frumentarius canon |
| expesare id est expensum ferre | figuraria sacerdotia 474 | frumenti in Sicilia æstis |
| experiri actione | figuræ laudes ibidē 599 | fulmina bruta 404 |
| exta regalia | figuræ scænicorū 353 | cuma 406 |
| F asces summitten-
tes 629 | flos frugiperdus 656 | fulmē pdigiosum 654 |
| fascinatiū more lauda-
re quid sit 655 | flos & pollis 471 | fumos uenire 349 |
| fauere linguis 626 | foedera anniuersaria 339 | funus Ephestionis me- |
| felicitas Galliarū 309 | fœnus epedicatu 87 | morable 329 |
| feras in populū mante-
re allegorice 603 | fomētum præcalidum 72 | furta Verris |
| & 622 | formula indul- (359 | G Aleripetæ 339 |
| ferre animo Catois et
Ciceronis stomacho | gettior 597 | galeri rubris 44 |
| 59 | formularum aucupia 668 | galliarū felicitas 309 |
| fertilitas memorabilis | franciæ bona 343 | galli priscis historicis |
| & stupēda soli 536 | fraciæ regni redditus 232 | ignotissimi 358 |
| et 544 | fraci piñarchici 234 | gallis d'ānosa in Gallia |
| fertilitas soli Lutetia-
ni 545 | fraciscus rex 654 | literarū studia 155 |
| fertilitas tritici in Afri-
ca 536 | fraciscus deloinus 655 | gallorū elogii ex Stra- |
| feudū uulgo dicitur in | franciscus calendis Ia-
nuarijs rex appella-
tur 671 | bone 68 |
| fide esse 594 | fraciæ sumen ibidem | galli olim fuerūt faciū |
| | | diæ studioſi 62 |
| | | galli philhellines ibidē |
| | | gallis olim uernacula- |
| | | dicēdi facultas 37 |
| | | gallorum priscorū me- |
| | | mora- |

IN ASSEM BVDAEI,

morabília confilia		H	Abe tibi res tuas	hybreas orator, eiusq;
	66		360	memorabile dictum
gemmarum autorna- tatis ordo	169	hadrianus imperator	hieremias 631 (240)	hieroduli 590
genitura Augusti	123	hadriani donatiū ibi.	hieroglyphica 64	hieronis liberalitas
geodesia	8	herba quincuncialis 9		482-512
geryones tergeminus		hæredes primæ ceræ	hieronomi 618	
	650		598	
gigantes terrigenæ		hebræorū inueta alijs	hypogeon 18	
	588.600	gētibus sunt assigna-	hierosolyma 382	
gloria huius uera		ta 386	hypomnemographus	
	620	hecatomboea arma		301
gloria uera & expres- sa	645	apud Homerū 491	hypophetes Paul' 633	
gomor	466	hellanodice 655	hippotrophium memo- rable 372	
gramma	6	hemimnæ 90	hispania opibus abun- dans 303	
graphis	633	heminæ 428	hispani priscis histori- cū ignotissimi 358	
græca lingua cuius La- tina est discipula 21		hemisextus 456 484	histaspis 287	
quid Latinæ præ- stet 23		hercules alexicacus	historia memorabilis	
græci & Latini prisci		664.650.591	399	
in magna ignoratiā		hermolai Barbari loc⁹		
uersarii 390		de usuris 79		
græcorū scripta sunt		hermolai Barbari loca		
recentia 387		in Pliniū 289. 554	historiæ ueritas à qui- bus fit quærēda 387	
gregorius Naziazen⁹	629	hemixestos 440	historicorū in Christū	
		herodotus & alij scri- ptores antiquissimi	& christianos male- uolentia 391	
grossus p drachma At- tica 125		hestias 419	honorarium 273	
guido à Rupeforii	348 & 350 & 673	heteroplus 86	honorarium aduocate- rum 521	
		hexagonus aspectus 18	horoscopus 18	
		hexapeda & hexape- des 408	hoplīæ 422	
			bume	

I N D E X.

<i>humanitas interpolis</i>	613	<i>ius receptiū domini</i>	633	L <i>Actes</i> 30
I <i>Anus gemin⁹ Chri iocundus architectus</i>		<i>313 & 275</i>		<i>lagena</i> 485.486
<i>stus</i>	633			<i>lances argenteæ memo</i>
<i>idios logos</i>	301	<i>iromus rex Tyri</i>	369	<i>rabilis pōdere</i> 257
<i>imperij Romani ma-</i>			388	<i>lanista</i> 339
<i>gniudo</i>	237	<i>isodion & Isodos</i>	273	<i>laoplanus</i> 639
<i>imperij Populi Roma</i>		<i>isonomia</i>	356	<i>latina lingua est Græ</i>
<i>ni</i>	293	<i>iphora</i>	419	<i>cæ linguae discipula</i>
<i>imperij Romani termi-</i>		<i>italici</i>	529	<i>latini & Græci priscæ</i>
<i>ni et monarchia</i>	295	<i>iudæorū opulētia</i>	366	<i>in magna ignoratiæ</i>
<i>implere stipendia</i>	635	<i>iudææ terræ solū</i>	382	<i>uersati</i> 390
<i>indictio redditus</i>	233	<i>iudæi & eorum opes</i>		<i>laudare more fascinā-</i>
<i>inducere sententiā</i>	365	<i>Græcis & Latinis</i>		<i>tium</i> 655
<i>ineptus Græce an dici</i>		<i>incogniti</i>	384	<i>laurentij Vallensis laus</i>
<i>queat</i>	22	<i>iudæi commerciorū igna-</i>		<i>434</i>
<i>in fide esse</i>	594	<i>ri & ideo ignoti</i>	385	<i>laurentij Vallensis er-</i>
<i>infra quām</i>	175	<i>iudaicū tributū</i>	546	<i>ratum</i> 457
<i>inire nexum</i>	595	<i>iudices centenarij &</i>		<i>lectio sacroſtā</i> 629
<i>in ordinib⁹ sedere</i>	651	<i>ducenarij</i>	215	<i>leges sumptuariæ</i> 495
<i>innocens Græce an di-</i>		<i>iugerum</i>	7.408	<i>lex de ambitu</i> 281
<i>ci possit</i>	22	<i>iugerū Parisinū</i>	409	<i>lex Cintia</i> 522
<i>inquirendū etiā in scri-</i>		<i>iuliū secundum notat</i>		<i>legiones Augusti</i> 258
<i>pta antiquorū</i>	434		340	<i>lētuli auguris opes me-</i>
<i>institutū Persarū ad-</i>		<i>iupiter in membranas</i>		<i>morabiles</i> 274.587
<i>uertendū</i>	397.398	<i>suas respicit</i>	654	<i>leo x.pont.max.</i> 342
<i>in diuos relati</i>	594	<i>ius aulæ moribus cōsti-</i>		<i>&</i> 600.602
<i>interpolis humanitas</i>		<i>tutum</i>	624	<i>lesbiæ structuræ cano-</i>
	613	<i>ius prætoriū</i>	494	<i>næs</i> 608
<i>intestinū mediū</i>	29	<i>ius diuinum</i>	624	<i>libella</i> 77
<i>intra quām</i>	175	<i>iustinus martyr</i>	390	<i>liberalitates Vespasia-</i>
<i>ioānes euangeliſta ser</i>		<i>ixionidæ</i>	643	<i>ni</i> 323
				<i>bb libra.</i>

IN ASSEM BVD AEI,

libra æs & pondo	3	lituus id est pastoralis	lucrius Aruernus	308
libra, mina, pondo pro		baculus	lugdunense argyroco-	
eodem ponuntur	91	liturgiae	pium	318
libra numaria centum		locorū in sacris literis	lugdunensis ara	312
drachmas ualeat	122	uocabula	luxus nuptiarum Ale-	
libra Romana est mi-		locus memorabilis	xandri	330
na Græca	125	629.659	luxus Romanorum	
libra Parisina, Zygosta		locus animaduertitus		147
tica & nummularia	351.425.538.221.668	&	178 & 244	
12 4.515	locutius Aius	353	luxus Apriij	187
libra auri	483	logodædalus Proteus	luxus Cleopatrae	241
libra auri in iure	518	226	luxus Darij	231
libripendes	78	logos filius dei	luxus Vinellij	321
libri huius lectio uicem		longimanus Darius	luxus Neronis	322
præbet historiæ	119	324	M Acrobij de hero	
libri quinq; Mosis seu		longolius	de locus ani-	
pentateuchon	633	520	maduertendus	393
liburnicæ Cedrinæ		loquendi mos priscorū	magistratus Romano	
Caij Cæsaris	516	circa numeros	rū emolumēta	266
linguis fauere id est si		l. Crassus orator	magistratum Roma-	
lere	626	172.270	norum in prouincijs	
lysania	665	luculli bibliotheca ibid.	commoda	271
literæ unciales	10	bilis	magistratus qui indi-	
literæ bonæ iacent no-		ibidem	gnos promouent	621
bilium culpa	44	luculli otium	magistratus urbani se	
literarum humaniorū		173	aulicis uenitantes	
calumniatoribus re-		luculli piscinæ	magni reges	(648)
spondetur	617	ludouicus XII notatur	Persarū	379
literarū studijs toti de		ludouici XII.	mamurra locupletatus	
dñi	626	(653)	172	
liticimes sacrosancti		mors	manscipio dare nummo	
	340	ludus probandi numi-	festertio	79.
		smalis		Mars-

I N D E X.

- mācipiorū pretia 179
 manethō historic⁹ 384
 marescalli Græce dicē
 di polemarchi 678
 margarinarum & cæ-
 terarum gemmarū 377
 autoritatis ordo 169
 margarita Cleopatré
 168-170 (ibidē metalla auri in Gallia
 margarita Seruiliæ ibidem
 mariani muli 598
 marlianū Budæi 410 285
 marōis cēsus 266 (18 metempsychofis 657
 mathematici cardines metreta et cadus 454
 mathematicorum in de-
 mōstrationibus mos michaël Bodetus 310
 midas et croesus 620
 millia æris 111.115
 mediaſtini mille nummū quanti
 medicorū ſtipēdia me-
 morabilia 148-155 æſtimari debeat 127
 mille Asses decem au-
 medimnus 402. 404 reos valebant 281
 militare apud Roma-
 nos ſtipendium 508
 551 & 553
 megalia dotata 495 milites caſarij 461
 memnonia regia 325 milonis æs alienū 278
 mensorū uocabula milonis uoracitas 451
 mensuris & drachma millies centena millia
 Solonis utuntur Pa-
 rifiſes 314
 mēſtræ uſuræ mimorum ſalariū Ro-
 mensuræ Parisinæ 479 mæ 182
 mimi & planipedes
 bula 484
 mesuraniū 18
 mercuri⁹ inſtitor 189
 mercuri⁹ Christ⁹ 632
 meroë 377
 metallorū redditus me-
 morabilis 306
 metella uxor Syllæ
 ibidem
 modius 429 & 432
 modius Parisinus 515
 monetæ iminutio 503
 multarum modus 492
 multa Demofthe. 495
 mulle pīſciū pretiū 189
 muli Mariani 598
 munera ædilitia 131
N Abochodonosor 378
 nabochodonosoruſ 380
 narcisci diuinitæ 166
 natī itra pomceria 352
 nauigiū mēcrabile 518
 nauii diuersarum ma-
 gnitudo memorabi-
 lis 503
 nauis frumētaria Hie-
 ronis regis 512
 nauis i qua cōtignatio
 capax xx. coena-
 tionū et reliquus ei⁹
 apparatus 513
 bb nauis

IN ASSEM BVD AEI,

nauis magnitudo im-	numismatis probādi lu-	numeri apud Plinium
gens 514	dus 210	corruptissimi 217
naues Philadelphi 511	numismatū diuersorū	numerorum uocabula
nauis Philopatoris 512	æstimatio 126	154
nauis Philopatoris tha-	numismata aurea ex-	numerādi mos prisca
lamegos ingentiſſi-	pensa 196	313
ma 516	numisma Augusti 196	numerandi ratio apud
naues onerarie 517	numismata prisca 197	Latinos Græcosq;
nemesis Adraſtia 59	numisma extenuatum	314
nequam 194		numerius summus Rō-
neronis domus 282	numismata prisca Frā	manorū 413
nero æmulus Caij auū	cīe ibidem	nūmaria res Græco-
culi ſui 316	numismata antiqua	cernentia 199
nero magiæ studiosus	peſſimo iſtituto no-	nūmaria rei apd Græ-
	ſtro tēpore aliquan-	cos ratio 489
nero lufit aleā quadrin-	diu abrogata 524	nūmus quadrās 31
gentis in pūctum ſe	nomophylaciū 672	nūmo feſtertio manci-
ſtertijs ibidem	nonagenarium aspectus	pio dare 78
nerōi domus aurea et		nūmo addicere ibidem
quāli cōſtierit 318	notæ antiquæ numero	nūmus et feſtertium idē
neronis pdigalitas ibi.	rum 191	sunt 78. 176
nexus inire 344.595	nota feſtertij 181	numerorū antiquæ no-
nicolai Perotti erratū	nota auri ſumma 205	tae 191
	nowies millies-feſtert.	nupiiarum Alexandre
nobiliū culpa iacēt bo-		Magni luxus 330
næ literæ 44	noxa primigenia 602	nus seu Noūs 25
nomi id est præfectu-	numeri apud Plinium	O Blationes reddi-
ræ 288	mendosi 138	tus 233
nomina uaforum 31	numerorū quorundam	obſeruare de cælo 612
numismatū priscorum	reſtautio 138. 139	odeum 678
recenſio 123	numerorū deprauandi	cenochoi 443
numisma Ciceronis ibi.	ratio 143	cenophorus 483
		offen-

I N D E X.

offendere ad populum	P	Aeoniam manus	pecuniae signatae uoca
668		609	bula 31
officinæ Parisiæ	pagina	utraq; rationū	pedis diuisio 7
276		598	pelta 371
officina dñis	palæ	304	penituationum tria ge-
pixos	palladii Fraciæ	588	nera 312
ōniks	pallas et Minerua	64	perottii erratum 121
onerariæ naues	pallas libert? Claudiij		perpetuum edictu 596
onocephali	qui ter millies fester		623
onomatethes	tij possessor Crasso		persica duracina 115
opera publica ab Au-	dñior	166	persarū regnū 287
gusto extorta	palimpsestos	158	persarū opes 324
opertanea sacra	panificium Parisiense	467	persarū uia regia 325
opes Persarū			persarū regnum euer-
opes David	panis tria genera	468	sum 325
opes Aegyptiorū	panes Iulij pont. max.		perscribere 245
opobalsami pretiū		473	persicarū opū ab Ale-
opulentia Ro.	panes Græcanici itid.		xandro captarū sum
opum profligator me-	parasanga	352	ma 328
morabilis	parisini modij, talenta,		persarū regis ceruical
oraculorum cōspicilia	libra	515	323
595	pastinare quid sit	540	persarū scamnū suppe
oracula metaphorice	pastophori	54-628	daneū 333
596	patina Aesopi	119	persarū institutū 335
erca	patinæ Aesopi & Vi-		persarū reges magni
orchestra	tellij	320	379
ordines	ibidem	paouonū pretia	persepolis 327
organicū corpus		176	phœaces 645
ōvōlū πρὸς τὸν θιόντον	paupertas Ro. prisco-		pharao à Mose uexa-
ov	rum	496	tur 189
oues chrysomallæ	Paulus apostolus hypo-		philologia 462
oxybaphus	phetes sapietiae	633	philopatoris nauis 516
	pax genialis	339	bb 3 phile-

IN ASSEM BVDAEI,

phileleutherus	657	pistoria opera	472	ridem legerit	449
philhellenes Galli	62	p̄iarchici Franci	234	plutacademica prolo-	
philoplutius	613	pylhij Bihynij memo-		quia	648
philologia	ibidē	rables diuitiae	546	pocillatores	443
philosophari in mātica	620	poëtæ Græcorū anti-			
eratetis	666	pyxides argyrocopio-		quissimi	384
philosophorum sectæ	rum	rum	207	poëtarū & rhetorū an-	
	619	planipedes et mimi me-		nua salaria	152
philosophi quo studia	taphorice	626	poëmatis genera tria		
istituerere debeat	618	planus	639		11
philosophia uera	636	platanus aurēa	332	poliorcetes Demetrius	
philosophi reip. admini	plinij Iunioris diuinæ				510
strādæ nō iepiti	652		265	politiani conatus	23
philosophia est homini	plinius Iunior de chri-			polytropus	628
necessaria	649	ftianis	391	pollis & flos	471
philosophia proprie ap-	plinius Maior humana			pomœria itra nati	352
pellata	659	scripsit Minerua	30	pomorū pretia Romæ	
philosophia uranophrō	plinius interdū memo-			miranda	116
ibidem	ria defectus est	13		pōpeius quātā pecuniæ	
philosophia cordatos	plinij erratum	14		summā intulerit æra	
facit	663	plinij historia	141	rio in triumpho Mi-	
philosophia quādo pro-	pliniani numeri corru-			thridatico	234
dire debeat	ptissimi	138.217		pōponius Atticus	263
picturæ pretia & ho-	plinij laus	16		pondō, libra, & as	3
nor	plinij historia natura-			pondō, mina, libra	98
pincerna	lis quanti uendi po-			pontificatus maximus	
pindari cultor Alex.	tuerit	264		Ro. quanti fuit	167
	plinius autor memora			pōtificum taxat luxum	
pinta	biliū rerū oīm	277			592
pyrricha	plinij dictū pulchrum			ponfices belligeran-	
piscinarij iſignes	431			tes seu bellatores ta-	
piscinæ luculli	plinius utrum Diosco-			xat	602
				poppeæ	

I N D E X.

<i>poppeæ cædes</i>	319	<i>pretium cocci ibidem</i>	226
<i>poppeæ luxus ibidem</i>		<i>pretia colubarū 119</i>	<i>proscenium 352</i>
<i>portiū Leonardū pla-</i>		<i>pretiū opobalsami 531</i>	<i>prudentia 64</i>
<i>gij arguit 555</i>		<i>pretiū uini apud anti-</i>	PROVERBIA
<i>porcus Troianus 178</i>		<i>quos 532</i>	<i>noctuā Athenis 490</i>
<i>posthumæ ratiōes 621</i>		<i>pretia uinearum 538</i>	<i>bos super lingua 491</i>
<i>præcalidū 359</i>		<i>primæ cæræ hæredes</i>	<i>Iouem in membranas</i>
<i>prælatorū quos dicunt</i>			<i>respicere, quid nā sit</i>
<i>taxat ambitiū & dinū-</i>		<i>principes Romani ab-</i>	504
<i>dinationē 588</i>		<i>stimuerūt nomine re</i>	<i>prouidentia 627</i>
<i>prærogatiua trib⁹ 611</i>		<i>gio 296</i>	<i>prouinciae Augusti &</i>
<i>præscriptis uerbis age</i>		<i>prytaneū 346 & 361</i>	<i>Populi Roma. 248</i>
<i>re 19</i>		<i>& 415</i>	<i>prouinciarum sub Au-</i>
<i>præsules & coriphæi</i>		<i>prisciani nō esse, quæ</i>	<i>gusto administratio-</i>
	602	<i>de pōderibus eius no-</i>	300
<i>prætorium castrense</i>		<i>mine legūtur 160</i>	<i>proxenetæ sacerdotio-</i>
Alex.	331	<i>processibus suis inimi-</i>	rum 363
<i>prætorij sorices 154</i>		<i>cus 361</i>	<i>pseigma 288</i>
<i>pretiū auri 202</i>		<i>procōsulare imperium</i>	<i>pseudocatones 639</i>
<i>pretia tabularū picta-</i>			<i>pseudophilosophia 632</i>
<i>rum 155</i>		<i>prodigalitas mira 312</i>	<i>psychagogos 659</i>
<i>pretia pauonū 176</i>		<i>proletarij 651</i>	<i>publica religione cōser-</i>
<i>pretia mācipiorū 179</i>		<i>proludere 655</i>	<i>crati qui uulgo cano</i>
<i>pretiū nulli pīcis 189</i>		<i>pronaum 37</i>	<i>niciati 605</i>
<i>pretia ædiū seu domū</i>		<i>pronæa 627</i>	<i>purpuræ pretiū 145</i>
<i>magnificarū Romæ</i>		<i>pronuba legatio 69</i>	<i>purpura hodie ignota</i>
	257	<i>propædeumata 629</i>	146
<i>pretia pomorū 116</i>		<i>proreta 636</i>	<i>purpura insigne impe-</i>
<i>pretiū afini ibidem</i>		<i>Proteus uetustatis ty-</i>	<i>ratorum Ro. ibidem</i>
<i>pretiū Babyloniorū tri-</i>		<i>pus 213</i>	<i>purpura sumitur pro</i>
<i>clinariūm 143</i>		<i>Proteas uinosus 451</i>	<i>magistratu summo</i>
<i>pretiū purpuræ 145</i>		<i>proteus logodædalus</i>	<i>ibidem</i>
			66 4 pur-

IN ASSEM EVDAEI,

purpura dibapha	145	quimarius nūmūs	112	næ prouidētiæ id est
pustulatum argentum	quinqüesdecies	309	prædestinati	597
putei ab Annibale in-	205	quinquagenaria am-	remora	641
choati	305	quingenties seftertium		600
Q Vadrans nūmūs			100 res omnis diuiditur in	
quadrans uas	31 112	quincuncialis herba	9	Assem & eius par-
quadrans pondus	ibidem	quincuncialis ordinum	tes	8
quadrans 112	32	ratio	32	res tuas tibi habe, uer-
quadragies seftertio	& 488	quincunx	33	ba diuorciū facietiū
quadrantalis aspectus	quirino		189	360
quadratus aspectus	17	R Atiocinatio ani-	res alias agere	636
quadrantal	18	maduertenda	renūtiari magistratus	
quadragies seftertio	reatina afina	117	rhetorum annua sala-	
quadragies millies se-	106. 129	recofti aulici	ria	152
stertium	323	reddiūs regni Frācie	remorū lōgiudo in na-	
quadringēta seftertia			232	ui Philopatoris 512
quadringēta mil	reges persarū magni		priuata opulētia 130	
lia	90		379 romanorum luxus 178	
quanti mille nummūm		regio nomine abstinue		147
estimari debeat	127	runt principes Ro-	romanorū tributorum	
quanti auri libra R.		mani	296 summa ex Plutarcho	
estimetur	203	regina à Saba	376	232
quanti Plinius cōmen-		regna quomodo sint in	romani imperij magni	
tarios suos de natu-		prouincias redacta	tudo	293 237
rali historia uēdere			302 romano. opulētia 130	
potuerit	426	regnū Assyriorū	378 romani ærarij copiae	
quartarius	484. 485	regnū Persarū	287	139
quaterdecies	309	relati inter diuos	594 romani imperij ratio	
quaefitores	622	relati in album æter-		248
				roma-

I N D E X.

- | | | |
|----------------------------------|---------------------------------|----------------------------------|
| <i>romana arma ī Aethio</i> | 599 | <i>scenæ seruire & popu-</i> |
| <i>pia penetratia</i> 249 | | <i>lo ibidem</i> |
| <i>romanorum magistra</i> | res taxantur 644 | <i>schemata</i> 11.12 |
| <i>tuum in prouincijs</i> | <i>sacrariū ueritatis</i> 633 | <i>scotina scripta</i> 629 |
| <i>commoda</i> 271 | <i>sacras prouincias an-</i> | <i>scripta antiquorum ex-</i> |
| <i>rome exornatio</i> 285 | <i>te tēpus decessioneis</i> | <i>quirenda & exami-</i> |
| <i>romanorum census &</i> | <i>petentes</i> 644 | <i>nanda</i> 434 |
| <i>classes</i> 412 | <i>sacramēto dicere</i> 360 | <i>scrupulum</i> 6 |
| <i>romanorū nūerus sum &</i> | 636 | <i>scrupulus</i> 125 |
| <i>mus non ultra centū</i> | <i>salamandra</i> 449 | <i>scrupula et reliqua uo-</i> |
| <i>millia</i> 413 | <i>salinator unde dictus</i> | <i>cabula ponderū</i> 6.8 |
| <i>romanorum priscorum</i> | 297 | <i>secare uiam</i> 594 |
| <i>paupertas</i> 496 | <i>samījs uafis non litan-</i> | <i>seftæ philosophorum</i> |
| <i>roſcij in aula</i> 639 | <i>dum</i> 628 | 619 |
| <i>roſcius mimus</i> 182 | <i>sammaurianū Budæi</i> | <i>sectoria improbitas</i> |
| <i>roſcianum salariū Ro-</i> | 34 | <i>secularia</i> 606 (644) |
| <i>mæ ibi.</i> | <i>sapientia</i> 64 | <i>seculum aureum</i> 377 |
| <i>rude donati</i> 343 | <i>sapietiae libri interpre</i> | <i>sedere in ordinibus</i> |
| <i>S Aba regina</i> 376 | <i>ti errata</i> 614 | 650 |
| <i>sacerdotes minores</i> | <i>sardanapali pyra &</i> | <i>selibra panis</i> 468 |
| <i>aere dominico frau-</i> | <i>opes atq; exiūs</i> 367 | <i>semētū ratio</i> 410 |
| <i>dantur à potentiiori</i> | <i>satyriscorū ioci</i> 639 | <i>semiobolus</i> 6 |
| <i>bus</i> 589 | <i>scalmus & ad scalmū</i> | <i>semifissis aspectus</i> 18 |
| <i>sacerdotes aulicos car-</i> | <i>alligati</i> 640 | <i>semisextariolus</i> 440 |
| <i>pī</i> 593 | <i>scamnū suppedaneum</i> | <i>semuncia uenire bona</i> |
| <i>sacre res quare uerbo</i> | <i>Persarū regis</i> 333 | 281 |
| <i>rum phucū respuant</i> | <i>scarus pīcis</i> 320 | <i>semūcia</i> 6 |
| | <i>scauri magnificentia</i> | <i>semuncia nūmi</i> 281 |
| <i>sacrostā scripta</i> 629 | <i>portentifica</i> 282 | <i>senatori⁹ cēsii</i> 95.528 |
| <i>sacerdotium opīmū in</i> | <i>scenicorū figuræ</i> 353 | <i>senatoribus salario cō-</i> |
| <i>Ponto</i> 269 | <i>scenæ decus proceres</i> | <i>stūta adnotanda</i> |
| <i>sacerdotia fidutiaria</i> | 364 | <i>sunt</i> 152 |
| | | <i>bb</i> 5 <i>senā-</i> |

IN ASSEM BVDAEI,

senatus collatio ab Ne-	sestertia singula ibidē	sexarius	418
rone exacta	319 sestertia centū & cen-	sexarius Romanus	
seneca prædiues appell	ties sestertiū quid		436
latus	differant 91 sextula		6
seneca ad Neronē ac-	sestertiū decies &c.	sextus et sexagenarius	
cusatur ibidem	96.497 aspectus		18
sequestres intra septa	sestertium 107 sextus & Clemētīnæ		
	352 sestertio pro sestertio taxantur		608
seria	rum 105 siciliquum		6
sermo interior	sestertiij ibidem siclus		370
seruiliæ unio	sestertio quadrages siclus apud Plinium		
sesquicunx pro sexcuns	106 & 126 siderati		396
sesquiplū & sexcuplū	sestertiū 31.112 114 silentium improbū de		654.
sesostris rex superbis	sestertijs cētenijs aureo rebus christiāis		392
	380.397 aestimatus 112 filia		6.31
sequi	1.2 sestertiū duodecies filiō		472
sesquilyxes	128 sylla uiginti talentū		
sesquipondiū	sestertiū centies ibi. millia imperauit A-		
sessiones	sestertiū quingēties sicæ		238
festans	100 symbola		629
sestertiū as & sester-	sestertiū centies 130 similago similaq;		471
tius	103. de quibus locus symmoriae		417
sestertijs aestimatio	animaduertēd° 221 symmoriae		422
	405 sestertia triginta 261 symposiacus antiquorū		
sestertiū & nummus	sestertiū uicies & se piies millies 312 mos		440
idem	78.176 sestertiū nouies mil- simulatio aulica		646
sestertiū	lies 321 synclides cōuiuæ		360
sestertijs quaterni in de-	sestertijs ualor 405 syria terrarū maxima		
nario	89 sestertijs Niger 449 1 sisyphidæ		637
sestertia quadringēta	sexcunx 61 sitometrium		467
& millia quadrin-			
genta	90 sextans foli		

I N D E X.

IN ASSEM B V D A E I,

alentum nummarium	procinctu nuncupa-	translatiūm	120
ponderale 376	tum 597	trecena pondo Roma	
zalēta omnia ad formu-	tetartemorion 17	na 305	
mulum unam reda-	τεταρτημόριον 31	tribules 422	
cta 290	tetradrachmū 158-545	tribunia potestas	
talentū Atticum ibidē	tetrobolum 490		493
talentū pro siculo 369	thalamegos nauis flu-	tributū Romæ pro mo-	
talhybius domini 379	uialis Philopatoris	do cœsus conferera-	
ε 631	tharsēis 376 (516	tur 297	
talhybiadæ 53	theatrum metaphorice	tributorū Populi Ro-	
tarium Ruffus 587	353	mani summa ex Plu-	
tele 419	theramēes aulici 662	tarcho 232	
telephiū uulnus 69	theriotrophiū 178	tributū Iudaicū 546	
teletarches Christus	thesauri Susiani 325	triclinarium Babylō-	
591	theseia amicitia 640	niorum insigne fre-	
templi Solomonis im-	threnodīe 606	tium 143	
pensæ 370	thucydides ab exilio re-	triens uas 31	
templū Solomonis fuit	uocatur ob histo-	trierarchiæ munera	
typus ecclesiæ Chri-	riam quam condidit	416	
sti 633	153	trierarchia lex 423	
tertulliani locus memo-	tiridates rex ε eius	trientalis 18	
rabilis de christiana	adūctus Romā 316	triquetus ε tetrago-	
re 393	tympana publicæ fa-	nus asperius ibidem	
terūcius 112 488	mæ pulsare 365	τρίμορον 31	
terūcius ε quadrans	tollones 195	triobolum 491	
488	tollere manū de tabel-	trioboli homo ibidem	
teffera 401	la nescire 218	tripatinum 320	
tefferæ ueniales 608	torquatus tricongius	tripodium solistimum	
testamēta rupta agna	446	654	
tionē posthumorum	trāquillitas animi 635	triremes ε quinquere	
598	trāquillus de christia-	mes ε ulteriora uo-	
testamētum domini in	nis 391	cabula nauium 509	
		τρίπτεν	

INDEX.

tritius	455	uenalia donatiua	51	uini pretium apud an-
tritum oporv	31	uænire semæcia alicui?		tiquos 532
tritici in Africa ferti-		bona	281	uimum Oipmianum
linas	535	uentriculus	486	528
trigv ñpildpxxmuov	31	uerris furtæ	72	uirgilij uersus aurei
tritici pôd°	436.439	uerrinae Ciceronis ter-		266
triumviralis partitio		tiæ locus	101	uirgilij census ibidem
triuncis	112	ueritas historiæ ab Ae-		uitæ huius gloria 620
triunx	ibidem	gyptijs et Chaldaëis		uitellij patina 320
troianus porcus	178	querenda	387	uicellius ♂ eius coena
tropus multiplex ora-		ueritas apud Iudeos		319
tionis	607	sedē habuit ante ad-		uitellianus luxus 321
turdetania eadē quæ		uetum domini 394		uitem tenentes centu-
♂ Betica	303	ueritas ignota priscis		rialem 590
turdus uocalis	120	ibidem		uitis aurea 332 et 333
tutelares regni uirtu-		ueruactū aruum	410	uitium aut uiteturum
tes	676	uero pro etiam	138	cultus 533
V Ades locupletes		uersuris autorare obæ		ulyxes 628
	525	ratos	361	uncia auri quantifit
uadimoniū fati id est		uespafianus tributis et		203
mors	635	uectigalibus grauis,		uncia in mēsura 404
uaphris Aegypti rex		liberalissimus fuit		unciales lineræ 10
	369	ueterani	552	unciaria usura 87
uariana clades	253	uia regia Persarū	325	unio seu margarita re-
uasorum nomina	31	uicies et septies millies		ginæ Cleopatræ
uasa argentea	257	sestertiū	312	130.168
uasarium	272	uictime iauratæ	645	unio Seruiliæ dat° ad
ucalegon	354	uima diffundi	481	Cæsarē redijt 168
uectores	657	uima ferre annos	599	♂ 170
uenatiōes ædilitiæ	131	uinea domini	604	uranognomon 636
uendūare fumos	349	uinearū pretia	538	uranophron 659
				uranopolis 627
				ura-

N IN ASSEM BVDAE,

uranoſcopus	659	uociferatum cōfusum	uocabula uasorum ibi.
uſura centeſima	80		364 uolones
uſura olim menstrua		uocabula multa iā diu	682 uulcani uincula
	ibidem	non intellecta	639
uſura ſequicenteſima		uocabula locorum in	X Enagogi 659
	82	sacris literis exſcri-	xenonamia 344
uſura unciaria	87	ptoribus non agno-	xerxes Persarum regis
uſuras concernens lo-		ſcuntur	claffis 509
cus Hermolai Bar-		uocabula menſorum 6	xeftes 484
bari	79	uocabula numerorum	
uſuræ ſpecies	85		Z Oroaftres 389
ultraque rationum pa-		uocabula pecuniæ fi-	
gina	598	gnatæ	FINIS.
		31	

LOCORVM HOC

IN OPERE A' BVDAEO PASSIM

apud autores uel restitutorum in melius,

uel scimus doctius que explica-
torum, Index.

A.Gellij pagina	226.227	Lucæ	467.493
Appiani	237	Martialis	188
Apocalyp.	314.487	Matthæi	498
Aristophanis	456	Plinij 5.12.17.78.106.114.118.	
Celsi	435.472	119.120.132.137.146.149.150.	
Ciceronis pro Rabyrio	224	tria 151.175.176.178.181. duo	
Eiusdem epistolarum	261	185.189.192.193.194.202.211.	
Eiusdem Verrinaturum	101	217.245.249.257.258.276.	
<i>¶</i>	108	278.283. duo 286.305.321.323	
Eiusdē in Catone	438	324.382.389.413.430.438.	
Eiusdē in Actione frumenta-	450	452.472.475.477.525.	
ria	133	528.530.537.539.540.541.	
Cornelij Taciti	523	Plutarchi 99.219.278.458	
Curtij	326	Sapientiæ libri interpretis errata	
Demosthenis	425.426		614.615
Dioscoridis	449	Strabonis	306.307
Herodoti	457	Sue.Tranquilli 76.97.98.104	
Iuuenalis	472		105.280
Liuij	106.160.209	Varronis	177

DE ASSE

ET PARTIBVS EIVS.
LIBER PRIMVS.



SSIS PARTES Assis partes.
sunt quadrans, triens, semis,
bes & dodrans, & aliæ enu-
meratae in lege Seruū, sub ti-
tulo , de hæredibus instiuen-
dis, libro duodecimo Pâ-
dectarū: quo in loco male sex-
cuns legitur per x, in priore
syllaba, & per s, in posterio
re, inuersa orthographia: qui

Sexcuns.

uiceuersa fescunx & fescūcia unciam significet et unciae dimidiū: Sescunx.
qui error etiam in fescuplo inualuit , pro quo uocabulo sexcuplum
per x plerunq; legitur in exēplaribus, errore haud contemnendo.
Est enim sexcuplum quod sexies id capit ad quod relationē habet, Sexcuplū.
græce hexaplum appellatur : ut senarius sexcuplus est singularis
numeri. At fescuplum per s scriptum, quod & sesquiplū dicitur, Sesquiplū.
numerū hemiolium significat, qui latine etiam sesquialter dicitur:
ut quum dicimus senariū sesquiplū esse quaternary: continet enim
eum totū, & insuper dimidiū eius pāte . Eadem ratione fescunx
& fescuncia hemiolia rationē ad unciam habet: & sesquipes ad pe-
dem . Hæc autē omnia uocabula ab uncia declinata, per x in fine
scribenda sunt: ut quincunx, septūx, deunx, licet hoc perraro à li-
brarijs obseruatū sit. Hoc autem ex eo intelligimus, quod x recti
casus in genitiū per c exire solet, ut phoenix phœnicis, felix feli-
cis. Sic ignur deuncis & septuncis genitiui, deunx & septunx re-
ctos suos exposcunt, Porro sesqui uocabulū in appositione inuentū Sesqu.

a pro

DE ASSE ET PAR. EIVS,

pro hemiolio accipiendū est: quod perinde est ac si dicas, tantundē
 & semis. Cicero in libro de oratore perfecto. Pes(*inquit*) qui ad
 habetur ad numeros partitur in tria: ut necesse sit partē pedis, aut
 & qualem esse alteri parti, aut altero tāto, aut sesquimaiorē: ita fit
 & qualis dactylus, duplus iābus, sesqui paeon. Sesqui appellauit pae-
 ona: quia pes omnis paeon longa una syllaba & breuibus tribus cō-
 stat. At longa syllaba in temporū metricorū ratione duas breues
 & quare dicitur: ita fit, ut tres breues longā unam dimidio superēt:
 nam ternarius ad binariū relatus, sesquialterā proportionē habet.
 Quomodo igitur dactylus & qualibus partibus constat, quia prima
 longa duabus breuibus & qualis est: sic paeon alterā partem dimidio
 maiorē habet. Iambus etiā altero tanto maiorē, hoc est duplam:bre
 uis enim syllaba longa est dimidiata. Fortasse aut illa uerba Cice-
 ronis sic legerentur reftius: aut altero tanto maiorē, aut sesqui: hoc
 sensu, ut pes altero tanto maior, in secunda sui parte sit duplus: quē
 autē non altero tanto, sed dimidio maior est, sit sesqui, ad priorem
 partē posteriore parte relata, non aut sesqui maior: quia sesquiplū
 minus est duplo.

Sesqui. Locus autē Ciceronis præpostere lectus uiros do-
 etos haud ita pridem in errore pertraxit. In cōpositione aut sesqui
 idem dimidio maius significat, quod græco uocabulo hemiolium à
 nostris etiam appellatur: ut sesquipes, sesquicubitus, sesquidigitus,
 sesquijugerū: unde sesquipedalia tigna apud Cæsarē, hoc est pedis
 unius & dimidiati, quod ad crassitudinē referendū est: & apud
 Horatiū, sesquipedalia uerba: & sesquimēsis, mensis & semis. Hoc
 autem sesqui significat siue cum uocabulo componatur mensuram
 aut numeri aut temporis aut modi significante: siue etiam cum alio
 quoque: q; uocabulo, ut sesqui opera apud Columellan, & sesquipla-

Sesculyxes q; apud Pliniū & Tacitiū, & sesculyxes in præfatiōe Pliniī: quo
 uerbo si recte emendatū est (nam eius uerbi uestigū nullū in anti-
 quis exemplaribus Pliniī extat) ego hominē summē astutum & ue-
 teratorē planē expolitū intelligo. Fit eius uocabuli mētio apud No-
 mū, Tacitus li, XV. Et ille multū tremēs quum uix duobus iētibus
 caput

LIBER PRIMVS.

caput amputauisset, sœuitia apud Neronem iactauit, sesquiplaga in-
 terfectum à se dicendo. Plautus in Captiuis. Inde porro ibis in la-
 tomias lapidarias: ibi quū alij octonos lapides effodiunt, nisi quo-
 tidianus sesquiopus effeceris, sexcentoplago nomine in detur tibi: hoc
 est, nisi tu duodenos effoderis. Sesqui Græci non habent quo mo-
 do uno uocabulo significet: nec ideo minus eleganter id exprimunt.
 hoc modo loquentes, ut Demosthenes καὶ Θεοφίππου. Et τῷ τῷ Αρι-
 σουρέχθοις ἀλόθη πλοκάμινοις ζύτῳ τοῖς αὐτωροδοκούτῳ. Cū
 sesquiminā dicere uellet, πλοκάμινοις dixit, hoc est, tres semimi-
 nias. Sic Xenophon πλοκάμινοις φράζει pro sesquidarico dixit: ζύτῳ σποε-
 τιώταις ἐπρίσσεν πλοκάμιοιν τὸν μισθὸν ἀντὶ δαρικῆν πλοκάμιοις πλοκά-
 μιοι. Militibus sesquipendium dedit, uel sesquipulum stipendiū: & pro
 darico sesquidaricū pepedit. Et in Oeconomico, πλοκάμιοιν ses-
 quipes, ut πενθυμητόδιον duo pedes & semis, hoc est, quinq; semis-
 ses. Cæterum sesquitertium, sesquartum, sesquioctauum, & alia que
 in proportionibus significandis usurpantur, & antehac, non modo
 à mathematicis, sed etiam ab doctissimis uiris frequentata sunt &
 prolata, recte nec ne, & latine dicta sint an secus, alterius esse in-
 stituti nunc duximus: scio enim esse qui improbent. Verū (ut dixi-
 mus) ut sesquunx, sic etiam sesquuncia dicitur: & deunx, & deun-
 cis in recto, & as & assis, & semis & semissis, bes & bessis. Var-
 ro libro primo de lingua latina assēm ab ære dictū esse putat: as As.
 enim & libra & pondo idem significant, unde assipondiū & du- Libra.
 pondiū. Ab asse fiunt tressis, quadrassis, nonassis & decussis, pro Pondo.
 tribus, quatuor, nouem & decē assibus: & rursus pro binis decussi
 bus uicessis, & tricessis pro tribus, hoc est tricenii assibus: & cen- Centussis.
 tussis pro denis decussibus, quo maius æris apud antiquos uocabu-
 lum nullū fuit. Persius: Et centū Græcos curto cœtusse licetur, id
 est centū assibus. Decussem Vitruvius pro decade accipit li. ter Decussis:
 tio his uerbis: Platoni placuit denariū numerū ea re perfectum,
 quod ex singularibus rebus, que monades apud Græcos dicun-
 tur, perficiatur decussis: que simul ac undecim aut duodecim sunt

factæ, quot superauerint non possunt esse perfectæ donec ad alterum decussim peruererint. Alibi pro decussatiōe accipit libro X. quo in loco de cochlea, id est organo loquens, sic inquit. Ita quo loci describuntur lineæ, quæ sunt in longitudine spectantes, faciendæ decussationes, & in decussationibus finita puncta: his ita emēdate descriptis sumitur saligna tenuis, aut de unice secta regula, quæuncta liquida pice figuratur in primo decussis pūcto, deinde traiçetur oblique ad incidentes longitudines & circumiones decussium. Decusses & decussationes Vitruvius uocat rectas & exactas divisiones complanatorū capiū tigni et exasceatorū: quæ decussatio fit ductis lineis quatuor ad centrū complanati tigni sese intersecantibus, ita ut lineæ areolas octo faciant trigonas, quas uulgo facies appellamus: ob id octantes ab eodē autore dicūtur. Hoc autem facile est intelligere, si quis per ambitū teretis materiæ, & in duobus summis capitib⁹ leuigatae cōplanataeque, ipsidem spatijs octo pūcta adnotet, & à pūcto ad pūctū obuersariū perpetuā lineā ducat, sic enim sit, ut omnes lineæ per cētrū planitiei transēat, & similitudinem stellæ reddant. Plinius li. XVIII. de uentorū obseruatiōe loquens: Obseruato solis ortu quocūq; libeat die stantibus hora diei sexta, sic ut ortū eum à sinistro humero habeant, contra mediā faciem meridies, à uertice septentrio erit: qui ita limes per agrū currit, cardo appellatur. Circuagi deinde melius est, ut umbrā suam quisq; cernat, alioquin post hominē erit: ergo permutatis laterib⁹, ut ortus illius diei à dextro humero fiat, occasus à sinistro, tunc erit hora sexta quū minima umbra contra mediū fiat hominē. Per huius mediā longitudinē duci sarculo sulcū uel cinere lineā, uerbi gratia pedū uiginti cōueniet, mediāq; mensurā, hoc est in decimo pede circūscribi circulo paruo, qui uocetur umbilicus: per hunc medium transuerſa currat alia linea: haec erit ab exortu & equinoctiali ad occasum & equinoctiale: & limes qui ita secabit agrū, decumanus uocabitur. Ducantur deinde aliæ due lineæ in decusseis obliquæ, ita ut à septentrionis dextera lœuaq; ad austri dexterā lœuaq; descendat,

scendat, omnes per eundē currant umbilicū, omnes inter se pares
sint, omniū paria interualla: Qui hunc locū Plinij intelligit, quid
sit decussare optime nouit. Quod si quis Pliniū eo in loco non fa- Decussare
cile intelligit, uideat Vitruuiū libro primo, & octogonum schema
apud eum decussatū, quo in loco de colligendis uentorū flatibus lo
quitur. Verū quandoquidē eū in locū Plinij incidimus, obiter duo
eius uerba emendanda duximus, id quod in hoc opere sē penumero
faciemus, sic enim fert instituti operis ratio, ut non cōtemnendum
operae pretiū facturi uideamur, si in huiusmodi diuericula casti
gationū modice euagemur: nec si id facere aut nolimus aut nequea
muis, cursum inoffensem tenere tractatus hic noster possit. Quan
doquidē igitur in eam necessitatē incurrimus nonnunq; librcrū ca
stigandi, & eodē legentiū utilias non parua nec sine quadā oble
ctatione cōpetitura uidetur: Age uideamus an ab hoc loco haud ab
surde ausplicaturi uideamur, q; ut silēlio præteriri potuū sine præ
uaricationis nota, sic ita obtulisse se uidetur, ut unio uerti nolis no
possit, quasi occasiōne eius quæsierimus: sequitur enim uerba Plinij
supradicta cōimuo hic uersus: Quæ ratio semel in quoq; agro ine Plinij locus.
unda erit uel sēpius si libeat, ita uitæ ligno facienda regulis pari
bus in tympanū exigū sed circinatū adactis. Sic in omnibus im
pressis libris legiūr, cōiuente etiā Hermolao. Ego ex antiquis sic
restituendū puto: Vel sēpius, si libeat uti, è ligno facienda regulis
paribus: quorū uerborū apertus ēst sensus. Decussis significationē
Columella quoq; clare significat li. V. de iugata uīnea loquēs: Fe
rē aut̄ prædicta ætas læto solo truncōq; tres materias, raro quatu
or desiderat: quæ per totidē parteis ab alligatore diuidi debet: ni
hil enim refert iugum in stellā decussari atq; diduci, nisi in palme
tes adiungantur. Decussare proprie per mediū secare significat, Decussare
id quod ostendit Cicero in libro de Vniuersitate quū inquit: Hāc
igitur omnē cōiunctionē duplē in longitudinē diffidit, mediæq;
accōmodans mediā quasi decussauit. Martianus de coluris loquēs
in VIII. Alij à cardine meridianō incohamenta circuli perhiben-

tes, eundē per arcticū uerticē unde ortus est, denuo rettulerūt: quē quidē alium ab ortu circulū decussantes, in quatuor quadras mundi ambitū discreuerunt. Et decussatim apud eundē in primo. Hinc rosis decussatim uinculatis sertata contextio. Post uncia sequuntur partes unciae, ut semuncia, id est dimidiū unciae, & sextula, sexta pars unciae, uerbū etiā in testamēti usurpatū. Cicero pro Cecina: Testamento facto mulier moritur: facit hæc hæredē ex deunce & semuncia Cecinna, ex duabus sextulis M. Fulciniū libertū superioris uiri: Ebutio sextulā aspergit. Hæreditatē i.e. assēm his uerbis Cicero in deunce, semunciā & tres sextulas diuisit: ex quo liquet sextulā tertiam esse partē semunciā, & unciae sextā. Duas sextulas dixit pro tertia parte unciae, quū tamen aliud uocabulū latīnū haberet, duellā scilicet: nam duae sextulæ duellā faciunt, quæ tertia pars est unciae, hoc est sexia & tricesima totius assis. Post hæc sequitur drachma octaua pars unciae, quæ ipsa geminata sici

Drachma. liquū efficit, assis duodequinquagesimā. Drachma in terna scrupula distribuitur, quæ à Græcis grāmata i.e. literæ ideo dicuntur, Scrupulū quod quatuor et uiginti literas Græci in alphabeto suo habet, quot Gramma uncia scrupulos capit, & dies ciuilis horas. Scrupulū rursus in binos obolos diuiditur, ut obolus in binos semiobolos: ultra has minutiās nullū est uocabulū facile Latinis usurpatū. Itaq: mēsores post

Vocabula mensuras maiores (de quibus ipsis satis late in Annotationibus nostro rū + stris diximus) ad pedē descendentes & palmū, nec habentes quomodo palmū cōmode diuidere (ut autor est Boëthius) id quod inter palmū & digitum mediū erat, uncia uocare instituerunt: secū-

Stater do loco dignū, tertio staterē, id est semiuncia, quarto quadrātem, quinto drachmā, sexto scrupulū, septimo obolū, octauo semiobolū,

Ceratiū et quē Græci ceratiū uocant, nono filiquā, decimo loco punctū, unde **Siliqua.** cimo minutū, duodecimo momentū posuerunt: alijs filiquā latine putant esse id quod Græci ceratiū dicūt, hoc est siliquæ fructus granum. Siliqua in Italia nascitur hodie quoq: longitudine digitali, latitudine pollicari, ut autor est Plinius: intus habet grana, quæ sens

**Semuncia
Sextula.**

Duella.

Drachma.
Siciliquū.

Scrupulū

Gramma

Semiobolus

Vocabula

enso rū

stris

Stater

Ceratiū

Siliqua.

sena singula scrupula pendent, hoc est, diabolū. Pes igitur in duo Pedis diui-
 denas uncias paritur: dicimusq; semissem pro sex pollicibus ut no sio,
 strates lequuntur. i. cōto digiti. Spithame græco uocabulo dicitur
 mensura digitorū duodecim: hanc nostri dodrantē appellare solet.
 Palmus quaternos digitos significat, & alio nomine quadrās uo-
 catur; eadēq; ratio in reliquis seruatur, ut in triente & tesserē, quorū
 ratio facilius pollicū usū q; digitorū iniri potest, ut triens quater-
 nos pollices significet, & bes octonus, & tunc in minutis: est enim
 pollex medius inter palmū & digitū, quā uncia Boëthius à meno-
 ribus uocitatā esse dicit. Varro libro primo rerū rusticarū. Iugeri
 (inquit) pars minima dicitur scrupulū, id est decē pedes, & lon-
 gitudine & latitudine quadratū: ab hoc principio mensores non-
 nunq; dicunt in subsiciū esse unciam agri aut sextanię. Hoc pugna-
 re uidebitur cum antedictis, nisi intelligamus unciam agri duodeci-
 mā partē iugeri intelligi, unciae autem quartā & uicesimā scrupu-
 lum esse, hoc est drachmā tertiam. Qua ratione fit, ut ducenta octo
 ginta octo scrupula sint in iugero: quae si centenario multiplicen-
 tur (hoc est denis quoquouersus pedibus, ex sententia Varronis su-
 pradicta) duodetri ginta pedū quadratorū milia & octingenti pe-
 des fient, quae est mensura iugeri. Varronis igitur uerba ita intelli-
 genda sunt, ut ab uncia agri ad ultimā minutā descendatur: quam
 uult esse scrupulū, hoc est ducentesimā & octogesimā octauā par-
 tē iugeri: & iugru ducentesimā partē centuriæ. Rursusq; à scru-
 pulo quasi metiendi initio ad unciam perueniri & sextantem, &
 alia mensurarum maiorum uccatula. Subsiciū autem uerbum Subsiciū,
 est mensorum ut alia permulta, quorum Boëthius in geometria me-
 minit: Columella uero libro sexto iugeri partitionem faciens, mi-
 nutias à dimidiato scrupulo inchoandas esse censem. sic enim in-
 quit: Ut à minima autem parte iugeri, id est ab dimidio scrupulo
 incipiam: pars CCLXXXVIII. pedes efficiat quinquaginta, id
 est iugeri dimidium scrupulum. Verum numerus eo in loco corru-
 ptus est, non enim pars CCLXXXVIII. sed pars DLXXVI.

legendum est, sic enim recta calculatio exposcit, & facile est ex Varrone intelligere & ex ijs quæ apud eundem Columellam sequuntur: q̄q̄ et ipsa corruptissima sunt: sed hoc modo emendata totus locum ille sic legendus: Ut à minima parte, i.e. à dimidio scrupulo incipiamus, pars DLXXVI. pedes efficiat L.i. iugeri dimidiū scrupulum: pars CCLXXXVIII. pedes C.hoc est, scrupulum: pars CXLIII. pedes CC.hoc est scrupula duo: pars LXXII. pedes CCCC.hoc est sextulā, in qua sunt scrupula quatuor: pars XLVIII. pedes DC.hoc est siciliquū, in quo sunt scrupula sex. Reliqua quæ sequuntur eo in loco emendata ferè sunt. Columella igitur minutias à semiscrupulo incohadas esse censem: Nam ulteriores, inquit, persequi superuacuum est, pro quibus nihil dependit mercedis, sed superiores tantum partes cadunt in estimationem facti operis: de mercede fossorum & agricultorum intelligens.

De scrupulo Ordo igitur reliquias uocabulorum modi est, ut à dimidio scrupuli ad scrupulum transeat, à scrupulo ad sextulam, in qua sunt scrupula quatuor: idem est enim scrupulum quod gramma, quarta & uicesima pars unciae, et sextula, sexta pars. Porro à sextula transitum facit ad siciliquum, id est scrupula sena: nā drachma geminata siciliquū efficit: quare siciliquis quarta pars est unciae: à sicilio ad semunciam progreditur, in qua scrupula duodecim: ita ad unciam & ab ea ad sextantem, deinceps ad quadrantem trientemque & quincuncem: usque dum ad assēm, id est iugerum perueniat. hic est eorum uerborum ordo sursum uersus, & uiceuersa deorsum, id est ab assē ad semiscrupulū. Vncia autem à Boëthio non pro duodecima iugeri parte, sed pro digito ac triente digni accipitur, quem pollicem nostri uocant: huiusmodi autem uncia pedem habet pro assē, & eam non agricolæ

Geodæsis sed messores et geodætæ secuti sunt, quorum olim apud Romanos Res omnis ars fuit celebrata, & uocabula artis propria, q̄q̄ ea sit alioquin ratio in assē eius tio horum uocabulorum, ut omne corpus & res omnis denique in assē di sem eiusque partes diuidi possit: siquidem Vitruvius libro tertio aruiditur. Architecturæ senariam numerū in has partes diuisit, his uerbis: **Ma thema**

LIBER PRIMVS.

themati ci uero cōtra disputātes, ea re perfectum esse dixerunt numerum qui sex dicitur, quod is numerus habet partitōnes eorum rationibus sex numero conuenientes: sic sextantem unum, trientem duo, semissem tria, bessem, quem dimoeron dicunt, quatuor, quintā rium, quem pentamōeron dicunt, quinq; , perfectum sex. Ne autē scrupulosa hæc magis q̄ necessaria horum uerborum enarratio ui deatur, ueniamus ad exempla, ut ex ijs intelligatur citra huius rei explanationē autores linguae latīnae perfecte intelligi nō posse. Columella libro decimotertio . Ad prædictum autem modū musti adiūci debet hi odores, myrrhæ quincūx, calami pōdo libra, cassiae selibra, amomi pondo quadrans, croci quincunx. Plinius libro decē cimotertio de cūrinis mensis loquens: Qua in re non omittendum uidetur Tyberio principi mensam quatuor pedes sextante & sic liquo excedentem , tota uero crassitudine sescunciali, operimento conchylij & laminæ per medium uestitam fuisse . Quibus uerbis Plinius mensam eam quatuor pedes lōgitudinis habuisse significa uit, et duos præterea pollices , & pollicis quadrantem, crassitudē ne uero sesqui pollicem & quauisse. Idem ibidē: Magnitudo amplissima adhuc fuit unius commissæ ex orbibus dimidiatis duobus à re ge Mauritanie Ptolemæo , quatuor pedum & semipedis per me dium ambitum, crassitudine quadratali. Maiusq; miraculum in ea est artis latente iunctura q̄ potuisset esse natura solidæ: à Nomio Tyberij Cæsaris liberto cognomen trahēti, tribus siciliquis infra quatuor pedes touidemq; infra semipedem crassitudinis Plinius crassitudinem quadrantalem dixit, quæ quatuor esset digitorum: longitudini autem quaternū pedem tres pollicis partes, id est do dratēm pollicis defuisse significat, & tantudem semipedali crasse tudini. Idem libro uigesimo septimo: Asplenium sunt qui Hermionū uocant, folijs trivalentibus multis, radice limosa: & rursus eodem li bro: Inter omnes herbas litospermo nihil est mirabilius, alijs ægony chon uocat, alijs dioſporō: herba quincuncialis ferè, folijs duplo mai oribus q̄ rutæ. Quincuncialem herbam appellauit minorem semi lis herba. Quincuncia-

pede, & septenum fermè digitorum, sequitur enim post paulo: iā cere eam atq; humi serpere autores tradunt. Idem libro trigesimo tertio de lapide lydio loquens . Sunt aut modici quaternas uncias longitudinis: binaśq; latitudinis non excedētes. Vñruuius libro tercio. Crassitudines aut graduū ita finiēdas cēseo, ut neq; crassiores dextiāte, neq; tenuiores dodrāte sint collocatæ, sic enim durus non erit ascēsus. Dodrantē appellauit duodecim digitos, dextantē deccē pollices. Idē libro quinto: Superq; laterculis bessalibus pilæ struuntur, ita dispositæ, uti bipedales tegulæ possint supra esse colloca tæ. Bessales dixit tegulas quæ octo pollicū lōgiūdine habet. Liui^o libro quinto ab urbe cōdīta: Terna iugera & septūces uirūm diuiserūt. Septūces dixit pro dimidiato iugero & duodecima parte iugeri. Tertiū Regū septimo: Crassitudo aut luteris triū unciarū erat. Pro quo secūdi Paralipomeno quarto legitur: Porro uastitas eius habebat mēsurā palmi. Palmus aut, ut alibi diximus, quatuor digitū est, & quadrās appellatur, licet palmus pro dodrāte inzerdū usurpetur. Hoc glossularij illorū libroruū diuinasse magis q; intellexisse uidetur: quippe cū diuus Hieronymus in præfatione librū Iob ita scripsisset: Habeāt qui uolūt ueteres libros uel in mēlranis auro argētoq; descriptos, uel uncialibus (ut uulgo q; iūt) luteris one ra magis exarata q; codices. Hæc inquā cū enarraret interpres, unciales literas esse dixit auri uncia appendētes, uel auri uncia con stātes: ignarus uidelicet horū uocabulorū significationis, unciales enim lueras Hieronymus intelligi uolūt pollicis crassitudine exaratas. Pari ignorantia & illa eiusdem præfationis uerba imperiū trāsmittūt. Obliquus enim (inquit ille) etiam apud Hebræos liber

Vnciales li- teræ.

Eschematis- menos.

hic fertur, & lubricus, & (quod Græci rhetores uocant) Eschematismenos, dum qui aliud loquitur aliud agit. Quod uerbum prima literæ aphæresi acephalum factū est: uulgo enim ē præcisæ schematismenos in exemplaribus lecit natur. Nicolaus Lyranus Hugitionis autoritate fretus, mirifice hoc uerbum enarrauit, ueritas tamen hoc habet, ut eschematismenos liter Iob ab eo autore elegāter dictu

dictus fit, qui figuris uerborum sententiarūq; uariatus & quodam modo uelatus atq; adeo uestitus sit. Schemata enim id est figuræ duorum sunt generū, id est dictionis & sententiæ: sed quæ sententiarum sunt maxime in oratorio sunt instrumento. Schemata enim à Græcis dicūtur quasi gestus quidam & configurationes habitusq; orationis: quæ omnia propemodū Cicero in tertio de oratore enumerauit, sed simplici cōtentus nō ēculatura, ut qui oratoris magis personā q; rhetoris & sophistæ in ijs libris suscepisset, quomodo & in libro de oratore perfecto: quapropter Fabius quasi Ciceronis enarrator, luculēter & copiose ex Cicerōis præscriptio de figuris differuit. Ex cuius uerbis libro nono quid sit schema discere facile poterimus: sed si habitus quidā (inquit ille) & quasi gestus sic appellandi sunt, id demū hoc loco schema dici oportebit, quod sit à simplici ac in promptu posito dicendi modo poëtice uel oratorie immutatū: sic enim uerū erit alia ēē orationē aschematiston id est carentē figuris (quod uitiū nō inter minima est) alia eschematismenos. Aschematis-

tos.

Hactenus Fabius. Ex cuius uerbis intelligimus diuū Hieronymū ut literarū bonarū nō ignarū sic plerūq; nō dissimulatore, librū illū Eschematismenon.i. figuratū ideo appellaſſe, quod nō simplici ac uulgari sensu res diuinās et in uera germanāq; philosophia recōditas posteritati tradiderit, sed figurato stilo atq; à sensu cōmuni alieno et abhorrente, ut mirari nō debeamus si arca nra abdūtaq; doctrinæ sensum qlibet nō capiat, quē Hier. obliquū ac lubricū appellat ob dialogorū ambagē. Cū aut̄ sint poëmatis genera tria (ut ferè autores tradūt) dramaticū i.e. actiuū uel actuorum, exegematicū i.e. enunciatiū, & quod est inter utrūq; anceps mixtū i.e. ex utroq; mixtū: Dramaticū est in quo personæ agūt sole dramaticū absq; ulla poëtæ ipsius & autoris interlocutione, cuiusmodi tragœ opus. diæ sunt & comoediæ & quædā Vergiliij Bucolica. Exegematicū autem genus est, in quo poëta omnia narrat sine ulla personarum cum, interlocutione. In hoc omnia didascalico more & simplici traduntur, ut Georgica eiusdem Maronis. Is igitur liber qui Iob inscribitur,

bitur, uel id poëma potius (ut autor est Hieronymus) dramatico & mimetico id est imitatio charactere conscriptus est: siquidem in eo personarum actus uidemus uelut in scenam quandam prodeuntium, non popularibus oculis sed philosophicis inservientem. Porro cum schemata exornandis poëmatis & orationibus inuenta sint: eū etiam præbent usum quod magis ijs multo afficimur & permouemur, quæ figurate nobis q̄ quæ simpliciter & communi sensu traduntur: propter quod Fabius de uī figuratæ orationis loquens: Nā si frons, inquit, oculi, manus multum ad motum animorum ualeat, quanto plus orationis ipsius uultus ad id quod intendimus confice re compositus? Est enim figura sicut nomine ipso apparet, conformatio quædam orationis remota à communi & primum se offerente ratione. Tranquillus in Vespasiano: Amicorum libertatem, caudicorum figuræ, ac philosophorum contumaciam leuissime tulit.

Figuras Tranquillus appellat obliqua dicta, quæ nō recta & simplici sententia, sed obliqua prætexta q̄ imperatore ipsum taxabat. Idē in Domitiano: Hermogenē Tarsensem occidit propter quædam in historia figuræ, librarijs etiam qui eam descripserant crucifixis. Ruffinus contra Hieronymū scribens: Nam & sanctum, inquit, Ambrosium episcopum qualibū figuris laceret, qualibus obrectationibus secet, in ijs ipsis in quibus laudet Origenem, ex præfationibus ejus edocebo. & Hieronymus ad Ruffinū: lam tue moderationis est & tuorum nullā occasionem impatientibus dare, ne

Figuratæ laudes. non omnes similes mei inuenias qui possint figuratis laudibus dele etari. Et apud eundem figuratæ controuersie in eundem sensum intelligendæ. Martialis libro tertio epigrammatum:

Schema. Schemate nec dubio, sed aperte nominat illam
Quam recipit sexto mense superba Venus.

Locus Pliniij animaduer- siōe dignus. Ut ad rem longiuscule d'gressi redeamus: res omnis in assis partes facile diuiditur. Plinius libro secundo: Lunam haud dubium est lucere dodrantes semuncias horarum ab secunda adijcentem ad plenum orbem, detrahentēq; in diminutionem. Cuius dicti subobscure

obscuri huiuscemodi sensus est. Lunam cum à coitu, quod interlunium diciatur, emergit, id quod fit secunda statim die, lucere primum tres partes unius horæ nocturnæ, & insuper quartam & uicefimam horæ partē, seu maiis undeviginti uicesimas quartas horæ: à secunda deinceps ad plenilunium die quolibet tantum incrementi lucido adiūcere. Et rursus à plenilunio eadem ratione eodem modo decrementi lucere minus minuīq; quotidie usq; ad intermissionem lunam, quo tempore cum sole coit. Idem libro decimo-octauo de eadem luna loquens: Supra terras autem erit quandiu & sol interlunio & prima tota die: secunda, horæ noctis unius dextante siciliquo: ac deinde tertia, usq; ad quintam decimam multiplicatis horarū ijsdem portionibus. Quintadecima tota supra terras noctu erit, eademq; sub terris tota die: decimasexta, ad primæ horæ nocturnæ dextantem siciliuum sub terra ager, easdēq; portiones horarū per singulos dies adiūcit usq; ad interlunium: et quantum primis partibus noctis detraxerit, quod sub terris agat, tantum nouissimis ex die adiūciet super terram. Dextantem & siciliuum dece esse uncias cum quarta parte unciae nemo est qui ignoret. Ita quod Plinius libro secundo undeviginti quartas & uicesimas horæ dixerat crescenti lunæ quotidie accrescere amplius deinceps ampliusq; lucendo, & viceversa decrescenti ratione eadē moduloq; eodem decadere, ipse libro decimo-octauo quasi eorum immemor quæ secundo uolumine dixerat, uiginti quartas & uicesimas & semis præterea dixit, id est unam quadragesimā octauā. Dextans enim uiginti uicesimas quartas ualeat, & sicilius unam duodequinquagesimā: ut suspicari subeat, Pliniū utrobiq; non eandem autorem eandemq; observationem fecutū: qq; in nonnullis alijs dū memoriz quoq; locis uel amanuensium culpa uel propria hallucinatione (ut defectus est: fit in uaria ac multiplice lectione) lapsus est, tametsi id fidem excere uidetur, uirum usque adeo & ingenio acrem, & industria accuratum apertis interdum in rebus lapsum esse: ac ne id quidē modo, sed eidem etiam obliuionem antedictorum obrepisse, præfertini

sertim cū ad principem scriberet, & obseruari præterea se acribat
 obtrectatorum oculis captariq; non nesciret, id quod facile intelli-
 gimus ex librorum præfationibus interdum amarulentis. Proinde
 apologiam Pliniū licet quis meditetur, qui hæc & huiuscmodi di-
 luere se posse speret: Ego (quod ad me attinet) non usque adeo sa-
 crosanctam Pliniū autoritatē (ac ne cuiusq; quidam antiquorū) de-
 bere esse censeo, ut non præsentissimum ueritatis numē fuisse sem-
 per, foreq; apud æquos bonosq; iudices meminerimus: cuius ut sa-
 credotes multi olim fuerunt, sic Plinius ipse antistes mihi fuisse
 uidetur: non enim tantum maioribus ipse tribuisse comperietur, si
 quis animaduerterit, ut eorū quaq; in parte culpam ullam obruedā
 silentio censuerit posteritati dispendioso, nedum ut cuiusq; errata
 quo iure quāq; iniuria tueri institerit. In quo mihi nostræ memo-
 riae homines doctissimi absurdula quadam religione obstrinxisse
 æqualium suorum & posteriorum iudicia uidentur: qui quidē ipsi
 eorum exemplo antiquitatis nomen nudum, uenerandum esse nu-
 minis instar duxissent. Ego uero antiquos quoque illos homines
 ut nos fuisse puto, & aliqua etiam scripsisse quæ parum intellige-
 rent: nec ita annosi æui prærogatiuā sequor, ut nō in opus hoc Pli-
 nianum eximium omnino & rerum propè omniū ut digestione con-
 sertum, sic uarietate distinctum, errores quosdam irrepssisse affir-
 mare præfidenter ausim: quos nemo quantumvis acer, modo non
 impudens quoque sit, defendendos recipere sustineat: siquidem ut
 nunc mittam ea quæ in stirpibus, quæ in herbis, quæ in medicinis
 ex Dioscoride & Theophrasto docti quidam & diligentes harum
 rerum obseruatores adnotauerunt, in quibus sepe Plinius nunc
 exemplariū uitio, nunc æquiuocatione falsus est, dum uel opus im-
 mensum lectionisq; multiplicis urgeret, uel iudicium ipse certum
 ijs rebus describendis adhibere nequiret, quæ aut oculis non subie-
 cerat, aut non satis meminerat. Ut igitur illa mittam quæ culpæ
 Pliniū erra- magis quam criminis dari possunt, neminem esse arbūror eorum,
 tum. qui Pliniū studiosi sunt, qui Plinio patrocinari in eo uelit quod li-
 bro

bro quarto de Hyperboreis dixit: Ponè eos, inquit, montes ultraq; aquilonem gens felix (si credimus) quos hyperboreos appellauere, anno de g̃t aeo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremiq; siderum ambitus, semestri luce & una die solis auersi: non (ut imperii dixerat) ab æquinoctio uerno in autumnum: semel in anno solsticio oriuntur ijs soles, brumaq; semel occidunt. & libro secundo: In Britania lucidæ noctes haud dubie repromittunt id quod cogit ratio credi, solstitialibus diebus accedente sole proprius uerticem mundi, angusto lucis ambitu subiectæ terræ, continuos dies haberi sensis mensibus, noctesq; è diuerso ad brumam remoto, quod fieri in insula Thyle Pytheas Massiliensis prodidit. Quæro, quoniammodo hoc dictum tueri possemus, etiam si ab Eudoxo dictum esset: cum ratio spherica haud dubie deprehendat eos qui polum arcticum pro uertice habent, etiā æquinoctiale habere pro circulo finitore? Atqui qui æquinoctiale pro finitore habet, eos necesse est nullam noctem habere, sed diem perpetuum quoad sol fertur per signa septentrionalia, id quod fit ab ariete ad libram id est ab æquinoctio uerno ad alterum æquinoctium, & viceversa perpetuam noctem quoad sol per signa australia uiam facit, id est à libra ad arietem, ita ut illis annus uertens semestri luce & equali nocte transfigatur, unico per annum ortus atque occasu solis. At hoc Plinius non ab æquinoctio uerno ad autumnum, sed à solsticio ad brumam fieri locis illis contendit, qui rursus libro quarto quasi parum sibi in eare constans ita inquit, Ultimæ omnium quæ memorantur Thyle, in qua solsticio nullas esse noctes indicauimus cancri signum sole træseunte, nullosq; cōtra per brumam dies, hæc quidam sensis mensibus continua fieri arbitrantur. Ex quibus uerbis coniicio, quod Pytheas Massiliensis de solsticio & bruma dixerat, id est de duobus tantum diebus, id Plinium de sensis mensibus dixisse, propterea quod spherici autores rationibus id demonstrant: quare in hoc hallucinatus esse uidetur, quæ quod ab æquinoctio in æquinoctium fit, à solsticio ad solstictium fieri

fieri scripsit. Strabo libro septimo de Sauromatis loquēs, qui et Sar-
matæ dicuntur, διὰ ἡ τὸν ὄγονα τῶν πόων ζύτης τὸ ποσῖον
θρικοὶ τὸν περβορέους μυθοριοῦντος, λόγου ἔξιοντο. καὶ Πυθίας
μαστιλίωντος κατεψήνοσας ταῦτα τὰ τὸ παρωκταντίδι. προ-
χώματι χρώμαντο τῷ ποσῷ τὰ οὐράνια, τὰ μακριματικὰ ισο-
πια. Propter horum autem, inquit, locorum ignorantiam, iij qui ri-
phæos montes & populos Hyperboreos fabulati sunt, in hominum
existimationem uenerunt. & ipse Pytheas Massiliensis mēdaciuer
hæc scripsit, quæ ad Oceani littus pertinent, illo usus prætextu
quod cælestium & mathematicarum rerum historiam scriberet.
Martianus (quod miror) Plinium in hoc sequutus est his uerbis in
sesto: In Britania, inquit, noctes decem & septem horarum: solsti-
tiali uero tempore cum cæli uerticem sol inuestus subiectas lœuor
sum terras perpetui diei continuatione collustrat. Itemq; brumali
descensu semiannuam facit horrere noctem, quod in insula Thyle
compertum Pytheas Massilien. afferuit. Pomponius Mella de
his loquens libro tertio ita inquit: In Asiatico littore primi Hyper-
borei super aquilonem riphæosq; montes sub ipso siderum cardine
iacent, ubi sol non quotidie ut nobis, sed primum uerno æquinoctio
exortus, autumnali demum occidit: & ideo sex mēsibus dies, & to-
tidem alijs nox usq; continua est. Si uerum est Plinius dictum, ne-
cessè est ut Mella autor probatissimus ignarus sphericæ rationis
fuerit, & unus eorum quos Plinius imperitos appellauit. Enimue-
ro in supradictis lapsum esse Plinium per rerum mathematicarū
ignorantiam ut persuadere mihi nolim, sic nequeam, si uelim: non
Plinius laus. enim rudimenta tantum mathematicarum artiū perdidicisse Pli-
nius uidetur, id est sphericæ disciplinæ rationem, quam necessariā
esse de situ orbis scribentibus Strabo nobilis geographus libro pri-
mo docuit, sed etiam astronomiā ipsam non leviter attigisse, eiusq;
asseclam diopticam. nam absq; harum rerum peritia quoniammodo
stellarum erraticarum circulos, cursus, stationes, retrogressus, ac
cessus terræ cūmos, recessusq; ultimos, res omnino perplexas ex-
plicare

plicare inaudita breuitate quiret? Adde triplicem umbrarum rationem luculenter ab eo sc̄iteq; expeditam: nam solis lunæq; magnē tudinem & eorum deliquia ecquis enarrare expiditius aut docere potuit? ambages certe lunares, & desultorij sideris mirificas uicissitudines, nec elegantius quisquam priscorum, nec explanatius totidem uerbis complecti potuisset: tametsi rursus in magnitudine lunæ etiam suo sibi testimonio reprehenditur, quum mucrone umbra terræ, luna in deliquio obscuretur eodem ipso autore, & ipse tamē lunam maiorem esse terra dixerit, quæ duo dicta colliduntur inuicem, sed sic sunt res mathematicæ. Neq; uero legitimam ipsam harum rerum scientiam nouisse tintum Plinius uidetur, sed etiam genethliologorum commēta non ignorasse, id quod ex libro eius se ptimo intelligere possumus, quo in loco de spatijs uitæ longissimis loquens, poscere, inquit, uideatur locus ipse sideralis scientiæ sentiētiā. Epigenes CXXI. annos impleri negauit posse: Berosus excedi CXVII. durat & ea ratio quam Petosyris et Mecepsos trā diderunt, & trimorion appellant à trium signorum portione, quæ posse in Italæ tractu CXCVI. annos uitæ contingere apparet. Negauere illi quenquam nonaginta partium exortiuam mensurā, quod anaphoras uocant, transgredi, et eas ipsas incidi occursu maleficorum siderum. Quo in loco non trimorion ut male emendatuPliniij locus. est, sed tetartemorion lego, ex antiquis exemplaribus in quibus artemorion legitur. Est autem tetartemorion græce qui latine quadras dicitur, id est quarta pars signiferi circuli, hoc est tria signa. Tetartemorion. Ad cuius rei intelligētiā sciendum, quodd numerus duodenarius & astronomicis, & genethliacis familiaris & accommodatus est, unde & aspectus quadrantales obseruāt et trientales sextantesq;: hos duos extremos trinos & sextiles uulgo uocant. Quadrantal is Aspectus qui aspectus, qui quadratus etiam appellatur, fit per trium signorum intersticiū, & gradus nonaginta, ob id nonagenarius appellatus. Nonagenarius libro secundo: Martinus, inquit, stella ut propior, etiā ex qua drato sentit radios ab nonaginta partibus, unde & nomen accepit.

Trietalis aspectus qui et Triquetrus. Is motus primus & secundus nonagenarius dictus ab utroq; exortu. Trietalis est aspectus qui in quatuor fit signis, hoc est in tertia parte signiferi que constat centū & uiginti gradibus. Huc triquetru^m Plinius uocat. Sextans aut fit in sexta parte signiferi, hoc est LX. gradibus & signis duob^o, ob id sexagenarius dictus. Semissis aspectus est q fit per diametru^m, id est per linea circuli dimetiētē. Hac radiatione mathematici, id est Chaldaei, minacē malignāq; esse dicunt: hæc fit à signo uno ad aliud signū quod ab eo ordine sit septēmū, ut ab ariete ad librā. Triquetrus aspectus id est trigonus, quæ tridentē signiferi capit, quinto signo fit: ut, uerbi gratia, in duobus signis quæ tantū inter se distent, quantum aries & leo: huiusmodi radiatio lœta felixq; esse dicitur. Tetragonius id est quadrat^o, fit in quarto ab eo à quo incohatur signo, id est ab horoscopo, ut ab leone in scorpiū. Hanc radiationē tristem putat. Hexagona est quam sextante diximus, quæ fit in tertio signo, eadem benignitate cum trigona prædicta. Propterea Plinius de sexagenario aspectu loquens, hic numerus (inquit) sexagulas mundi efficit formas. Antedictis quatuor genethliaci etiam cardines quatuor addunt, ortū scilicet & occasum, & mesurarium quod & mesuranema dicitur (uocabulum ubiq; in Firmico depravatum) hoc est locus medijs cæli, & huic oppositum locū quod hypogeon dicitur, hoc est punctum subterraneum inter ortum occasumq; mediū. Ut autem as ipse mathematicus impleatur, & omnis suas partes habeat, addunt & alia quatuor loca, quæ pigra deiecta^m esse dicunt, quod nullo ferme radiationis foedere cum ortu, id est cum horoscopo coniungatur. Horoscopus. Hæc sunt in II. VI. VIII. & XII. ab horoscopo signo. Horoscopus est ea pars cæli quæ geniturn ē tempore ab orientali parte cæli emergit in hemispherium nostrum, & ortus appellatur: quam ex Cicerone natalem horā appellare possumus: ex cuius obseruatione natalia predicta fiunt, ut ipse loquitur. Possumus etiam ex Plinio exortiuam horam uocare. Græci horoscopum ab horæ natalis notatione appellauerunt. Huic pars per diametrum opposita in VII. (ut di-

(ut diximus) signo in occidua cœli parte, occasus appellatur. Ea aut pars cœli quæ triginta partibus ab horoscopo distat, in secundo signo existens ab eo in quo horoscopus incohatur, anaphora appellatur, & interdu epanaphora, quasi pars iāā emersura. Quæ aut pars signiferi totidem partibus in demersu occiduum punctū signiferi præcesserit, quot partib⁹ in emersu anaphora ab horoscopo relinquitur, ea pars cœli à mathematicis epicataphora dicitur: quod significat præcipue locū cœli in VIII. ab horoscopo signo: reliqua duo loca nomina habent malæ fortunæ & cacodæmonis. Hæc tamen si uanissime à mathematicis disputatur, ideo tamen utilia sunt cogniti, quod & aspectu radiationūq; adnotatio, astronomie etiā cum genethlogia cōmuniſt. Ut autē ex ante dictis apparet, non trimorion, quod nihil (ut arbitror) apud græcos significat, (trimōeron enim græcu est, nō trimoriō) sed tetartemoriū legēdū est: ita uerba illa Plini⁹ supradicta intelligere me nō potuisse fateror: Negauere illi quenq; nonaginta partiū exortiuā mensurā quod anaphoras uocat, trāsgredi. Her. Bar. neutrū hulc⁹ attigit. Proinde cū Plinius huiuscmodi multa & scire & cōcinne de rebus mathematicis scripserit, nec cādidi pfecto est nec recti iudicij, ob unū & alterū incomodius dictū, dicā ipsi imperiū uelut ad tribunal Rhadamati scribere, aut quis alia formā int̄endere quæ tātē autoritatē ignominiosa esse possit: petīta tamē uenia cū eo agere præscripsi, ut ita dicā, uerbis, honore præfantib⁹ licet: ne iure nostro cedamus afferēdē ueritatis, cui nec tēporis spatio, nec autoritate cuiusq; nōis præscribitur. Nec n. etati huic nostræ literarū interpolatrici hāc legē pmulgaueri: Quod Plinius, quod prisci, quod primi meriti scriptores dixerint, scripserint, quā rē cūq; inter monumenta sua reliquerint, eiusce rei & terrena ac sacrosancta autoritas esto: qui huic uelut conse ratē sententiæ derogauerit, abrogauerit, obrogauerit, is ob eā rē intestabilis & sacer esto: eū literati nōs ex conuentu certatim exiguntio. Illam enim potius legem ipse sua serim: Qui discendi cupidi sint, iuratissimi cuiusque scriptoris

Anaphora et
epanaphora.

Epicatapho-
ra,

b 2 maestas-

maiestatē comiter conseruanto: quod secus (ut sunt humana) dictū
in eorum cuiusq; libros irrepserit, obrepserit, fefellerit, qui de eo
dicto in dagandæ ueritatis ergo addubitet, addubitauerit, quæstio
nem referat, rettulerit, quod eorum absq; dolo malo aut liuore anē
mi factum sit, eius rei multa ne sit, nec bonorum offensio, quod in
star est extremi supplicij. Proinde adnotatis locis hærendum esse

Ephectici. censeo: ut eorum more philosophorum qui Ephæctici dicuntur (nos
cūctatores appellare possumus) iudicū sustineamus, potius quam
ut quicquā arrogantia crīica statuamus de classicis autoribus, ci-
traq; controuersiam receptæ autoritatis. Sunt qui Plinium multa
in mathematicis non intellexisse affirmant, quæ quidem ex græ-
cis transcriperit, quale est illud quod de signifero dicit capite de
cimosexto secūdi libri quod omnino explanatiū dici debuit, etiam
si uere dictum esse uidetur et acute: id quod uix mihi persuaserim.

Entelechia. Eiusdem notæ cum superioribus est illa entelechia Ciceronis, cuius
hæc sunt uerba in primo Tusculanaru. Aristoteles longe omnibus
(Platonem semper excipio) præstans & ingenio & diligentia, cū
quatuor illa genera principiorū esset complexus, è quibus omnia
orientur: quintam quandā naturam censem esse è qua sit mens: co-
gitare enim & prouidere, & discere, & docere, & inuenire ali-
quid, & tam multa meminisse, amare, odiſſe, cupere, timere, angi-
letari: hæc et similia eorū in horum quatuor generum nullo inesse
putat. Quintū genus adhibet uacans nomine, & sic ipsum animū
entelechiam appellat, nouo nomine quasi quandam continuatā mo-
tionem & perennem. Entelechiā Cicero continuum motum intel-
lexit, quasi Aristoteles endelechiam per d̄ literā scripserit, id est
continuationem, & non entelechiā potius, quam actum & perfe-

Cicero merito à græcis accusatus. ctionem doctissimi græcorum interpretatur, ob id Ciceronem à
græcis accusatum non magnopere miror, utpote quos & orationib;
suis exaginare non definit, quanquam ab ipsis præclara illa in
genij ornamenta, philosophiam & oratoriam facultatē accepisse
se non dissimulat. Quare si uerum fateri uolumus, eloquentiæ latè
næ primo,

næ princeps parentisq; à Plinio iure ac merito dictus, diserti non-nūquam magis uiri quām oratoris officio functus esse iudicandus est. Si quidem eius ipsius autoritati credimus oratore eum esse nō posse, qui non idem uir bonus sit: Viri aut boni esse persuadere mihi nequeo, non modo græcos uiros, sed etiam græcā ipsam lingua latīna eloquentiæ autorem, ut inopem & ieunā conuiciose uocitare, & latīnae lingua ueluti exuberantē copiam præ illius inopia admirari: nisi uero credimus Ciceronē recta fretum conscientia, & ex animi sui sententia id dixisse, & non plane auræ populari Romanorum suorū inseruuisse, cuius populi gratia nullum unquam numen præsentius esse credidit. Calumniæ igitur Cicero excusa ri non potest, quasi ita existimauerit: nam præterquā quod græcā omnem facundia pernoverat, ut uel eo nomine græcis ipsis & qualib; admirādus esset: Si cui etiam eloquentiæ græcæ elogia ex eius scriptis colligere uacet, & libeat, eum aliter censuisse haud dubie iudicabit. Fabius libro decimo de cōparatione Demosthenis & Ciceronis loquens: Cedendum uero in hoc, inquit, quod & ille prior fuit, & ex magna parte Ciceronē quantus est, fecit. Nam mihi uideatur M. Tullius cum se totum ad imitationē græcorū contulisset, effinxisse uim Demosthenis, copiā Platonis, iucunditatem Isocratis. Idem libro duodecimo. Latina mihi facundia, ut inuentione, dispositione, consilio, cæterisq; huius generis artibus similis græcæ discipula linac prorsus discipula eius uidetur: ita circa rationem eloquendi uix habere imitationis locum. Si igitur teste Fabio, id est altero Cicerone, lingua latina discipula & imitatrix linguae græcæ, cum se totam ad præscriptum parentis suæ componere effingereq; instituisset, in ea parte artis oratoriæ, à qua eloquentia nomen accepit, imitationem implere non potuit, id est in eloquendi magnificetia, & sublimitate, quonam modo præferendam hanc illi M. Tullius utriusq; peritissimus existimare potuit? Ceu uero si quam Protagoras tabulam ex nobili illa Apellis Anadyomene effingere statuisset, omniaq; liniamenta ad præscriptum ducere, tuq; id apogra

phum præstantius esse exemplari suo contenderes: non aut improbus esse aut ridiculus uiderere? At enim Venere nos græci & uerborū suauitate non etiā copia superauerunt. Hoc rursus iudicandū ad Fabiū reijciamus, apud quē libro eodē sic legitur: Itaq; tāto est sermo græcus latino iucundior, ut nostri poëtæ quoties dulce carmen esse uoluerūt, illorū id nominibus exornent. His illa potentiora, quod res plurimæ caret appellationibus, ut eas necessè sit trāsferre aut circuīre, & iam in ijs quas denominata sunt, summa paupertas in eadē nos frequētissime reuoluīt: at illis non uerborū modo, sed linguarum etiā inter se differentiū copia. Quare qui à latiniis exigūt illā gratiā sermonis Attici, det mihi in loquendo eandem iucunditatem, & parē copiā: quod si negatū est, sentētias aptabimus ijs uocibus quas habemus. Quām pugnantia sint hæc uerba Fabiū cū uerbis Ciceronis, nemo non uidet: qui etiā (si dijs placet) alibi uociferatur omnia per se melius Romanos & sapientius quam græcos inuenisse, aut ab eis accepta meliora fecisse. Et rursus: Vt

Ineptus græ omnia, inquit, græcorū perquiras, quid sit ineptus non inuenies: & innocentiae uerbum græce dici non potest. Evidem ἀπόφοιτος cens.

λον apud illos tam significans esse puto q̄ apud nos ineptum: nec mihi fortasse ἀπιλονον, χρήσιμον, χρήστον: & innocentē nō meliore acaco esse iudico, quo uerbo Areopagita & literæ sacræ utūtur. Atq; etiā Demosthenes in oratione καὶ Εὐέργειον. his uerbus:

καὶ προσποιούμενος ἀκριβεῖς ἔναις δημόσιος Ἀλκεστάς. Et rur

sus: εἴ τις ἀγνοίσκεις Λύγος, ἀκριβεῖς ὑγίειας ἐν, ἀπρόγνοιας ἔναις. et καὶ Νεαρίπεις. Ελεύθερος οὐτὸν ἡ Βουλὴ θεοὺς ἀκριβεῖς

Acacus. Ζόην. Nisi si scrupulose ita discernentes dicamus: ἀκριβεῖς simplicem, & fraudis nescium significare: innocentem autem eum qui cum secus agere possit, inira fines tamen æquitatib; se continuabit. Nam ἀκριβεῖς apud Demosthenem circumscribendi ignarum significat, & cui impostura non ægre fieri possit. Verum esto ut acacos ad uerbum magis innocentii quam ad significationē respōdeat: ὄγκωμαν, ἐπιεικός, ὄστος, ἀγελαρώμαν, innocentis significationē nō im-

pletunt

plebunt? at qui ego hæc plenius aliquid & exuperantius, innocentia significare puto. Meliora etiam his alia Cicero apud græcos inuenisset, si græcorum partes tuendas suscepisset. Has ob causas & alias huiuscmodi, uiuus adhuc (ut autor est Fabius) obiretatorū sermonibus sæpe exagitatus fuit. Ingrati profecto est animi cum græcia latinos non modo disciplinis, sed etiam suis uerbis locupletauerit, eaq; adhuc teneant, nec beneficium nos, nec debitum agnoscere. Præsertim cum græcia id nunquam repetitura sit mutuum, quod usu nostrum fecimus. Mibi autem uidetur (ingenue enim proloquar) lingua græca ad latinam relata, poëtae, id est tragici auctoris aut comicis rationem habere. Latina autem actoris tantū scenici, qui fabulam à poëta inuentam & emodulate scriptam, artifici ac numerosa pronuntiatione in theatralem confessum profert. Quid enim aliud & poëtae & oratores nostri quam poësi & orationi ciuitatem (ut ita dicam) Romana dederunt, latinæq; linguae suffragio ornauerunt? A græcis igitur neotericis entelechiæ interpretatio Ciceroni crimine obiecta est, idq; meritisimo, cuius defensionem Politianus ad sui magis ostentationem suscepisse mihi uidetur, quam diluendi criminis fiditiam habuisse. Nam ut in conatus omnia se uerset Politianus, causam haud dicere poterit, quin si Cicero ita uerba scripta reliquit, ut nūc in exemplaribus legiatur, non ille longe ab Aristotelis sententia aberrauerit: id quod ut intelligatur, age Aristotelem ipsum auctorem entelechiæ, testem dicti nostri laudemus: hic autem in principio statim secundi uoluminis de anima ita inquit: Λέγομεν δὲ ἐν τῷ γύρῳ τῷ πάντων τῶν οὐσιῶν. τούτους δὲ μὴν ὡς ὑλικοὺς καὶ ἀντί μὴν οὐκ εἴσι τὸ δέπον. ἔτερον δὲ μορφῶν καὶ ἔτιδι. καὶ δὲ ὑπὸ τούτην λέγεται τὸ δέπον. καὶ πίστις τὸ εἰπόντων. εἴσι δὲ μὴν ὑλικοὺς μέντοις, τὸ δέπον ἔτελές καὶ. id est. Dicimus igitur unum genus entium esse substantiam: hæc autem partim materia est, quæ per se quidem ipsa non est hoc aliquid: altera pars eius forma & species, secundum quam iam dicuntur hoc aliqd: ab his tertium est quod ex ambob; cōfit: porro

Græca quid
latinæ præ
stet.

materia potentia est, forma autem entelechia. Idem libro eodem ostendere clarius uolens quid sit anima: οὐχί εἰς τὸν ἀντελέχειον
ἢ πρώτη σώματος φυσικοῦ φύλων ἐχοντος θυντάμενον. Σιουλόντος δὲ τοῦ
ὄργανικον. Ideo anima est entelechia prima corporis naturalis ui-
tam habentis potestate: tale autem est quodcunq; organicum est.
Potestate uitā habens appellat, quod actu uitam non habet, qualis
est dormiens, qui habitum tantū habet: plus est enim actu habere,
qualis est uigilans: & paulo inferius: Εἴ δέ τη γίνονται πάσους τού
χούς οἵτι λέγονται, τούτη δὲ τη πρώτη ἀντελέχειον σώματος φυσικοῦ ὄργα-
νον. Quod si cōmune aliquid in omni anima dicere oportet, erit

Entelechia. quidem prima corporis entelechia corporis naturalis organicī. En-
telechiam ubiq; pro perfectione & actu ponit: duo enim sunt in re-
bus: actus, id est entelechia, quae etiā interdū ab eo energia appelle-
Dynamis. latur: & dynamis id est potentia. Organicū appellat corpus quod
Organicum ad aliquid conditum est, ut oculus ad uisum, & auris ad auditum:
corpus. naturale autem dixit ad differentiam opificalis & manu facti.

Summa igitur antedictorum hæc est, ut ex Themistio Aristotelis
clarissimo paraphraste intelligi facile potest: Animam primā esse
perfectionem corporis, id est entelechiā: quod quidem corpus po-
testate in actu prodeunte uitam habeat: atq; id quod ex duobus co-
dinum est et concretū, iam integrū factū, animal est: forma enim,
id est entelechia, licet in materia edatur, non tamen materiæ for-
ma est, sed ei⁹ forma est quod græce σύνολον dicitur, id est ex am-
bobus concretū: omne enim tale simul atq; in aliquā specie formam
est, hoc aliquid esse cœpit: id ut facilius intelligeretur, hoc (in
quā Aristoteles)speculari partium exemplo conuenit. Esto igitur ut
oculus sit animal, animam eius esse, id est entelechiā, aspectū opor-
tebit, cum sit uisus sua oculis substantiæ ratio, id est forma & per-
ficio, sic enim appellare solent rationē substatiæ. Εἴ τοι εἴη δὲ φθαλ
μὸς λύων, τούτη δὲ αὐτοῖς οὐδὲ τούτοις οὐδὲ οὐδὲ μονάδι τούτοις
λόγον. At uero oculus materia est uisus: quo defectus oculus, iā non
est oculus nisi æquiuoce, quomodo oculus lapidem aut pictus. δέ
φθαλ-

Φθαλμὸς ὑλη ὄφεως. οὐκ ἀπρότονος εὐκέστη ὁ Φθαλμὸς πλὴν ὅμοιος τούτως. Proinde Aristotelis entelechia perfectio est et forma, cum corpus naturale à potestate, id est à materia nuda in actum produxit, & animal esse coepit, uel uiuum esse: quare entelechia etiam brutorum est & etiam stirpium, & eorum corporū quae uegetabilia sunt: estq; entelechia non continua motio, sed perfecti corporis comprehensio, id est τοῦ ἐντελοῦς οὐνοχύ. Hoc enim etymum eius uerbi significat. Quare liquido(ut artūrū) constat uerba illa Ciceronis de animo humano non esse cōsentanea cum entelechia Aristotelis. Quid illa quae alio loco eiusdem libri subdidit, diuinitatē animis humanis afferere uolens: Sinautem est, inquit, quinta quædam natura ab Aristotele inducta, primum hæc & deorū est & animorum. Hanc nos sententiam secuti, his uerbis in consolatione hæc expressimus. Animorū nulla in terris origo inueniri potest: nihil est enim in animis mixtum atq; cōcretum, aut quod ex terra natum atq; factū esse uideatur, nihilque aut humidum quidē aut flabile aut igneum. His enim in naturis nihil inest quod uim memorie, mentis, cognitionis habeat, quod & præterita teneat, & completi possit præsentia, quæ sola diuina sint: nec inuenietur unq; unde ad hominem uenire possit nisi à deo. Singularis est igitur quædam natura atque uis animi seiuēta ab his usitatis notisq; naturis. Ita quicquid est illud quod sentit, quod sapit, quod uult, quod uiget, & celeste & diuinū est: ob cāq; rem æternū sit necesse est. Hæc ut præclare dicta sunt à Cicerone de immortalitate animæ, ita referri nequeunt ad ea quae Aristoteles de anima dixit quam entelechiam appellat, sed ad ea potius quæ de intellectu uel mente Aristoteles mirifice differit in tertio de anima, quæ mens ab eo non entelechia sed Nōus dicitur. Entelechiam enim suam, id est animam Aristoteles interituram esse credit̄. Quapropter Iustinus philosophus idem & martyr in parænetico loquens de placitis philosophorum, ita inquit. καὶ ὁ μὲν Πλάστων, φυχὴ πᾶσσα ἀθάνατος καὶ ψυχὴ λέγων. Αριστότελος δὲ ἐντελέχεσσι οὐ τὸ οὐρανόν, οὐκ ἀθάνατον ἀλλὰ

θυτὴν ἀντὶ τὸν ἔνοιαν βούλεται, καὶ δὲ μᾶλλον ἀφίκεται τὸν ἔνοιαν λέγει.
 Αριστότελος δὲ ἀκίνητον ἀντὶ τὸν ἔνοιαν φέσται, ἀπόστησις καὶ νίστησις προση-
 γουμένην. Et Plato quidē animam omnē immortalē esse nō tam di-
 cū q̄ clamat. Aristoteles autē entelechiā ipsam nūminans, non im-
 mortalē, sed mortalem ipsam esse uult. Rursus ille nunquā non mo-
 bilem eam esse tradit. Aristoteles etiā immobile, licet ad emēto-
 tum praeunte. Plutarchus in quarto placitū. Πλάστων ἀφίκεται
 τὸν φυχὴν, τὸν δὲ νοῦν ἀκίνητον τὸ μεταβοτικόν καὶ νίστησις. Αριστό-
 τελος ἀκίνητον τὸν φυχὴν, πάσιν καὶ νίστησις προσηγεται μᾶλλον. Τὸ
 καὶ συμβεβικὸν μετέχειν χρεόπερ τὰ ἔδη τῶν σωμάτων. Plato
 (inquit) nunquam non mouetem animam existimauit: intellectum
 autem immotum duntaxat transgressili motu. Aristoteles in motu
 animam esse censuit, & eandem motu omnis autorem, & mo-
 tionis tamen accidentariæ non exortē, quomodo et formas corporū.
 Eum librū cū uerteremus, aliter hunc locū traduximus, aliud exem-
 plar secuti. Verum his autoribus planū fit, illud Ciceronis dictum
 nō posse ad Aristotelē referri, qui entelechiā pro anima et forma,
 non pro mente & animo intellectus, nec entelechiā perpetē quandā
 motionem significare, cum Aristoteles immobilem entelechiam es-
 se dixerit motu suo et proprio. Idem Plutarchus eodem in libro hoc
 uerbū exponens ab Aristotele de anima prolatū, ita subdit: τὸν δὲ
 ἐντελέχειον ἀργυρόν αὐτὸν τὸν ἐντελέχειον. Entelechiam autē pro actu
 exaudire oportet. De quinta autē natura ab Aristotele inducta,
 Laertius ita inquit. ἔνοιαν δὲ τὰ τίτανες ποιοῦσι τοῖς, ἀλλο πεμ-
 πόν δέ τον τὰ αἰθέρια συντελεῖναι, ἀλλοιον δὲ αὐτοῖς τὸν κίνησιν τὸν
 νοῖαι, κυκλοφορικὸν γάρ. καὶ τὸν φυχὴν δὲ ἀσώματον, ἐντελέχειον
 σύστημα τὸν πρώτων σώματος φυσικὸν δὲ ὄργανον δινονόμον
 ξεχούσ. Esse autē præter quatuor elemēta & aliud quintū cēsūt,
 ex quo ætheria omnia cōstituta sint. Sed & eius alium esse motum
 utpote circularem. Animam etiam incorpoream esse uoluīt, & en-
 telechiam primam corporis naturalis organici potestate uitam ha-
 bentis. Ex quibus uerbis appetit entelechiam non esse ab Aristotele
 in quin-

in quinta natura positam. Id autem de intellectu & mente cœsuisse Aristotelem melius dici posset: de quo cum multifarie ac subtiliter Aristoteles & Themistius differuerint, unum ex utroq; locū assūmam qui id planum fieri possit, ne si iusta disputatione id probare conemur, in tedium abeat longior hæc multo digressio q̄ initio de stimaueramus. ἐπεὶ δὲ ὥστε ἐν ἀπόσθητῇ φύσις ἴσι ποτέ μὴν ὑλη ἐκάστω γίνεται. Καὶ διὸ πάντας μηνόμενος ἐκεῖνος. ἔτερον δὲ τὸ αἰπον καὶ πριν τιχὲν, τοῖος πάντας, διον δὲ τέχνη πρὸς τὸν πάντας πέπονθεν, ἐνάγκη καὶ ἐν τῷ φυχῇ πάρχει τὰς τάσις μιαφοράς. Καὶ ἴσιν εἰ μὴν ζεῦς νοῦς, τοῖος πάντας πάντας, διὸ τοῖος πάντας πρετέν, ὡς ἔξι ποτέ, διον δὲ φῶς, πότερον γάρ τινας καὶ δὲ φῶς προτέρας μηνόμενος χρώματα. Καὶ δύτες δὲ νοῦς χωρίσος, καὶ μητῆρ, καὶ ἀπαθής, τῷ οὐσίᾳ ἀντέργαστος. Locus hic unus est eorum quos Aristoteles offusa caligine obscurasse dicitur est, ut à suis tantū intelligi posset: nos tamen q̄ poterimus explanatissime uertemus: Quoniam uero (inquit ille) ut in universitate naturæ est aliquid, cuius altera pars unicuique generi materia sit: eaq; idcirco sic est, quod omnia illa est duntaxat potentia. Altera pars est, quæ causa est & effetrrix, ut quæ omnia faciat, cuiusmodi rationē ars ad materiā obtinet, necesse est in anima quoque has differentias esse, estq; intellectus qui dam huiusmodi ut omnia sit: aliud uero ut omnia faciat, qui uelut habens aliquis est, perinde ac lumen. Siquidē modo quodā lumen actu colores efficit, qui potentia colores sunt: & sic intellectus abstractus, & nulla cōcretione permixtus impatibilisq; substātia sua actus existens. & paulo inferius. ἀλλ' οὐχ ὅτε μὴν νοεῖ, ὅτε δὲ οὐ νοεῖ. χωρίσεις δὲ ἴσι μόνον τοθεὸν ὅπερ ἴσι. καὶ τοῦ μόνον ἀθάνατον. καὶ οὐδιον. Sed nec interdum intelligit, & interdum non intelligit. Separatus uero id est demum quod est, & hoc solum immortale est & aeternum. Hæc uerba paraprastice enarrans Themistius libro eodem ita inquit: Quum enim statuisset Aristoteles in omni natura alterum pro materia haberi, alterum pro forma mouete persicentieq; necesse, inquit, est easdem differentias in anima repe-
- riri.

viri, & talem aliquem intellectū adesse qui pars animæ rationalis præstantissima sit. Atq; hoc quoq; ex illis uerbis clarissime innoscit quorū pauloante mentionem fecimus. De intellectu, inquit, et ui ea quæ cōmentatur contemplaturq; nihil adhuc liquet: Sed uidetur diuersum animæ genus esse, solumq; id abiungi & separari cōtingere, tanquā perpetuū à morticino caducoq;. Hactenus The mistius. Hoc ultimū dictū ideo addidimus, primū ut planū fieret, id qđ Cicero entelechiæ tribuit, Aristotelē non animæ, quā formā, id est substantiæ rationē esse uult, sed intellectui tribuisse, duntaxat agenti, qui ab intellectu potentia differt, ut ars à materia: & hunc impatibile esse immortalēq;, animā aut mortale, siue Aristoteles intellectū & mentē, partē esse animæ diuinam præstantissimamq; intellecerit, siue aliud ab anima formalē rationē obtinet.

Animus. quā entelechiā uocat. Prisci enim differentiā inter animum & anī
Anima. mā posuerūt: Animus est (inquit Nonius) quo sapimus, anima qua uiuimus. Sine animo anima est debilis. Varro. In reliquo corpore ab hoc fonte diffusa est anima, huic animus ad intelligentiā tributus. Plinius lib. x x 11. de iracūdia loquēs: Ergo & animi asperitas, seu potius animæ, dulciore succo mitigatur. Sed inde maior illa quæstio existit utrū intellectū illū singulorū esse hominū ita existimauerit, ut homo post obitum suum immortalis futurus sit, an unū uniuersorū. Ita enim hoc implicuisse disputationū ambage existimatur, ut ingenia sui studiorū torserit potius q̄ certū aliquid fixūq; reliquerit. Sunt tamē nihilo secius qui existimet entelechiam duplex.

duplicē esse: unā illā quā diximus ex sententia Themistij, Laertij & Plutarchi, quæ nomē est animæ nō modo irrationalis, sed etiā physicæ, & hæc à corpore naturali organico inseparabilis est. Alterā dixerūt corpore ita separabile, ut à nauī nauīa, animā scilicet rationale, quæ cum aliud sit à corpore, nec corporis forma, corpus ipsum, id est subiectū, cōponit, & moderatur, perficiq;; & ita regū ut nauē nauta. ὅτι εὐτελέχεια ξέωθεν οὐσία συντάπτει καὶ διορθοῦται τελεῖται οὐτοκέιμενον. ὅτους οὖν λέγει τις πλώ λογικῶν +

Χίλια ἐντελέχειαν, τὸ καχωρισμένον τὸ σώματος λίγη. Secundum hoc nonnulla ex parte Ciceronis dictū defendi posset, qui fortasse quod apud aliquem philosophum legerat de entelechia, hoc Aristotelis tribuit eius nominis auctori, ut surrepere solet scribentibus obliuio: utcunq; quiduis potius cōminisci par est, q̄ut inter reos eius nomine auctoris a nobis recipiatur, qui extra omnē ingenij aleā, id est extra omne discriminē iudiciorū Plinij sententia positus est, iudicis in geniorū summi. Addā et aliū locū admonēdi gratia. Idē Cicero in secundo de natura deorū, fabricā humani corporis nō modo felicē & perspicua, sed etiā accurata & artifici facūdia describēs: Ex intestinis aut, inquit, & alio secretus à reliquo cibo succus is quo alē mur, permeat ad iecur per uenas quasdā à medio intestino usq; ad portas iecoris. Sic enim appellant ductas & directas uias quae pertinent ad iecur, eiq; adh̄erent. Mediū intestinū Cicero dixit, quod græci mesenterion appellauerunt, & in primis Aristoteles quod tamen intestinū non est, ut ex Aristotele apparet, qui de ea parte ita inquit. οὐ πέρ τὸ ιερὸν ἐντέρον μεσοντέριον εἰσιν, οὐδὲν δέ τι ζεύκη, πλακτή, πιονίνεται. Supra intestina autem mesenterium est, membranaceū latūq; & pingueſcens. Mesenterium ad uerbum Cicero mediū intestinū trāstulisse uidetur, cum græce ex eo Medium in (ut puto) dicatur, quod media intestina complectitur. Ab eo autē testinum, uene & fibre permultæ sursum deorsumq; ad intestinorū posituram ferunt, cū ipsum principibus uenis maiori & aortæ adnexum sit, ut Aristoteles tradidit, id quod Cicero significare haud dubie voluit. Nam portarum iecoris appellationem Cicero ab eodem auctore mutuatus est, qui pylas hepatos uocat his uerbis: προστούφικη τὸ τῆς μεγάλης φλεβῆς τὸ ίπαρ. τῷ δέ αὔρτῃ οὐ κρινωνεῖ. Διὸ δέ τὸ ίπαρ διέχει αὔρτη της μεγάλης φλεβὸς φλεβή, οὐ δέ καθελούμενοι πόλου εἰσὶ τὸ ίπαρ. Adh̄eret enim magna uene iecur nulla parte aortæ communicans. Siquidem uena illa quae à magna proficiuntur, per medium iecur pertendit ea parte qua portæ iecoris situm habent. Proinde Cicero medium intestinum pro mesenterio dixit, in eis

in ea etiam parte elegantissimi libri in qua Aristotelem ipsum exquisita descriptione superasse uidetur. Theodorus Gaſta uir non modo latine doctissimus, sed etiam medicus, lactes pro mesenterio dixit: quo nomine ab Hermolao Babaro & alijs reprehēsus est, quā si eo in loco hallucinatus uel in eo potius uerbo. At ego consuleo eū id fecisse censeo, ut qui in eo uerbo Pliniū autoritatem sequi nolle.

Lactes. Lactes enim non tā intestina significant quām pingue illud quo & ambit intestina. Tranquillus de patina Vitelliana: In hac, inquit, scarorum iecimora, phasianorum & pauonum cerebella, linguas phoenicopteriorum, murenarum lactes commiscuit. Quare immērito Hermolaus hoc uerbum ut licēter usurpatum in Spartiano notauit. Nostrates in piscibus lactantias appellant. Verum ut notae & Ciceronem & Plinium eximimus, idq; meritissimo, sic humana Minerua scripsisse eos meminisse debemus, nō numine instinctos: ne musas insectatus esse uideatur, qui eius notae autores semel, atque iterum ad disquisitionem doctrinæ consultorum candido proposito reuocauerit. Nec mihi ob id uideor litem meam facere, quōd controuersiam tanto autori intentatam ueritatis indagandæ studio commemorauit: cum mihi Angelus Politianus uir egregie doctus obtulisse se huic lui haud magna causæ fidutia uisus esset. Sed redeamus tandem ad institutum opus. His nominibus antiqui non solum usq; ad assēm, sed etiam ultra usi sunt. Columella libro quarto: Auarius quidam dipondio & dodrante altum sulcum, latum pedum quinq; faciunt. Dipondium & do drantem dixit, pro pedibus duobus & digitis duo decim. Et libro tertio. Ab ipso arboris crure pedale spatium intermitto, deinde sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum, in dipondium semissēm latum cum feceris, patiere minime duobus mensibus eum tempestatibus uerberari. Utuntur etiam historici, ut Liuius libro octauo ab urbe condita. Latinus ager & Falernus, qui populi Campani fuerat usq; ad Vulturnum flumen, plebi Romanæ diuiduntur, bina in Latio iugera, ita ut do dratēm ex Priuernati complerent data, terna in Falerno, quadrā

Cicero et Pli
nius humana
scripsere Mi
nerua.

tibus

tibus etiā pro lōginquitate adiectis. Columel.lib.ii.Sed iugerū talis agri quatuor operis expeditur:nā cōmode proscinditur duabus, una iteratur, tertiatur dōrante, in lirā statim redigitur quadrāte operæ. Dodrāte opere pro tribus partibus diei artificialis dixit, ut quadrantē pro quarta, hoc est pro nouē horis & pro tribus. Plenius lib.xviii. Iustū est proscindi sulco dodrātali iugerū uno die, iterari sesquijugerū, si sit facultas soli: si min⁹, proscindi semissim, iterari assim, quādo & animaliū labori natura leges statuit. Quod drantē græci τετρατημόριον dicūt, & τριτημόριον triente, Δίμοιρον bessem, dodrantē ίμιμοιρον, sextantē έκτημόριον. Sunt & hec πιον. vocula signatæ pecuniae nomina, ut docet Varro. As nummus erat libralis, dupondius nūmus bilibris, sestertius nūmus duarū et semis libraru, dictus quasi semistertius, græcorū imitatione, qui ήτι Τριτημόριον Δίμοιρον. Τριμοιρον. Τρισ. Η μιδραχμον dicūt duas drachmas & semis, & έβδομον ήμιτολαχνον, pro talentis sex et semis. Herodotus in Ι. Έλιων σαθμὸν έβλαιον ήμιτολαχνον. Pollux. Πλ. ήμιδραχμον δι εινό ήμισθος μον. Δραχμοι, id est pendens sex talenta & semissim; et apud eundē, Signatæ pecuniae uocula et semis taleta. Denarius decē libraru nūmus erat, cuius quarta pars sestertius, eo tempore scilicet quo denarius decussi ualebat: As dupodi⁹. erat aut̄ denarius argenteus nūmus quatuor & uiginti siliquas pē dens. Apud Priscianum ita legitur: Siliquæ tres, obolū faciūt: duo autem oboli scrupulū, tria scrupula drachmā: ita duodeuiginti siliquæ in drachma, sic quatuor drachmæ in tribus denarijs, hoc est due et septuaginta siliquæ. Hactenus apud Priscianum legitur. Quadrans etiam nummus erat, ut apud Iuuuenalem. nummus.

Cædere Syluano porcum, quadrante lauare.

Et centum quadrantes saepe apud Martialem. Sic etiam sextans Sextans, nummus erat, cum populus Romanus in funere Menenij sextates contulisse dicatur à Valerio et Plinio. Sunt et uaserum nomina, ut apud Persium:

— Calidumq; trientem

Excūtū è manib⁹.—

Sunt

Sunt & pōderum. Plin. li. xxvii. Bibitur ad dolore uuluæ & uiuia: macerari oportet in sextarijs tribus quadrante rādicis tuſæ per nocte & diem. & li. xxviii. Ad tuſſim ueterē recens deco quitur quadrantis pōdere, in uini sextarijs tribus. Idē. Ad hoc uitium immittitur butyrū heminis quatuor cū rhēſinæ terebinthinae ſextante. Nec mirū eſt tam late uerborū iſtorū ſignificationē pate re, cum cognata ſit & cōnexa ponderū ratio cū mensurarū ac numerorū rationibus: & ut aiunt illa carmina quæ Faſimi eſſe dicū tur, ſi pondus mensuræ cōponimus, eadē eſt pars cyathi in ſextario quæ eſt in libra unciae: & ut in ponderū minutijs ad ſcrupulū peruenimus, ſic in mensuris ad cochlear. Quinqūcialis aut ordinis ratio in arbūſtis & uineis, & in quinqūce arbores diſpoſitæ cur dicantur, cōminisci non potui: quid tamē ſit ex Fabio facile intelle Gimis, apud quē hæc uerba libro VIII. legūtur: Nullus ne etiam frugiferis adhibendus decor? Quis negat? nam & in ordinē certaq; interualla redigam eas arbores. Quid illo quinqūce ſpecioſe uis: qui in quācunq; partē ſpectaueris, rectus eſt. Sed protinus in id quoq; prodeſt, ut terræ ſuccū equaliter trahāt. Cicero in Cato ne: Cum aut miraretur Lysander & proceritate arborū & direc̄tos in quinqūce ordines, & humū ſubactā atq; puram & ſuauetatem odoru qui afflaretur ē floribus, tum eū dixiſſe, mirariſe nō modo diligentiā, ſed etiam ſolertiā eius. Colu. li. 1111. Hec in qn quinqūce uinearū metatio expeditiſſima ratione conficitur. Hoc Demosthenes in ea oratione quæ πρὸς Νικόρχῳ inscribitur, ita ex preſſit: καὶ τὰς ἀναστολὰς δέκα, καὶ φυτεύρια ἐλαῶν πολυοίχων κετεῖλαστ. Arbuſtiuas uires excidi, et oliueta in uer ſus quoquouerſum digeſta conſregit. Quid uerbū Suidas aſſequē non potuit. Xenophon ipſe ex quo Cicero tranſtulit, ita ſcripſit. ἔπειτα δὲ θαύμαζεν αὐτὸν ὁ Λύσανδρος, ὃς καὶ λόγοι τὰς δέκας ἔγινε, οἷον δὲ τὰς πεφυτευμένας, ὅποις οἱ δέκας τὰς δέκας δέκας εἶναι πάντα καὶ λόγως εἶναι. Cum aut locum coſtū miraretur Lyſander, quod decorae eſſent arbores, & stirpiū conſtarū aequabilis ſeries,

Quinqūcialis ordinis ratio.

Arbores in quinqūcem digestæ.

rap 3.

series, ita in uersus directos configurata uideretur, ut ad angulos rectos pulchre exacta essent omnia. Ex quibus uerbis cum Ciceronis collatis cōjicere statim possumus quid sit quinquuncialis ordo, etiam si nondum intelligimus, cur ita appellatus sit. Fortasse autem antiqui sic quincuncem appellauerunt exactam plantarum metationem, ut decussem exactam spatij diuisionem. Theodorus Gaza Ciceronis interpres, directos in quincuncem ordines græce ita expressit. ορθοί ὅπλοις εἰς πενταδέκα τύχων σύγχρονοι, obseruat scilicet Xenophonte Ciceronis uerba uertes. Eo anno quo hæc scripsi, uineam habebam sterilem & multis tam annis decoctricem. Huic cum auctionem diu (ut fit) minitatus essem nisi in posterum saltem paria cum expensorum ratione faceret, nec impensiorē ipsæ culturam sentire uideretur, propscripta etiam emplorem non inueniret (male enim iam audire cooperat, quasi non damnosam uineam, nūquam emancipaturus essem) ad extremum eosq; damnatae succensi, ut in hortum eam transformare mediuarer arboribus consitum, nondum tamen extirpatam. Hoc cum primum in mente mihi uenisset, arboribusq; eam ad soli naturam accommodatis conseruisse, frugi me hominem existimabam, omniq; religione ac superstitione solutum: Nam ultimi anni calamitate perculsus tot superiorum annorum sterilitatem excipiente, temperare mihi non potueram quin præcipiti iure iurando negarem unquam me pcstea teruncium in eius uineæ culturam impensurum. Quo iure iurando satis me defungi posse interpretabar, si hortum eam magis factam quam adhuc uineam colerem, præsertim cum nullus inueniretur tam diuerso Mercurio natus, qui si bi eam indicari petere. Sic autem rationem impensæ subduxeram uix ut uiginti francis eam mihi rem staturam existimat: sed consitoris solertia quæ stuosa eò me sensim perduxit noua indies cōminiscendo, uisendumq; operis absoluti decorem speciemq; pollicendo, ut à tenui illo & simplici primordio iustum tandem pomarium instituerim, iugerū paulo minus quatuor. In quo mihi nū euenerit ut qui auctionem

facere prius prædij mei meditabar, & nummo propè modum addæ
 cere paratus eram, idem subinde liceri magno cogerer particulas
 cōfinium agrorum, ne instituti pomarij modulatio ambulationūq;
 metatio aliquo loco non quadraret. Intra id uillā & dīficabam simul
 & ipsum muro undenum plus minus pedū cingebam, crassitudine
 in summo sesquipedali, in medio atq; imo proportione emodulata.
 Hoc sammaurianū prædium mihi futurum instar amoëni cuiuspiā
 tusculanī sperabā, quarto ab urbe lapide situm, in quo liberiores so-
 lutiōresq; cōgressus cum dilectissima mihi philosophia exercens me
 cum ipse sēpius comodiūs q; uiuerē. Hoc faciens, didici duplīcem
 quinquangularis ordinis rationē esse, alierā nostrates scacariā, qua
 si alueolatam appellant: Sumpit enim formā à postica parte aluei
 in quo scrupos hodie lusitantes promuent & reducunt: altera ra-
 tio reticulata d'ci potest: non in quadras ut prior, sed in Rhombos
 conformata, ea forma qua specularia apud nos plerunq; uidentur,
 in fenestrī lumen uitro transmittentibus. Ego quadris usus sum pe-
 dum quoquouersus quaternūdenum. Huiusmodi ordinū obseruatio
 Normannis solennis est instituēdis pomarijs, quorū arboratores ē
 seminarijs plantulas transferentes, ita stellatim decussare norunt
 ordines, ut in quamcunq; partem te uerves, rectam semper seriem
 uideas, nusquam obliquante prospectu in longinquum. Hæc habuē
 de his uocabulis quæ strictum primum dicerem, quæq; uelut proœ-
 mium huius operis esse uelle. Itaq; quando de integro sermonē in-
 stauraturi hac eadem de re sumus, ut eorū uocabulorum usum ma-
 gna ex parte obsoletum latinitati reddamus (sic enim futurum spe-
 ro) facturum me operæ pretium existimauī, si non modo rem hanc
 totam, latī per se satis finib⁹ patentem prosequerer & absolue-
 rem, sed etiam si disputationem aliam ad hunc locum non nihil per-
 tinetem, & ueluti cognatā adiungerē, tāetsi iā alto situ obscurita-
 tis errorisq; squalente, uix ut nitorem pristinum lingua latīna hac
 in parte receptura uideretur. Cum enim de asse & libra pondoq;
 & rei numeri uocabulis multa ab enarratorib⁹ neotericis dicta

sind

Sammauria
 mū Budæi.

Sint, antiquorumq; monumēta ijsdem uocabulis scateant, nondum
 (quod sciam) à quoquam scriptorum nostræ aut auorum longe q;
 superioris memorie deprehendi potuit, quem modum pecuniae his
 uerbis statuere debeamus. Proinde ita tulit animus, ut rem per se
 subobscuram, & cum multa ambage autoritatum implicitam, tum
 uero glossulariorum errore perplexiorem factam, simul corruptis
 exemplaribus propemodum comploratam, explicare nihil feci us
 improbo insanoq; (ut dicitur) labore aggrederer: siquidē sc̄itum il-
 lud comici poëtæ meminerā, nihil tam difficile esse quin quæren-
 do inuestigari possit: & digna rem prorsus existimabā, in quā tota
 pectore incumberē. Atqui cum ad hanc ætatiē ex quo post tenebri-
 cosa secula literis sensim lux effulgere coepit, eō iam profectus la-
 bores eruditorum hominum euaserint, ut ad linguae latine instau-
 rationem per pauca desiderentur, nemo tamen (ut spero) inficiabē-
 tur hanc operam adhuc desideratam esse. Planum enim facturum
 me confido, neminem intra octingentos annos, ac plures fortasse
 recte hæc uocabula intellexisse, duntaxat eorum qui commētarios
 ediderunt, qui in uulgas emanarint. An aut id affecutus sim quod
 anxie perquisiui, lectorum erit iudicium. Verum enim uero eam à
 me suspicionem longe amoliri uelim, quasi aut ingenij singulari
 quodam acumine fretus, aut reconditæ doctrinæ fidutia eam
 rem totam suscepimus, quam uiri tot doctissimi ne primis quibus
 quidem dignis sine noxa tractauerunt, id quod mox apparebit. Iure
 autem meritoq; facturum me arbitror, si in ordinem lautiorem li-
 teris studētiū admittendum me censem, quibus aliquando ipsis
 liceat post emerita audiendi uel legendi potius stipendia: (non
 enim tam fortunatus fui, ut in hac disciplina uocalem præceptorē
 haberem) stilo specimen sui facere. Proinde cum aliorum scriptis
 his in rebus adiutus sim, quas ipse per me assequi non potuissim,
 & in id uideam literatos ferè consiprasse, ut uelut symbola quisq;
 q; posset lauissimam in medium conferret, quasiq; in musæo dona
 rum aliquod posteritati uisendum consecraret: commotus & ipse

sum & emulationis stimulis usque adeo exagitatus (neq; nūc pri-
 mū) ut impensiore studio eum locū inter scribentes tenere posse nō
 diffidere, quem multi aut ingenij præstania freti, aut ingenti alē
 quo studiorū adminiculo subnixi, certatim sibi asserere quotidie uē
 debantur. Itaq; alterā iam aleam iacimus, quandoquidē prior illa
 (de Annotationibus nostris loquor quas in Pandectas edidimus)
 non incōmodissime cecidit, tametsi incurvura ipsa in primorum
 ordinū offensionē uidebatur. Quippe rem per se inuidiosam, fero
 cuius q̄ par erat in iudiciū, quasi in theatrum adduximus scribendi
 tyrocinio, id quod tum demū sensimus, cum iam opere edito (quod
 domi simul nostrae, & in officina chalcographaria cudebatur) q̄
 inferbuerat animus, paulatim desflagrauit: et hactenus tamē ipune
 ferre nobis cōtigit ab ijs etiā ad quos ea res maxime p̄linebat, nedū
 ab illis hominibus quisq; necessitudo nobis humaniorū literarū no-
 mine intercedit: quanq; imputitatē mihi stolidē fortasse promitte
 rem, nisi etiam gratiā me inisse ijsdē ab ipsis iuris perutissimis ex-
 perimento dicissem: usque adeo quod cādido atq; ingenuo propo-
 sito suscepēris, etiā si in eo transfigendo (ut est humana conditio) se-
 cus nonnihil imprudens admiseris, nō solet id ferē non bene tandē
 uertere: nisi si forsan id est ueritatis numen, ut rem principio in-
 uisam, aduersoq; rumore explosam, ad extremū etiā popularē red-
 dere plausibilēq; potuerit. Quorū enim hominū odium inexplabi-
 le contraxisse musteo adhuc opere uidebar, eorum nunc occursum
 uix fero, de pollicitatione me reliqui uoluminis conuiciose appellā-
 tium. Quorū autoritati tantū tribuo, ut rem depositam, nescio an
 abiectā retractare denuo coactus sim. In qua ipsa cum occupatus
 essem, animi causa (ut fit) auocamentū quārentis, parergon hoc ar-
 ripui, initio quidē modulis diuerticuli destinatū: rerum autē serie
 perpetua aliā atq; aliā deinceps cōmentationē ingerente eo usq;
 progressum me esse sensi, ut ex parergo, id est operis instituti di-
 uerticulo plenū opus factū sit, ut græci dicūt, ὡς τε κ, η πάρεργον
 περιτίττον. Hęc satī ad exerceros, Italos & alios ubi cunq; gen-
 tiū.

tium literatos, quibuscū sacrī ijsdem initiati sumus, quibus quidē
 ipsi in musei cella contigit incubare, non etiam qui ex pronao (ut
 aiunt) musas salutauere. Eorū enim nullū ex albo reijcimur, quan-
 do id fieri nō posse putamus, ut qui literarū humaniorū studio sint
 expoliti, non ijdē quoq; snt iudices nobis & qui. Ab nostris autē me-
 tuendū nihil erat, nisi quosdā homines primariæ autoritatis aut di-
 citare aut missitare cōperissem, cū unū tantū genus hominū līte-
 rarū bonarū studio aptū atq; etiā natum esse, tum uero nos operā
 oleum perdere qui in eo uiuæ instituto ingenia exerceamus, nō
 aliter ac lienosos qui instituantur ad cursum. Hoc quū nostratum
 quidam rescissent, primū mirari autores, deinde eo magis succen-
 sere, postrē re planè intellecta fremere. Sed reliqua, ut arbitror,
 silentio nunc premēda, ut omnia in potestate habeamus si forte illi
 & quiiores esse cōperint. Nisi uero obscurū esse potest, cur homines
 Franci externa ingenia se exosculari dītūent, nec stomachi suū
 doctos in Gallia uidisse. Quos si ueritati inseruire potius q̄ animo
 suo indulgere existimare, aut ea esse eruditioē, ut latine loquētes
 intelligere sine magistri opa & præitoris possent, facile (nisi fal-
 lor) ostenderē cur adhuc factū sit, ut dicendi facultas olim uerna
 cula Galliarū, literis iādiu in Italia illustratis, in Galliā nō reuer-
 sa sit, transalpinarū ipsam rerū plus q̄ & par est & utile, cupidā. Dicēdi facul-
 tas Gallis or-
 Qua (malū) opinione fallere se in re tam clara hominū iudicium 14.
 credunt, qui ne in ijs quidē fefellerūt, quæ integumētis oībus cōpo-
 siti uultus speciosi q̄ sermonis egerūt? Vsque adeo enim oēs hominū
 sensus iā innotuere in uulgo, ut fidē quidā non faciant, uel si arā
 utraq; manu tenētes, ausi snt sanctissime deierare. Ita' ne uero si
 Fraci quidā hoīes aut male obsequiosi, aut ex ingenio suo uiuētes,
 nec per istorū geniū iurare didicerūt, nec soliñis hac cōtate lenoci-
 nijs eorū se potentiae uenditare: satis digna causa fuit quā ob rem
 calcata charitate patriæ, odio trāsuerſi aut liuore raperētur: mihi
 certe non uidetur. Atqui si ingeniorū ipsi & doctrinæ (quæ nos
 quoque in extēniū mirifice agnoscimus) admiratores ueros credē-
 c 3 sese uo

se uolebat, benigne igitur uel' exteris faceret, idq; eo noīe, ut intellegeretur, cur uiros ipsi doctos præmij ascisceret. Sic enim eloquitiā & poëticā et litteras elegatiōres patriæ diceretur uel dedisse uel reddidisse. Nūc cū id non faciūt, uideant quæso ne externis uerba dare potius q; nobis facundiā optare uideātur: imo (ut plane loquar) ne subdolā mente p̄dāt, aut certe maleuolā, qui priuato uel studio uel odio instincti (nā quā alia causam cōjicere quisquā posset?) sugillationē patriæ inurere nō timeāt. De qua q; bene alioq; fint meriti publica fama uiderit. Sed criticā severitate cognoscere in hoībus im p̄tis prætiū est operæ, Galli oīno hoīes nec ad poëticā arte nec ad oratoriā nati. Quis hoc iudiciū faciūt? hoīes germana in Frācia nati, in sinu Franciæ aliti & educati, & nūc in gremio eiusdē hcc dētūates. Qua igitur tandem fidutia hoc iudicare præsumūt? age quid tū postea? Qui à patria honestissimū quodq; decus meriti immeriti tulerūt, egregios ciues & patriæ amātissimos. Audiamus porro, solis hominū Italij hæc studia capessere iure ac moribus licet. Sic enim fert cæli soliq; natura, ut infantes etiā illuc differte numero seq; uagiāt. O acre iudicū hominū, quibus tamē ipsis inter classica recitātēis Italos exaudire tātū uacauit. Siccime Frācos hoīes piuuiosum fel habere ad iracundiā p̄uit, ut crassa quoq; ad studia præcordia, eoru ut stomachū improbitate tāta prouocare gaudeat: q;q latius patet hæc contumelia, q; ut in litterarū studiis consumatur. Ad eos enim etiā pertinet qui litterarū ipsi imperiti, in geniosos tamen liberos & spei magnæ genuisse se arbitrātur. Porro etiā patet. Solis enim Italij doctos esse licet ac disertos per iudices istos nostros, musarū (credo) & Apollinis sanctissimos antistites. Qui ea fidutia utriusq; facultatis, atq; etiā lingue utriusq; iudiciū præsumūt, quod ut Ascræus olim poëta ex tempore factus ad fonte pegaseiū creditur, sic se anno uno aut altero cū doctis super mēsam loquādo uerem harū rerum scientiā hausisse credi uolūt. Quippe qui nasci in Italia doctos, non studio annorū triginta & amplius fieri putet. En quibus te approves, si Mineruæ suffragio doctus

doctus haberi uelis. Heu miserā cōditionē nostrā, qui intabescimus
 lueris, hasq; indignitates exortere ac uorare cogimur, cōcoctu sa
 nē difficiles stomachis aestuantibus et bilicisis: idq; eo magis, qđ ius
 nobis non est ad frimores aut principē prouocādi, quorū isti igno
 rantiae imposturā ex animi sui senieta factūtānt. Illa autē illa sin
 gularis est temeritas uel amentia, obtrectationis (ut ita dicā) tra
 gulas in uniuersos intorquere, si quosdam fortē friuatim incōmo
 dos atq; inuisos obstinatē ferire. Illi' ne ut irato animo tantum in
 dulgēndū putent esse, ut propter unum aut alterū expungendos à
 caluo (ut dicitur) ad caluū ē numeris eximant? uel quod quidam
 eorum huius calumniæ architecti dētūtānt, se cum omnia studioſo
 rum diuersoria lustrauerint, adhuc tamen quod quærunt extra gē
 tem Italā desiderare. Ecquod igitur capitalius uerbum ullum hoc
 uerbo esse potest? Quasi uero quisquam ignoret, sic eos bonos do
 etosq; cis alpes inquirere, ut qui diuersissima uia congrede cum ho
 stibus festimant. Deus te perdat similitas, quæ oculis clausis in ho
 minū obtrectationē impingis, & uelut mēte capta propositū male
 uolū tuum prodīs. Tu ut tuorū ingenia damnes, quorū partim nec
 periculum feceris, nec aliū fecisse quenquām nr̄is? partim ne
 facere quidem tu animo offirmaris, nec faciendum curare, cum
 tu id si uelis, facere fortasse non possis? tum deinde exterōs (si
 dijs placet) commendatione inani quassāq; prosequāre, ut licen
 tiore calumnia possis in quos uelis desēuire? Hic hic nigræ succus
 loliginis, ut perleptide inquit Poëta. Cedo igitur cui unquām Hera. I. Ser.
 doctrinæ nomine benigne feceris, aut cui tu omnino ncn tua cau
 sa bene tantum cupueris? Heu candor Mecoenatum eorum, quos
 & uidere nobis, & obseruare contigit: qui simul & studioſis
 sunt & reipublicæ desiderati, insigni ad posteros inclinatione
 rerum. Superi immortales, quantum inter animos hominum
 intereste dicemus? Illos ut heroicis annis editos, nihil appositi
 us quam uiscera charitatis appelles. Ita uniuersas cogitationes su
 as ad homines nostros iuuandos contulerant. Isti huiusmodi ani

mum rebus nostris exhibent, ut ad delendum Francici nominis splē
 dorem incubuisse videantur: quos tamen & ipsos non adeo luidos
 esse crediderim, ut nisi transalpinis rebus oculos cupidius adieci-
 sent, premendi nostros gratia in cælum laudibus ferrent exterios.
 Quid enim consilijs eos cepisse dicas? an ut eloquitiæ ac literarum
 gloriā desperare nos cogant? quid id eorū refert? quandoquidem
 huius ætatis decreto, nihil cū literis aulico comitatui: an ut gratiā
 ab Italīs ineant? Sed quo inter Gallos ab Italīs gratiā? Restat igi-
 tur ut aut priuatis studijs indulserint, aut non modo proterui, sed
 euīa propè modū amentes iudicentur. Equidē libens ab ipsis audie-
 rim, utrū ne studia literarū bonarū hodie flagrantissima quālibet
 iniquo tempore, restinguere illa sua obtreftatione sperarint, an oble-
 Et andi sui graia potius ingenia prouocarint. Illud certe obtinere
 nulla autoritate possunt, ut oratorū uel poëtarū & historicorum li-
 bros nobis ē manibus ut prophanis excutiāt, quas bonis iamdudum
 autoribus conrectādīs inaugurate habemus. Nam qui famē du-
 dum per ora hominū iure uel iniuria obstrepenii moderari nequie-
 runt, quominus in circulis, in ambulationibus et sobrijs & basilica-
 nis, pro castris, pro concione, deniq; nusquam non actus eorū obtre-
 staret, non cauillabunde modo sed etiā tumultuose: ecquid se illi iu-
 ris habituros putant in eorū Mineruā qui literas dederunt? scili-
 cet hoc illud est, hominibus uenustis cupido incessit Gallicū stilū
 prouocandi, à quo sibi metuendum nihil putant, ut quē hebetē esse
 & plumbū dētinet. Nēpe hac fidutia illudunt, Francicamq; Mi-
 neruam ut infantē & inermē desplicantur, nec ægide terribile. At
 ego ut Italos Francis ingeniōrum acumine præstare nunc inficiā-
 nolim, sic non facile concesserim ut præstent euīa docilitate. Quip-
 pe ut primis omniū latinorū Italīs post annos centū licet stilū suū
 ad cotem priscae uenae exacutū, scribendo dicendoq; explorare: sic
 nostris obuiū est, ut omnibus & antiquos & recentiores scribendo
 autores emulari. Nam salē eodē nobis pretio quo Italīs fræberi,
 docere istos potuerunt actores theatrici, qui satyricis eos salit us to-
 ros s.e.

tos sepe perflicant, quies aciores non puto ultra alpem aut pyrenen inueniri. At enim innocentia succinctis omnium rerum securis esse licet. Evidē hoc fatebor, si intra uallū innocētiā statuā se semper habuisse rebus gerendis administrandisq; contēderint. Dicere igitur hoc audeant, & ego illis ordines omnes iudices ferā, ni constantis famae testimonio reuincuntur, ut ne ad populū quidē provocare audeant. Quare ego suaserim eis potius (si me autorē nō respuant) ut in senso animo uel aliqui male affectō usque adeo ne obsequantur, quim sese suūq; etiā fastigiū respiciāt, rationē anteactae uīnā habeant, nec in extremo summoq; actu sub persona primarū partiū indecorū aliquid aut proloquantur, aut agant. Etenim quū sint eorū nōnulli præteriti tēporis continentia & grauitate ita obstricti, ut peccare ne tantulū quidē sine crimine maximo nequeāt: ij meminisse delēti uīnā suā cursum non ad amissim popularē exigi, sed ad eam quā sibi ipsi in mediocri fortuna præstauisse credūtur, ut si à pristinā probitatis et integritatis orbita ingressum quo modo detorquere uideantur, quicquid recte ac præclare ante fecerunt, protinus non uirtutis fuisse sed ambitionis existimetur. Nam qui alijs moribus uiuere prouecta iam ætate & ad instituta transire uidentur utilitati seruientium, ultimū utiq; salutasse recta consilia atq; honesta dicuntur, perinde atq; ij solent qui ad temporariam modestiam bellissime composui simul ac se euasisse ad res secundas sentiunt, tanquā emeritis simulationis stipendijs, ambitiū & cupiditate profiteri perficta fronte obdurataq; non uerentur. Aut igitur sibi post hac imperent studiosos Galliae nō odisse, procul ambitione summotos: aut si male loqui pergent, & utcunq; doctis incōmodare, quosdam eiam expectent iusto dolori tandem obsecuturos: nec sibi eo nomine blandiantur quasi in sinu loris positi male audire nequeant, aut quasi dolorē animo quantūuis iniustum Gallica ingenia stilo exigere nō possint. Qui enim quasi Aristarchos se orationis latinæ aut etiā architectos intulerūt, quū minime ipsi esse didicissent artifices dicendi Gallicæ fortasse doctrinæ.

Italicæ discipulæ, extremam propediem manum accessisse sentiēt: quum ex atrio libertatis, suis iſſi maledictis respondentes audiēt. Neq; enim ex uno aut altero opere debuerunt omne genus structurae omniumq; aestimare. Sed quid hoc crimen persequor, quū iſdem iſpi qui literas Gallis admunt non iam scientiā nobis elegantiorū artium, sed etiam prudentiā omnino quasi sensum cōmune alſtulerint? Quæ contumelia non ad unū tantum eundēq; neglectū ordinē, sed ad singulos uniuersosq; pertinet. Notū est enim quod eius societatis mancipes, quā minime decebat, nihil pensi habere dicuntur, quo minus errata sua luculenta clavo ductitādo admissa, ignominia patriæ oblitterare nitantur. Proh ſupreme feruatoꝝ nonne ſatius erat nos culpā agnoscere quæ negari nō potest, q; clauū(ut dicitur) clavo protrudere, et culpā crimine expūgere? Antiqui Romanī dixerūt maiestatē in populo, autoritatē in ſenatu eſſe: inde criminā maiestatis appellata laſae aut imminutæ: at nunc inueniētū dicūtur, qui non cōtentī rem publicam nō iuuiſſe, imminuere eiā maiestatē clarissimæ gētis cupiāt: & qui doctos posſe Gallos fieri cum negauerint, insuper prudētes in Gallia nec reperiri cōtendant nec inueniri. Qui quū hēc dicunt, inexpiabilis inuidia flagrare nō animaduertūt. Quasi uero cuiquam persuaderi possit quæſtione decretā de uiris bonis & prudentibus hoc tēpore fuuisse, quos uelut optiones ſibi in rebus transigēdis cōſtituēdūq; cooptarent. Verū hos paulisper mittamus quibuscū ex & quo non licet hēc iniuriā expostulare: ac uideamus cuiusmodi Homeruſ poētarum ſapientiſſimus, Achille ſuū finxerūt, ut ex eo ſcire poſſimus an res noſtra publica recte atq; ordine hoc tempore cōſtituta fit: & mirari homines deſinant, quod per hosce annos primū hominibus Francis animus cū re ſimul concidiſſe uifus eſt. Ille igitur rerum humana-rum perspicacißimus aestimator, quū ſub Achilliſ persona forte- ac strenuum militē eundemq; duce formare ſtatuiſſet, deā illi Miueruā inſtantē identidē finxit, quaſiq; cōdoceſſantē monitiōe poſtīca, nonunq; cæſarie reprehensiōe cum præcipiūe eum ferri atq; ira

Achilles Ho
mericus.

Ira excandescere sensit. Achillem autem inducit inter iram & rationationem alternantes, Mineruae tandem monitis obtemperat, strictum ensem in uaginā ira suppressa edomitaq; condentē. Vide re est illa quidem imperiose uetante, hunc autem iram obsequiose prementem. Illa ni pareat ipse numini, uindictā interminatur: hic ponit uim animi, ne non paruisse dicatur. Memorabile figmetum, ac memoria etiam atq; etiam tenendum, quo quid aliud poëta signifi cassē arbitremur, q; animae duas partes irā & rationem? siquidē ille furorem irae ac ferociā animi ratus circa præcordia grassari, rationis principatum ac moderamen animi parte summa capiū se dere censuit & uigere, uelut speculatorē à natura præfectū, qui omnia circūspectaret, atq; ut auriga quadrigis, sic feruori ipse animi atq; alacritati moderaretur. Proinde quū ille poëta fons inge niorum dictus, talem strenuum militem, eundemq; ducē fortissimū inducat, ut nusquam ita destitutus, ita deprehēsus sit, quin præsto cōsilium & rationem habeat, (hoc est enim Minerua uelut præsti tem habere uel antistitium) planū fit utiq; qui sapientia & pruden tia careant, res ab eis maximas nec bello nec pace geri posse. Por rō prudentia ipsa aut summa dote naturae datur, aut literarum co gnitione cum sapientia cōparatur: at utrumq; nobis adimunt qui nobis nec natura imbui nec studio institui concedunt. Caput uero er roris est, quod nobilium natio indecoram esse literarum cognitio nem claris penatibus ortis semper existimauit. Hac enim opinione effectum est, ut rerum nostrarum summa in tenebris plerūq; den sissimis hallucinetur. Nam quū primores procerū ignorantia literarū percipide sibi uendicent, ac nihil sui muneris esse in pacis ar tibus credant, euēnū ut plurima aulæ consulta ex paucorū commo do fiant, qui in rem ipsi suam suarūq; necessitudinū concipere edē. Et a principis consultaq; didicerunt. Sic fit ut regio nomine pauco rū regimē obūbretur, nomen olim inuisum apud eos qui resplicas in populis et ciuitatibus cōdiderūt. At enim quos dā regibus subseruire necesse est, q; ijs muneribus fungātur q; p; se reges obire iā ne queunt.

queunt, quis negat? Sed si eo amplius legatum iam & regium esse coepit illis omnia credere ac delegare, quibus ab latere & auribus principibus esse contigit, sint sane omnium potentes, quando eorum deliciarum uentus est & inertiae immunis & feriae: sed sint eiusmodi qui optimates vocari & cupiant & debeant, quicquid latus princeps cingentes maiestate eius augustiori faciant. Nec dicatur unum omnium regem maximum solo corporum stipatu, quasi adminiculo subnixum, non animi uirtute ac scientia niti. Delectu modo hominum principes habere instituant, litterisq; & ingenis & industriae favere: sic fiet ut nec doctorum Francia nec prudentium inops reperiatur. Sed enim eo tempore doctos & sapientes necessitate est latere et secedere, quo tempore dissimiles ipsis homines in lucem prodierunt. Huius igitur mali causa est nobilium institutum qui res consentaneas & mutua ope nixas, generis claritate literarumq; peritiam, collidi inter se & dissidere putant: quo errore factum, ut disciplinae olim ingenue appellatae ad plebeiam diu transferint, non tantum a nobilibus, sed etiam (o mores perditos) a sacricolis repudiatae, ne non satis generosus esse & laetus antistitium ordo praeulumq; putaretur. Inde autem illa existitur indignitas non tantum incomoda, sed memoria nostra etiam ferendae dira quod principes natura boni, sed blandimentis incuriae capti atque immunitatis cui a pueris insueuerunt, autoritate regiam recte perperam, digne indigne factis accommodant, quando semel omnia amicis permisere. Quis si literas scirent ipsi, gentilesq; sceptrorum, nec sacrosancta utique nomina inuidiae opponeretur, nec tam licenter ob oculos principales cercopum praeftigiae ludificari pergerent, quarum semper impunitas moribus nostris fuit uel a iurisdictione summa. Adde quod senatus ille selectorum prætorianus et castrensis interpres principis placitorum, paucissimis saepe uiris, hominibus haud ita multis constat partim literarum nescijs, partim iuris sui magis quam publici consulis: unde uisi sunt aliquando turbines ex caligine densa consiliorum oborti, late spes popularium fortunasq; percellere, ne quicquam superum hominumq; fidem populo implorante.

Nobilium cul-
pa iacent li-
terae.

plorante. Quid illud quale est: quod cū omnia pro potestate arbē
trentur, cū ita comitijs nostris præsint, ut sine eorū auspicijs paucā
renuntiantur: non satis eorū quidam habuisse dicūtur, meritos &
graues permultos, & secundo rumore cōmendatos, aut aliquo uir-
tutis specimine cognitos præterire, nisi etiam proterua cōniuentia
transmissos aut ignominia afficere conarentur, aut huiusmodi esse
omnino scire se inficiari? Præterijsse dico? Quid si etiā obnūtiasse
cōstat, quasi latēs aliquod uitii obuenisset? siue id similitati datum
est, siue ut iij tantū præficeretur quos eis commodū fuit. Qui si de
cælo seruassent, ut existimari uolūt, pernicioſas ſæpe renuntiatio-
nes diſturbare potuiffent. Quantā aut̄ indignitate homines haurē
re cogūtur, cū certo certius sit nihil sapere principi posse quod his
prægustatoribus non ante placitū fit & probatū? Quin igitur ur-
gemus ut confessionē ab iniuiciis exprimamus? Necesse est enim ut
uel stupentia linguae palatumq; ſe habere fateantur, uel certe amo-
ri odioq; ſeruientia, qui iuſſiſos à ſapiētibus internoscere uel nolint
uel nequeant, tametſi huiusmodi hominū conatum non magis im-
probum eſſe q̄ irriuum puto: ſiquidē ſtudij ardore reſtinguere pre-
mendo, aut ſecundae famæ ſplendorem obſcurare nituntur. Nam
ut palma arbor in pōdus attolli diſtūatur, ſic uirtus ſuppreſſa ſtu-
dio maiore erigitur. Opinionem aut̄ nō uanis rumiſculis collectā,
ſed claris induſtriæ documentis emanantem quis inhibere potest?
Splendet enim ſplendet ſolidæ & exprefſæ uirtutis existimatio,
etiam relictæ in umbraculis, aut procul ab ambitu remotæ: ut uice
uersa in quibusdā fulgor adumbratæ uirtutis aut ſapienſiæ obrui-
tur plena luce, cū ſummo magistratu gerendo tanq; ad radios ſolis
ipſi aut ad fasces admouētur. Equidē (ut ad eos redeā quos inte-
rim omiſera) libes ipſe ſuafierim aut etiā poſtularim, ſi qui ſunt ex
ea ſecta Philoxeni ſuperſtit̄es, qui rerū Gallicarum tranſactores
ideo in Italiā petendos eſſe duxit, ut noſtrates homines rerū actū
ſummoueret, nō quod eorū ſolertiā præ noſtrorū admiraretur, cō-
modis ipſi ut immodicis comiter ornamentiſq; perfruentes que na-
ſtrarum

strarum rerum clade quæsita nullus est qui non norit, externos ita
 suauientur si placent, ut Francos non despuant, satius id esse cen-
 seo q̄ offirmata iniuitate eorū abrumpere patientiā qui res tacen-
 das effari stentorea uoce possint. Neq; uero negauerim saepe è re
 Gallica fuisse, in rebus transalpinis exterlorū operam experiri.
 Quosdā enim ascitios nouimus nō modo industrios, sed & explo-
 ratæ fidei, qui egregiā & singularē operam & quietis cōsilijs &
 bellicis rebus nauauisse dicūtur. Sed si in rebus domesticis non mo-
 do externo milite ut iam fieri coepit, sed etiā in omni parte reipublī
 & extenorū operā asciscendā censemus, magis id adeo ut pau-
 corū cōmodis seruiāt, q̄ ut publice prosint, quæ tandem nostrorū erit
 functio, aut quādo suæ tutelæ Francia restituenda dicetur? O tem-
 pora! o mores! Francia quæ olim sibi, alijsq; & summæ rei christiæ
 næ superesse uisa est, nunc degener & infans, ne suis quidē rebus
 satis est uel agendis uel eloquēdis. Rem suapte natura indignam,
 autores eius etiam fecerunt atrocem, indigni omnino ipsi qui uel
 intra uerba peccarent, nedum ut uiris studiosis omni ope incommo-
 darent, quos suffragio suo(ut scimus) prærogatiuo benigne suble-
 uare debebat. Quod si hoīes innocenter industrios testimonio suo
 fraudasse uiri boni existimatur officio nō cōuenire, qd causæ ē qn
 magnū in se de decus admisſe uideātur, q̄ etiā cupide fecerūt ut
 odifesse crederētur. Vt inā aut fieri posset, ut se se nostræ querelæ in
 eos tantū impingerent, qui culpæ autores ipsi aut affines esse di-
 cuntur liberius omnino nobis destomachari liceret: nūc aut uerē
 subinde mihi succurrit, ne aberrante hominū coniectura in eos uis
 doloris incūbat in quos minime uelle. Sunt enim in quibus ne gut-
 tā quidem criminis huius hærere uelim, q̄q; eorū culpa tolerabilior
 es̄set: sed & eiusmodi nonnulli feruntur, ut si stomachū rursus mo-
 uerint, patientiā omnino tibi imperare non possis. Quo fit ut rem
 spinosam tractare uix innoxie queas, & tamen tanta uis est numē
 nis ad stilum manū urgentis, ut periclitari malis quām rumpi de-
 generi patiētia. Næ ego satis admirari nequeo quorūdā hominū

amen-

amentiam, qui in rebus ipsi secundis famæ suæ consulere uel neglē-
gunt uel nesciunt. Nos tres uiros uidimus, qui ad magnos honores
assumpti cælū nostrū impleuerunt nominū suorū celebritate. Quo-
rum duo tū & quales, tū simul in actu summo rerū Francicarū fue-
runt. Hos ita inter se iunctos dices ut aërem & ætherē. Quic-
quid enim potetiæ alterutri accedebat, alteri id omnino decessisse
uidebatur, ut inter illa duo elementa ea est uicissitudo, quicquid al-
teri deperit, in alterū ut infernè supernēq; transeat. Verum æthe-
reus ille tum summa quæq; sibi uendicans, tum ad cælū hominum
uoce obseruatiāq; elatus, tā proxime etiā olympū euaserat, ut qe-
quid Iunoni Lupiter inter sua uia diceret, latere eum uulgo non pu-
taretur. Quū aut ille alter fastigio fortunæ inferior libramenta
tantū suo staret, doctrina scilicet industria & maiestate summa
paribus magistratui, hic ui maiore fati supra omniū aspectū subli-
me ferebatur. Qui cum uotis tantū non suis parcarū fusos conuo-
lui existimaret ac confideret, arrestissimā quanq; ceruicē submittē
sibi uolebat. Cū aut ille alter eruditione Varro, animo irrequieta
& uersatili Porcius, libertate nō obnoxia Cato, superioris magis
illius succüberet impotetiæ q; animo satis & quo cedere uideretur, id
ad huius felicitatē foriūne deesse tandem uideri coepit, ut ille uelut
obex ē medio tolleretur. Id quod decimo magistratus anno obiit
eius fortuito quū contigisset, fatis iam haud dubie nobis male cogi-
tatibus, ibi ille Seianus, ut uidebatur, gaudio immodico perfusa
(quod alacritate futili & gestiente prodebat cū suo comitatu) oīa
iam infra, supra, nutu uerti suo uoles suffecit statim in locum de-
mortui, quē iamdiu designatū habebat, siquid illi contigisset, ex co-
horte obseruatiū: quo facto cū in oīis sese partes libere uersare coe-
pisset: (nullū enim Catonē esse superstiuē sciebat cuius supercilium
suprema fors aulæ ueretur) inde iam aperte domus eius cupiditi-
atis, ambitionis obseruatiæ clientelaris diuersoriū fuit. Cernere
erat omnium ordinum non colluuiem (nam id tolerabile esset) sed
quicquid penè in quoque ordine decoris esse uidebatur, certatim
sese.

seſe addicētes aut ſpeſ alicuius certæ, aut repræſentati præmij at-
 toramēto, aut poſtremo noxæ metu, ſi minus ipſe cultus cōtemni uē-
 deretur: quæ ut minima numero, na poliſſima pars erat. Nā quī
 oīa in potestate habebat quæ tūc erāt ampliſſima, iſ unuſ oībus ſu-
 ſicere poſſe merito credebatur. Quē aūt plus iure ac legibus hoīes
 poſſe non dubie uidebant, extra eius præſidia agēti ſecuro uix eſſe
 hominū opinione fas erat. Quī in eousq; inualuīt hominū opinio,
 huius ut impotentia atq; illius obītu, aculei ſeuertiatis, ſummæ etiā
 iurisdiſtioni excuſſi eſſe uiderentur. Habuit pro cohorte prætoria
 non modo candidatos principis, ſed etiā miniatoſ, quorum ſtipatu-
 ſe maxime uir clarus mirabatur, fremente ipſo Ioue Tarpeio homi-
 num eorū miniatore, qui ſibi eas opas exprimi aegerrime ferebat,
 id quod eum ipſe uidi audiuiq; in Vrbe dictiuante fremebunde, cū
 apud eum eſſem: quæ res in exiū penē ueritātē dominiſe familiæ,
 euentu primordijs congruo. Quis enim neſcia uelamēta illa beata
 non tam cocco imbuta q̄ cruore fuifſe? O caram ſemper Franciæ
 mercē, & belloruſ pretijs comparatā: & ſic quoq; (ſi dijs placet)
 nunc licemur? Verū in eo eius in reliquoq; comitatū literatū nullū
 hominē agnouiffes: niſi ſi quis erat forte unus inter externalas cli-
 telas, tam procul enim id genus hominū ab eius uestibulo ſummoue-
 batur, q̄ ipſe longe aberat ab eruditione iuſt. & liberali. Et alio-
 quin nullus ei fermē eorum cordi erat, quos ille uir egregius de me-
 dio ſublatus fouifſe uifus erat. Quippe ut ille uirtutis et doctrinæ
 columen ijs fauerat præcipue, qui aut ceruicē non obnoxia, aut in
 dolē ingenij præſe ferre uidebantur: ita hic interioris aulæ man-
 cepſ & dictator in comitatu regio, in delicijſ nunq̄ uifus eſt eos ha-
 bere, quos meritorū prærogatiua magis q̄ ſuffragio aulicæ obſer-
 uantæ fretos eſſe ac cōmentatoſ ſuſpicabatur. Ei enim cū proſti-
 tutæ frontis homines in fidē ferē litē recipiebat, ſicut amare &
 ſcortari à lenone ſunt qui iucūdius eſſe putant, tum omnia benefi-
 ciæ ſuæ accepta ferri uolebat, uir cætera egregius (ne meritis
 cū laudib⁹ fraudē) & in primis cōmendabilis animi ſublimitate.
ſordibus

fordibus avaritiae, atq; omni obsoena uoluptate maiore: dignusq;
 qui ui am ueram intelligeret assequendæ gloriæ tantiq; fastigij su
 stimendi et perferendi, quod regium pene æquauit arbitrium. Ce
 terum soliuagus accipiter (ut est in hominū prouerbio) nec in præ
 datu sociabiliti: ut qui in rerum actu collegam ferre non posset: nā
 qui genesim summam habere se arbitrabatur, nullū non fastigium
 sibi secundū esse censuit. Hic cum fortunam perpeti sibi fauore aspe
 rantem multum iam fatigasset, tandem grādioribus inceptis obr
 tus, q; quibus par esse posset (ut nemine solitarius rerū arbiter, ut
 dictū est, in consortiū admittebat) ipse quoq; fato concessit. Unus
 (ut arbūror) omniū quos ætas nostra meminit, æstu perpetuo iā
 Etatus, inusitatæ ante se felicitatis, ut præter omniū fermè opinū
 nem acciderit quod ei fortuna summā manū negauit, fauorisq; suū
 colophonē, destituta tot hominū spe, & præsertim cohortis minia
 tulæ iam ad comititia honorū fastigij uerticisq; properantib; quæ so
 gius i psa expectatione hominū protracta sunt. Tantæ aut poten
 tiæ non unum aut alterū, sed coplureis successores reliquit ex fini
 tam suo ante morte productos. Nullus enim adhuc posthumus suc
 cessor mortuus agnatus est, tæc si eorū unus fortunæ se latasse con
 fidens cuius alius erat, uelut solus summi rerū arbitrij creuisset
 hæreditatiæ, ratos repete spūs sustulisse uisus est, ut præter insolent
 iam in uultu eminentiæ ferociæ quoq; territariæ loquedo exhalaret.
 Is in summo magistratu dissimillimus sui factus, usque adeo oīa sita
 suscipere permisit: & ad extremū tueri quicquid ipse suscepisset fo
 uedū, ut dignos indignos, quos sibi morigeros semel expertus et,
 in omni parte reipu. præficiēdos curarit: moratos uero perinde ac
 morosos inutiles repub. existimās q; potuit lōgissime in secessus ab
 legauit: utrisq; enim iratos superos esse credebat. Videlicet fortu
 næ indulgentia corruptus, atq; immemor personæ quam gerebat,
 quod uirtuti debebatur, illiberali obsequio dādū esse cēsū. Ex quo
 factū est, ut quā existimationē primis et secūdis uītæ actibus colle
 gerat, eā ipse in ultimo eodēq; summo actu totā effudisse uideatur.

Aliquandiu aut̄ autoritate graffatus a seclis suis promouēdis, quib⁹
 orbis formā nouam mūdo stupēte cōp̄issit architectari, subita ma-
 nus injectione uim parcarū expertus est, uir (ut omnes arbitran-
 tur) summo magistratu dignus, si summū semper magistratū spera-
 uisset ac nunquā adeptus esset: usque adeo in secūda ei sorte conse-
 nuisse & uita perfunctū esse præstabat. Sed qui fortunæ oīa tri-
 bueret, ut cuius præsentissimū numē in reb⁹ humanis esse existima-
 bat, ne extremū quidē fortunæ obsequiū remittendum esse censuit.
 Hic est ferè eorū exitus qui modū nō nouerūt adhibere felicitati:
 Verū ille quoq; mortuus est, cū summi honoris cōuulsa maiestate,
 tū uero summæ curie laceſſita ſeu eritate: ſeminibus earū rerū ia-
 etis quæ inſigni noſtrarū rerū clade poſtea expiatæ ſunt, & ea ta-
 mē morte felix existimatus. Horū uero omniū obitus ut ſuccessorū
 gauſio: ita ſecūdi & ultimi riſu & cauillis omniū exceptus est, ue-
 lut i ludos ſibi fortuna nobisq; factuare. Nā primus ille & ſummus
 uita ſuo nō etiā noſtro tēpore excedēs, orbā nō dubie rēpublicā no-
 ſtrā reliquit & deſtitutā: alios uix ſtatuaſ, utrū ex rebus ipſorum
 proſperis raptos, an potius dedecori impēdenti exēptos eſſe dicas.
 Tāet ſi ſecūdi eo nomine deſideriū ſui nō modicum reliquit, quod
 ea rerū inclinatiōne quæ ſecuta eſt morari uidebatur, etiā ſi ipſum
 eius fundamēta primū ieciffe cōcuffo orbe noſtro oēs opinabātur,
 Sed tamē utcūq; intererat ſuperſtriē eū eſſe: eo enim ueluti tibici-
 ne fultas res noſtras creditū ē quāuis inclinatas impulſasq;, tamē
 nondū ſic collapſuras fuiffe. Accedit quod grādiora incepta ſic re-
 liquiſſe uidebatur, ut Apelles Venerē, quæ manū nō inueniāt operis
 incohati præscriptū excepturā. Verū, o fluxā rerū humanarū me-
 moriā, hic cū totū occidentē noniñis ſui uel gloria uel ſtrepitū uel
 elatis ſpiritibus impleuiffet, ſic anima repēte concidiū exhalata, ut
 nullius prop̄e modū nunc in ore ac ne in memoria quidē uerſetur.
 In quo mihi post hoc regnū conditū homo maxime falsus eſſe opi-
 Cedrina nione uifus eſt. Nam qui cedrina familiæ ſuæ ſtemmata quæ ſuiſſe
 ſtemmata, ſperabat & confidebat, ne ſui quidē memoriā niſi exile atq; fugacē
 reliquit

reliquit posterūtati, sed scilicet cōmuni principum primorūq; Gal-
 licæ errore in quærēdæ ueræ gloriæ circulo ipse lapsus est. Nā quē
 beneficiū & suffragatione ingenia literatorū excitare debebat,
 atq; ad oīa publice cōmoda honestaq; toto pectore incubere, ut rerū
 præclare gestarū ueluti quibusdā gradibus in cælū (id quod exo-
 ptabat) hominū ore ferretur, monumentisq; & eternis scriptorū post
 mortem cōderetur, is ut Aspēdius ille citharistes, qui oīa sibi intus
 cecimisse dicitur, in libera penus amplissimæ diffēsatione sibi suisq;
 prolixissime frāgēs, publicæ opulētiæ dispēdio se suosq; augēdos ec
 cū cohorte amicorū affeclarūq; ratus est. Atq; etiā (o stultum homi
 nem) libēs fecit, ut ornandi assēntatoribus, ac supprimēdis doctis
 & graibus, autoritatē, & extrēdis insanis ac poriētosis præto-
 rījs opulentia uanissime cōsumeret: illā quidē (si superis placet) ex
 donatiuis uenialibus exuberantē, uacationibusq; diuendūs sacro-
 sanctorū munerū. Eorū nō absimilis qui ex materia cariosa & uer-
 miculātē statuas sibi erigētes, prorogare eis sese in æuū suisq; me-
 moriā arbitrātur. Sic Bagorū apud Persas immodica potētia, nē
 hil post obitū eorū præter memoriā solā eunuchorum relinquebat.
 Deus immortalis quantū interest inter hominū cogitationes actus
 & instituta? Primus ille tot ingenij dotibus instructus, in muneri-
 bus obeundis remissus & cōpositus (nisi si iracuda seueritas uictio
 ei data est) ita se in magistratu gessit, ut in ei⁹ funere summi hono-
 ris maiestas, Frācīciq; noīs splēdor & claritas, elata fuisse uidean-
 tur, cuius rei opinione auxit secuta rerū inclinatio. At cōtra secun-
 dus incitatus & uibrās. Tertius eo amplius præceps, eo maxime no-
 mine memoriā sui rebus Gallicis inuissere, quod felicitati et gloriæ
 Frācīce funus indixisse existimātur. Hæc est enim omniū opinio,
 hic sermo, quem fama tumultuose his annis circūtulit. Cui opinio-
 ni et si iudicium meum non interpono, me tamen ipsorum miseret,
 qui cum essent in loco præcelso conspicuoq; positi: in sese nō inquisi-
 uerūt ipsi, nec obseruari se oīm oculis tūc meminisse potuerūt. Viri
 alioqñ comedabiles, si ferēdo ipsi oneri maioris fati fuissent. Cer-

Aspēdius citharistes.

Donatius natalia.

te alter eorum qua erat animi præstatio errore magis q̄ proposito lapsus uideri potest. Præclarū enim sibi esse uir literarum nescius ex:stimauit, cohorte millenaria futilium hominū stipato, ultro per alpas cītroq; cōmeare, quos partim annuis cōgiarijs à rationario publico principijsq; donare instituerat, partim optimo quoq; præmio uirtutis testatiſſimæ ſacro profanoq; ornare. Qui ſi memoriam ſuī perpetuā cupiebat, monumentis utiq; præclare rerū geſtarum eam fulcire debebat & ſtabilire. Ad eiusmodi autē monumēta cōdenda architectorū manus adhibendas eſſe intellexiſſet, niſi planē nescius liberalis doctrinæ atq; elegantis fuifſet. Heu uana hominū opinio, qui eorū ſortē ſuſpiciunt ut beatā qui rerū potiuntur in aula ſtrepiū plauſibili, quū nullā aut exilē ipſi ſuī relinquant memoriam poſt unū aut alterū q̄ moriūtur diē. Ego quidē uel miserabiles eſſe puto, præſertim quū inclinationes temporū & momenta rerum uelut Tantali ſaxū capiti principiū ac fortunis eorū impendeant. Quin & imperiū i pſum quid eſt quod tātopere admirerū, ut numeris omnibus felicitatis ac beatæ uitæ coagmetatu, niſi principes ipſi ſibi memoriæ posteritatis inſeruiendū eſſe ceneſant? Quū poſtridie funeris inter regē uerū perpeſtūq; & diurnum ludicruq; nihil intereffe pote, quales ſunt aut pſonati reges in theatro, aut q̄ in perwigilio epi phaniae, quū regalia agimus, regnū ad ſequi horā fabæ lufu ſortiuntur. Refert igitur non quantum quisq; potentiae affecutus ſit, aut quām numerosis hominum cultus ſit clietelis, ſed quid in uita menorabile geſiſſe, quos mores, quos homines fouiſſe ac promouiffe prodatur. Enimuero ſi & principes & rerū potientes hoc intelligerēt, tantū intereffe inter utrūq; fungendi uel principatus uel honoris institutū, atq; ſi per uitæ agendæ curriculu hos quadrigis albis ſublimes atq; ingenti plauſu trāſuectos fuifſe, illos plebeia & humili rheda nec ſecundo populo curſum peregiſſe dice remus, credo, ut eſt Gallorū animus gloriæ cupidissimus, nihil utique antiquius habituros fuifſe, q̄ ut bonorū & grauiū existimatiōi approbare ſe poſſent, & posteritati in alia atq; alia ſecula oſtentare, que

re, quæ hominū ipsa iudiciū nec per sordes facere nec per ambitio
 nem solet. Ecquē enim esse uel principē uel à principe proximum
 aut secundū putamus, qui si germane glorie specie intueri ac per
 spicere posse, eamq; regni uel potentie præmiū unicum in hac uita
 ppositū esse intelligeret, in flexu uel ætatis uel inclinationū rerū
 quoquo modo hæreret, ac non ad extremā usq; metā sibi semper in
 stareit? Evidē nullū nec regū esse arbitor, nec i aula præpotetiū,
 duntaxat eorū qui similes sunt animo antedictorū. Age uero si id
 quoq; scirent, rerū gestarū præmiū solidū perpetuūq; esse non pos-
 se, nisi ab ijs decretū constitutūq; qui dicēdi præconio laudes ducū
 clarissimorū pronuntiare didicerūt: num etiā tum Galliā literatis
 & facūdis fuisse carinurā putamus? Certe ita existimo nostros ut
 alios quoq; nihil non assequi posse, simul ut cōperint assequi uelle.
 Et rerū suarū præcones Franciā non quoslibet, sed etiā Thalibybia
 das editurā, si modo hoc principes intellexerint, priscorū regū cla-
 dæ.
 rissima gesta ideo in obscuro iacere, quod rite iniciatos eloquētie
 scriptores non inuenerint ipsi nec æqualeis nec posteros. Quū aut
 per literarū ignorantia incuriāq; hoc principibus scire uel intelli-
 gere non liceat, fit ut q̄libet sublimes ipsi & ceteri, hoc præstare ne
 queant, quin à recto cursu felicitatis gloriæq; exorbūt. Etenim cū
 habemas ferè ignaris rectoribus cōmūtant, illiq; in temone peritos
 admittere raro in animū inducant, qui fieri tandem potest, ut inof-
 fenso cursu plaudedoq; ad metā perueniat? Simul illa res alioquin
 illustres infuscat deformatq; indignitas, quod i currū s̄epe assūm-
 ptos huiusmodi uidemus, qui si res recte atq; ordine procederet, pe-
 dines ipsi quidē ad frenos adambulare deberent. Viānā aut ex eius
 officina quē superius diximus ut ex equo quodā Troiano primores
 omnes uiri heroicis animis uisendi prodijſſent. Quidā enim eorum
 arduos eius spiritus & liuore auaritiāq; maiores, aliasq; eius uirtu-
 tes non cōmūlati, ut est natura humana docilis in sinistra, uirium
 illud eiusdem imitati sunt. Etenim uir ille animi nimius, admirati-
 one summi apicis captus, quū extēnarum tribuum suffragia im-
 d 3 mensis

mensis pollicitationibus liceri instituisset, irudines illas bellorū æra
 rio nostro admouisse compertus est, quæ exanguem ipsæ rei Fran-
 cicæ opulentia suæ iugi sorptuq; reddiderunt. Olim autem elusus
 cum peteret ut Cæsar is cädidatus, didicit uti foro ut tempora tū
 ferebant. Quam cupiditatē nulli non notam, ut tamen prætextu
 aliquo obtegeret uel perlucente, quū emissarios emerendis obsequio
 centurijs ad capita classium dimittere statuisset, tum demū exter-
 nos admirari, & præmijs ascitos præferre nostris omni ope insti-
 tut. Ex quibus internuntios, & sponzionū sequestres præpopere de-
 legit, quosdā ita futileis, ut qui strophis maxime inclaruiſſent, eos
 ipſe appositissimos transigendis negotijs arbūraretur. Nec nunc
 fando audit a narramus. Oculis enim hanc indignitatē in Italia et
 in Vrbe haurire mihi contigit: cum minime uidere putaremur qđ
 nulli non oculato patebat, & præterea irridenteis uidebam Galli-
 cam simpliciatem homines peracutos: qui hominum delectum ha-
 bere non nossemus, tum etiā quū copia ingeniorū domestica nō ca-
 reremus: & nos miramur iterum nos repulsam uerticis honorū sa-
 cræq; dictaturæ tulisse? Ex eo iam tempore motorios omneū actus
 atq; etiam turbulentos uidimus in theatro dñionis Francicæ. O
 beatam futuram te Francia, si intra te tantum felix esse uoluisses.
 Nam ex quo tempore extra fines auios profilire tibi uisum est, cū
 charissima pignora longissime amandaſti ad te nunq; reditura, tū
 uelut abdicatis tuis, alienis ſinū pādere destinasti. Quod si in rē
 atq; existimationem tuam futurū uidebatur, ut ad te aut gēte aut
 cognatione potentatus pertinenteis omni ope re posceres: idq; quan-
 do nisi Marte disceptante atq; arbitro consequi nullo modo posses:
 uirium tuarū ſpecimen facere extra fines oportebat: oportuerit fa-
 nē, quandoquidē arduum est rebus temperare prosperis. Sed quis
 te ſuperū infensus ita præpoſteram egit: ut choragis pastophoris
 pyrricham saltare præclarū eſſe duceret: uidelicet nondum intel-
 ligebas nec rei nec famæ tuæ ita rationem habituros: quin, quo iu-
 re quaq; iniuria corollariū illud belli aſſequi conniterentur: primū
 ueneran

uenerandissimū (ut uocant) & ad extremū beatissimū, nullisq; cā
cellis iudiciorum ambītione perdiuā coērceri in ijs hominibus pos-
se: quos fretos uertice sacro sancto uidemus iudices prouocare di-
ḡis argutulis. Verum ille primore impetu retro actus quū ui ma-
iore rem aggredi statuisset, omnesq; iam tribus aut latus aut ab-
latus uidetur, (& erat tum Argyraspidū cohorte succinctus,
pr̄ter alas obequitāteis) ibi tū repente (o lubricū gradū felicis
tis) à fortuna destitutus, uel ijs potius plagiis induitus (ut est mens
cæca mortaliū) quas ipse texuerat, anxietati animi par esse nō po-
tuit ut multi opinantur: deprehensa enim felicitas cito curis graue-
oribus angētib⁹; succubuit quarū insolens erat . Hic & alter im-
matura morte rapti hoc lucri fecisse dicuntur, ne actū suorū cata-
strophen uidet patriæ luctuosam. Utinā aut̄ eius sequaces, quorū
ad stomachū Gallica nō facit oratio, nō magis Italia q̄ Italos ada-
marēt, aut certe Italicā doctrinā cum Italia, literæ (ut opinor) bo-
næ ex Italia non modo ad nos uenissent, sed etiā prop̄ modum in
Franciā cōmigrassent, & iā Franci homines essent capaces eloquē-
tiæ . Sed quoto cuiq; unq; in Francia stipendiū datum est dūtaxat
non pudendū: Amicos ipse ex Italia habui, à quibus non sine lachry-
mis diuulsus sum, quum prouincia paucorum criminē ingrata fa-
cessere se dicerent . Neq; uero neq; inquam Gallorum ingenia ad
literas perdiscendas sint inepta: sed quia literæ lauiores nihil ad
rem ampliandā patrimoniaq; factū andā hodie pertinere noscun-
tur, elegantiae suæ frugē hominibus quæstuarījs atq; ambiōfis ap-
probare nequeūt. Rem aut̄ facere q̄ gerere aut gestas res scribere
maioris multo artificij magiūq; expetendi apud nos esse creditur.
Quo ignur rātope Italos si nō ad eruditōnē Gallorū? At res ipsa
clamitare uidetur nō Italicā doctrinā ex Italia, sed cōmoda, sed or-
namēta, sed qđ dicere nūc mussito paucis hoībus queri, quorū hiātē
cupidinati fortuna quis p̄fusa satiū facere neqt. Habeat illi sānē sitē
oīa, qđ absq; captiōe nostra fiat: at stineant modo uerborū cōlume-
lia, et aliū pr̄textū cōsilijs suis inueniāt. Sed q̄ pr̄clare natura,

quæ simulationis sedem in fronte, sermoni in ore dedit: conspicuo ut
in loco diu fallere non possent: fit enim perraro frons ut ita sermo-
ni subseruiat, aut uerba fronti congruant, quin male tandem conscientia
mens quoquo modo prodatur. Scitum etiam illud aiunt, diu neminem
personam ferre posse. Verum enim uero quādō ad cardinem huius
causæ peruenisse me sentio, atq; ad id aperiendū quod in aliud tē-
pus referuandum esse duxi, uela iam querelæ mihi contrahenda-
sunt. Qua de re enim agitur explicare amplius non statui. Ignoscit
autem dolori nostro (cui non nihil datum esse non nego,) ab omnibus
equum est, qui uel patriæ iusta charitate ducūtur, uel quos omni-
no nō poenitet quantum in literis discendo profecerint, uel certe
qui ingeniosos liberos sperant sese genuisse olimq; gētem illustratu-
ros. Ego ne ut patriæ quæ me genuit, quæ me aluit, quæ me ut-
cunq; docuit, deniq; cui cibides liberos dedi, ignominia affectæ nō
condolecerem: non ijs natalibus ortus sum. Calumniā passæ nō pa-
trocinium qualecunq; præstarē: haud ita ad hæc studia incubuisse
uisus sum. Immo uero quum in patria litteras didicerim, non actio
ne populari potissimum experirer, an usui patriæ et ciuibus esse pos-
sem: Ecquæ autem tandem popularior esse potest actio q; quæ suum
populi ius tuetur: quæ ignominia popularē singulorūq; propulsat:
Evidē sic contendō, qui ingenuis ipse parentibus natus sit, auūq;
ac proauum ciere non ignobilissimos possit, nec se in seruitutē ali-
quādō abduci à plagiariis hominibus passus sit, ut inter uenalios
in catastrophæ illiberalis obseruatiæ seruili pretio indicaretur, idēq; ijs
ornamentis quæ nec uirtute nec ingenio, sed potentibus in aula super
parasitando quæruntur, litterarū studium antiquius duxerit, si nec
aduersa Minerua hoc se facere confidat, dicēdīq; stipendia nō gra-
uetur implere, illustrandi quoquo modo nominis sui ius ei esse de-
bere, si quid ipse fortasse in medium comminisci & prosequi stilo
possit, neq; ea spe illum prohiberi circa iniuriam posse. Hos ius sit
sane Italorum ciuile aut propriū, modo nobis eo uelut translatiō
liceat uti: quāquam reliqua ferè gentes melius de se meritæ, id ius

non

non magis Italicū esse q̄ prouinciale cōtendunt. At Italorū extant opera quæ prisca literarū elegatiā instaurasse nobis ac retulisse iure creduntur. Quid tum? num per eos qui iam scripserūt cōsum ptum omne argumentū ostentādi ingeniorū putamus? aut num Itali quia primi hoc certame instituerūt, ideo solis eis gloriā hanc spe rare iure occupationis licet? Ego uero quod ad hoc pertinet sic pro pēmodū censeo, Italos hactenus meruisse ut iure (ut ita dicā) suo lē teris lautioribus studere uideantur: neq; iniutus fecerim ut Italiae alūnis uelut maiorū gētiū scriptorib⁹ sedēdiū orchestra hui⁹ theatrē ius tribuā. Sed qs iā omni gradu atq; in quintā classē deiectos aut summotos Gallos esse patiatur? aut qsnā est eorū qui edicto quidē ignauioris metus nō prohibeātur postulare, quíq; iniuriarū possint reos uel in tyrocinio quoquo modo insimulare, qui libens hoc cōmīcitat, ut ad se delatā certis autoribus contumeliam transmitens filētio, socordi etiā animo remisisse uideatur? tamen si quod ad me pertinet, absit ut quenquā ea de re reum deferre uelim aut postulare, eorum quidem quos alijs nominibus & ueneror & probō, si tamen secum agi ciuili animo pati sibi persuaserint, nec nunc eos mihi uideor postulare, sed insignem iniuriā apud eos ipsoſ ex postulare si quidem audire ipſis uacat, & exaudire nos possunt. Verum esto (quod tamen pace dictum aliarum prouinciarum uelim) Itali hominum soli hactenus hoc nomine in cælo esse dicuntur aliarum gētium opinione: hoc est enim Italos hodie omnium ore celebrari. Sed si Herculem & Liberum & Castores in cælum ingentia merita subuexisse traduntur, cur non possint olim & alijs scribendi industria, parem & similem Italos laudem mereri, atq; adeo ius ipsum sperare Quirītūm? Neq; enim maiorum illi dīj gentium quos etiā selectos antiqui uocauere, conscriptos illos deos meritorum suffragijs in cælum admisere, Itali in doctorum ordinem laudemq; adoptare grauabūtur, qui ingenij aut doctrinæ cōmendatione uidebūtur inclariſſe: sed etiam mediusfidiuſ etiamq; uereor ne in epitre uidear, qui tanq; ad palum magno sudore depugnem. Quis

enim aut Italus alius quenquam unquam aut Gallum aut aliū ex iure manu cōserū uocauit ob id quod hanc spēm laudis usurpasse diceretur, quasi in alienā possessionē temerarius inuassisset? Nostrū est hoc crimen, qui etiā nullo uindicante, ius omnibus cōmune Frācis abiudicamus, etenim externis q̄ nostris iustioribus utimur: quos tamē ut iudices iniquos, ita minime infestos aduersarios in re ipsa disceptanda experiemur, ut spero. Nam quibus ingenia nostra probare non possumus, si in certamen dicendi ueniretur, ij ne uelutari quidē Glaceſſere pugnā latino more nedum pugnare iusto marte possent ac certamine. Nisi si eorū fortasse quispiā hastas (ut dicitur) amentatas à comitatu suo mutuaretur, quo minus nobis anxie hæc causa agenda fuit. Apud hos enim si quid uel scīū dixeris uel non insulsum, stupida id aure ut fatū deuorant & transmutunt. Enimuero hæc actio et si ita mihi cōpetit, quasi caput & fortunas meas ut & omniū Gallorū in ea agi putem, tamē ita occupauī nō ut cupide anteuerterim, sed ita res nata tulit primæ ut essent meæ partes, nō etiā ut breui amplissimæ futuræ. Erat & alioquin si cu*iusq*, certe meū, in hanc causam quoquo modo descēdere, qui in his studijs bonā partē et tatis iā cōtriuifsem, nullius spe aucupy lucrīq; puocatus. Proinde ita existimari ab oībus uelim tantū nō integrā à me causam relictā esse successoribus, ut ne libatu quidē magno pe præflorata uideatur. Nā neq; mihi ipſi ita præscribi pōt quasi oem aquā meā dicendo cōsumperim: ut si reos eosdē aut alios repetere olim in mētē ipsi uenerū, nō multæ nērū horæ indulgeri mihi debeant. Cū enim sic agendū duxi ne rei cardinē attingerē, tum uero sic temperandū ne iugulū causæ quoquo modo peterē: nam quos et merita & fasces alioquin reuerēdos faciunt, eorū sartā (ut aiūt) & te etiam esse existimationē decebat. Tametsi qui fieri potest ut stili modū teneas: qui etiā hominū patiētia irritati, nihil sibi uideātur reliqui fecisse (in hac re quidē) quo nocētores fiani? Quotus aut quisq; faceret, ut à quib⁹ alioquin lēsus publico etiam nomine iniuria affectus esset, nec se hilum proficiſſe modestia ac silentio intellex-

intellexisset, ab eis gratiā inire turpi patientia cuperet: atq; iniuriā propulsare cum posset, commodis ipse suis potius quām existē mationi patriæ consulendum esse duceret: equidē ipse eousq; Aristippeus esse nō possim: Proinde ut sit penes eos arbitriū quo quisq; in numero in Francia esse debeat, malim tamē non nescios līnerarū oderint quām despiciant. Quid enim agas ubi tute aquā fluere tibi noris, & aut crimē agnoscere aut respondere cogaris? Atq; equidem propè est ut dicam tanti esse in Gyarū ablegari, aut in Seryphum, dum aculeo dimisso libertas intereat. Qui si indignatione iusta orationis meæ uela implere uoluissim, rerum dicendarū copia facundū me fortasse ut quēlibet, indignitas etiam reddere uehementē potuisset. Quin & libertatis fines bono & populari principio tā late patere queritatis puto. Intra quos tāq; intra liberi⁹ p̄scriptū expatiari licebat, nisi reorū magis q̄ rei rationē mihi habendam esse meminisse. Nec uero fortuna q̄libet improba tāta se flagrare inuidia diuitiis sustinebit, tantā ut in magnis uitris iniquitatem fauore immodico prosequi non desinat, si illi in posterum incōmodi ac molesti esse pergent: aderit enim aderit uotis euocata Nemesis. Cui animaduersionem eorum qui consecrātes, qui rebus secūdis insolescunt, Adraſtiam cognomento quasi ineuitabilem uocaue Adraſtia, runt. Interim nos & quietate animi fretos suauis secundarum rerum aduersarumq; condimento, deuoratas omnis indignitates concoquere oportebit, nec à laudabili uitæ instituto hominum iniquitate aut temporum absistere. Huiusmodi enim stomacho eos esse conuenit, qui ad literarum studia amore sapientiæ non quæstus gratia incubuisse se dicunt. Quippe huius uitæ in seipso uersatur institutū, nec aliud extra se in uitamētum maius habere potest, quod quidem ab hominibus pēdeat aut à fortuna. Is quidem certe studioſi nomine indignus est, qui sese frui in studio non arbitratur optabilius esse, q̄ se in ius ditionēq; fortunæ atq; istorum per ambitum permettere. Proinde hæc & huiuscemodi nō Catonis aio(ut aiūt) sed Ciceronis stomacho ferenda sunt. Ita autem mihi superos oēis propri-

proprios esse uelim (nulla enim religione maiore astringere fidem meam possum) ut rerum indignitate, non cuiusquam odio incisus hactenus stilo indulsi. Quare in primis eam menti potentibus atque autoritate praeditis dari opto, ut in uniuersum prodesse uelint, ac singulis non obesse. Nihil enim nec generosius uelle nec innocentius possunt. Si (quod absit) id fieri nequit, id nobis diuinitus dari ut aut ne possint studijs nostris incommodare, aut certe incommodando ne possint nos ab aequanimitatis gradu quoquo modo turbare, in quo hactenus securitate felices acquieuimus. Erū tamē aliquando (interim enim ariolari iuuat) principū prouidentiae cauere, ne eorum nomina factiose suppressantur, qui publice aut honorifici aut utiles esse possunt: Et prudentiae uidere, si quae familie cī uale fastigium præpetes excesserint, ut in classes circuncisis (ut dicunt) alis in ordinesque redigantur. Nunc perorationis loco ingenia Gallorū qualia sint, antiquitatis autoritate docelim, soleris aesti matricis ingeniōrum gentium. ne gallomastiges Franci nimiū posthac sibi placeat, quasi soli inter nescios iudicio prædūti. Quo ciuius aut hoc documēto perfungar, unum tantū eius rei auctorē laudabo nec Italum ipsum nec Gallū, Et classicum alioqui testem, ne à quoqua refelli tantū elogium possit, is erit potissimum Strabo, genere Cappadocia, eruditione græcus, iudicio priscus, cōuersatione incolatusque Romanus, terrarū multarū peragror ut ex geographia eius patet. In cuius libro quarto de Gallis loquens ita inquit: οἱ δὲ σύμποτε φύλον ὁ νῦν γαλλικόν τε καὶ γαλατικὸν καλοῦσιν, ἀρειμάνθόν τε ἐστὶ καὶ θυμιτὸν καὶ ταχὺ πρὸς μάχην, ἀλλοτε ἀπλοῦν καὶ ὅν κακόν τε, οἷος Γένες ἐρεθίσθεντες μὴν ἀθρόοι συννιοσι πρὸς Γένες ἀγῶνας, καὶ φανερῶς, καὶ ὅν μετὰ σκέψεως. Unde autem, inquit, natio eorum hominum qui Galli nunc et Galatæ appellantur, Martis studio flagrans, animo est strenuo et celeri ad consereda prælia. Alioqui mente candida et simplici, et ab improbis moribus ahorrete. Itaque iniuria lacestisti conferti coēunt in certamina aperte nullaque periculi adeundi respectu, eam ob rem tractabiles se modera-

114;

Strabo. Gallorum elogium. In cuius libro quarto de Gallis loquens ita inquit: οἱ δὲ σύμποτε φύλον ὁ νῦν γαλλικόν τε καὶ γαλατικὸν καλοῦσιν, ἀρειμάνθόν τε ἐστὶ καὶ θυμιτὸν καὶ ταχὺ πρὸς μάχην, ἀλλοτε ἀπλοῦν καὶ ὅν κακόν τε, οἷος Γένες ἐρεθίσθεντες μὴν ἀθρόοι συννιοσι πρὸς Γένες ἀγῶνας, καὶ φανερῶς, καὶ ὅν μετὰ σκέψεως. Unde autem, inquit, natio eorum hominum qui Galli nunc et Galatæ appellantur, Martis studio flagrans, animo est strenuo et celeri ad consereda prælia. Alioqui mente candida et simplici, et ab improbis moribus ahorrete. Itaque iniuria lacestisti conferti coēunt in certamina aperte nullaque periculi adeundi respectu, eam ob rem tractabiles se modera-

tuq; faciles præbent primo cuiq; ducem se eorum imperatoremq;
 professo. Idem inferius: παλὺς Βίας καὶ τόλμος δύνανται
 συναγωνιζόμενος: v. παραποδέντες δὲ εὐμαρῶς ἐνδιδόσσι πρὸς τὸ
 χρήσιμον. ὡς εἰκῇ παραδεῖσας ἀπέδειξαι καὶ λόγων. Præter uim et
 præsentiam animi nihil ad certamina adhibentes. Quod si quid te
 mere suscepere int, facile utilitati cedunt: ob quod et doctrinæ insti-
 tutione, et literarū studia, capessunt. Et rursus de gymnasio Mas-
 siliensi: εἰ δὲ Ιοἱ παρόντι καὶ Ζὺς γνωριμοτάτους ἡμίσιων ἀντε-
 τοῦς εἰς ἀσθενεῖς αποδημίας ἐκεῖσε φοιτᾶν φιλοσοφίῆς ἔντοες. ὅρῶντες
 δὲ Ζύγους διαχαλάσταικαὶ ἄμεινοι πρότεροι, τὴν χολὴν ἀσθενεῖς
 πρὸς Ζὺς Ζεύζους διαστιθεντοι βίους, οὐ κατ' ἀνθροῖς μόνον, ἀλλὰ
 καὶ δημοσίας, σοφιστῶν ἑτοί μὲν ἀπολέχονται Ζὺς μὴν ἴδιας, Ζὺς δὲ πό-
 λεις χρινῆ μιθούμηνος καθάπερ καὶ ιοχών. Hæc autem Massiliœ
 sium institutio, Romanorū hodie nobilissimū quenq; pellexit, adeo
 ut pro peregrinatione quam studiorū causa Athenas pridē susci-
 piebant disciplinarū cupidi, nunc illuc se conferant: quoru[m] emula-
 tio Gallos quoq; excitatuit ut pace per Galliam cōposita, ipsi ocu[m]
 à rebus bellicis amplectentes ad discendi institutū animū appelle-
 rent, non uirū modo, sed etiā uniuersim per urbes: Quippe quæ
 dicendi magistros (quos sophistas appellant) priuato publicoq; im-
 pedio oppidatum suscipiant, salarium illis statuente[s] perinde ac me-
 dicis. Nec literas Gallis Strabo, nec animum studijs liberalibus
 aptum promptumq; negat, etiam si eis ad prælia animos gestien-
 tes tribuat. Quanto igitur nostri maligniores, qui Francos præci-
 puam Gallorum partem in orbem Barbariæ redigentes, studioſo-
 rum industriae summuſſim obloquuntur? Fidem apud uulgus come-
 ratus regij facientes, quod ne nomina quidē disciplinarum unquā
 suspicari potuit. Quod si olim Galli literis apti fuerunt, quæ tan-
 dem inuidia est, nunc quoq; in Gallia literarū bonarū studiū cum
 successu excitari: si quidem publice nunc honos facundiæ ut quon-
 dam habeatur: nisi uero Strabonis ætate, quo tempore hominē deus
 induit, fieri id potuit Gallis adhuc semiferis, id nunc non poterit,
 quo

quo tempore gens nulla moribus aut mansuetoribus aut elegantioribus uiuit. Quibus si ipsis disciplinarum expolitio & naturae praestantis conditum adderetur, undique certe & lauti Franci & perpoliti fuissent. Ex illo autem prisco Galliarum instituto emanauit illud Satyrici poëta:

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.

Notum est etiam certamen græcae latineq; facundiæ Lugduni olim institutū ad arā diu Augusto cōsecratiā ad quāidem Satyricus alludens in prima Satyra inquit:

Aut Lugdunensem rhetor dicturus ad aram.

Proinde nunc quum totus graias latiasq; habet orbis Athenas, digna tantum merces artibus statuatur: & spondebo non modo orationem & poëticam in Galliam, sed etiam Gallogræciā post liminio reddituram, & istos futuros ridiculos qui nullum exemplum esse contendunt hominis Franci in literis latinis priscisq; eruditiss. Qui, si quando quis existat utraq; lingua se scire profitentes, Anatolius (ut opinor) in Scythia esse dicent, aut etiam prodigiosum indicti isq; supplicationibus procurandum & expiandum. Hos uix statuas utrum ignorantiae dannes aut potius temeritatis, qui se nobis Aristarchos tam fidēter ingerant. *Quis enim præter eos ignorat linguae olim græcae studiū tam solenne in Gallia fuisse, q; nūc est linguae latine?* Cuius rei iterum eūdem autorem citabimus, his uerbis de Massilia scribentem: καὶ φιλέλληνος κρετικίνος ἡ τὰ γαλάτων ὥστε καὶ τὰ συμβόλους ἐλληνιστὶ γράφειν. Eadem urbs Massilia Gallos linguae græcae studiosos fecit, & eosq; amantes, ut contractus & conuenta apud eos græco sermone concipientur. Hæc Strabo autor grauissimus de maiorib^o nostris scripsit. Quod igitur nec eloquētia nec studia elegantiora atq; humaniora in Gallia hactenus celebrata magnopere fuerunt, nec cælo imputari clementissimo, nec naturae omnino gallicæ eidemq; humanissimæ debet, sed quorundam hominum rusticitatⁱ aut potius iniurianti, quæ primos ordines in rerum nostrarum administratione duxerunt,

eorūq;

Galli olim
facundiæ stu-
dioſi.

Philhellenes
Galli.

corumq; qui hoc dicunt ignorantiae, uel (ut græci appellant) apiro caliae, quod utrius est eorum qui nec bona sua nouerūt, nec eorum usū acquiescunt qui serujs in rebus operā bonā ac strenuā nauare didicerunt. Neq; uero quo nomine appellē nūc habeo, quibus nihil non accersitū placet, nisi si mirari nō debemus ijs oīa uernacula sorde re, quos transalpina cōmercia nimīū iuuare fama est, nec iuuare tantū sed etiā adiuuare. Habet nimirū quippiā extenorū admiratio, quod nec fronti promi uidetur, nec ore ab istis laudando fasci nantibus: quod utinā in rem tandem nostrā atq; existimationē exeat. Cæterū illi mihi uehemeter falli uidetur opinione, qui cordatos uē ros in Gallia ideo desiderari putat, quod innata in arma alacritas parū prudētiae in cōsilijs agnādis habeat. Hoc quū uulgo nostrates homines dicūt, euēta rerū considerātes, tū dogma iā esse cœpit ab eadē secta cum superiore constitutum. Vtrunq; enim astruere mā xime refert eorum. Quasi uero natura dissidium inter cor & mā nūs ingenerari. Ego uero in utranq; partem uiros animorum uale re puto quum recte animi ipsi formantur doctrina & institutio, & præsertim in ijs gentibus quæ naturæ plena dote præditæ, & corpora & mentes ad omnia uersatiles habent: cuius rei quū Gal lis Strabo testimonium præbet, tum usus ipse docet. Argumentum huius rei ualidissimū afferre possem ex Græcorum Romanorūq; imperio: nam & Macedones inter græcos adnumero: Vtrunq; autem imperium non minus animis excolendis, q; corporibus exercen dis quæsuū est, & retentū: quippe idem numē Palladi & Miner uæ, & Martios animos loricatis pectoribus, et togatis præcordijs aut palliatis uim iudicandi censendiq; inspirare creditū est, neq; id quidem modo, sed etiam studiosis uim illam numerosa, solutaq; oratione dicendi. Quare antiqui Enthusiasnum appellauerūt uim Enthusias dicendi scribendiq; diuinitus inferuefactam. Eodem id pertinet mos, quod à Catullo & Virgilio dictū est, ciuitatum arces Palladi eē sacratas. Vrbes enim prisci tam prudentia & literarum scientia, quam robore & fortitudine capi retineri q; hoc figmento significa re uo-

re uoluerunt. Aegyptij uero in ijs quæ Hieroglyphica apud eos diciturcebantur, (id est sacra quædam monumenta, non litteris uocabula, sed scalpis rerū animaliūq; figuris significatiā) Mineruam hemispherio cæli superiore, Iunonē inferiore intellexisse dicuntur. Macrobius etiā autor est priscos summā ætheris partē, quam ætherem dicimus, Mineruā appellasse, ex qua mundi parte solari uirtute homini prudētia ingenerari putatur, propter quod Palladē Louis capie edūā poëtæ fabulati sunt. Ex quo intelligimus prudentiā & sapientiā ueluti iure suo ceteris uel rebus uel hominibus eminere. Qui igitur fieri potest ut ampla imperia quæ supra modū ulnarū quibusdā nos complecti uidemur nec manibus satis consertis quæreret & retineri sine prudentia possint? Prudentia porro (ut Græci dēcunt) est ἀκριβοῦ νοῦ, mentis consumatio, seu mentis exacta costitutio. Aristoteles: οὐ μὴν τὸ Φόρος εἰς πολὺ τὰ μετ' ἀγροτέρων, οὐδὲ ὡσαύτως ὄντα. οὐ δὲ φρόνησις οὐ πολὺ τὰῦτα, ἀλλὰ πολὺ τὰ μεταβολῆς ὄντα. Sapientia, inquit, uersatur in ijs quæ demonstratione constant, & semper eodem statu manent. Prudentia nō item, sed in ijs quæ uicissitudine admittunt. Et rursus: εἰς δὲ χείρων φρόνησις τὸ Φόρος, πολὺ χείρων κάρπεισιν. οὐ μὴν τὸ Φόρος πολὺ οὐδὲ διδιον, οὐθὲν. οὐ δὲ φρόνησις πολὺ οὐ συμφέρον ἀνθρώπῳ. Sapientia autem (inquit) præstantior est prudentia, utpote quæ circa æterna diuinaque uergetur, quū prudentia circa deteriora occupata sit, scilicet circa ea cotiplanda quæ homini cōmoda sunt. Et rursus: οὐδὲ ἀρεταὶ πᾶσαι πρακτικέι εἰσιν. οὐ δὲ φρόνησις ὕστερος ἀρχήτεκτη ἀντῆσιν εἰσιν. ὅπως γὰρ ἀντη προσάσθι, ὄντως οὐδὲ ἀρεταὶ οὐδὲ κατ' ἀνταῖς πράξιον εἰσιν. Cū autem uirtutes omnes sint administratiæ, prudentia illis architecti uice præbet: nam quo modo illa agendum iussit, sic ipsæ administrant, & qui secundū eas agunt. Ex dictis fatis liquet, sapientiā & prudentiā cognatas esse uirtutes, prudentiāq; aliarum uirtutum moderamen tenere: quo fit ut omnia nobis tollant, qui ciuiiliū disciplinarū scientiā nobis cū iudicio utilitatis negant. Hoc est enim tollere sapientiā & prudentiā, quas ciuitatū conditores uno nomine

nomine complexi sunt eloquētīe. Nisi uero nobiscum eos agere benignē ob id putemus, quōd uelut uæcordi Galliæ strenuā manū gestientemq; cum gladio relinquant. Quid enim est aliud Gallos ad prælia promptos dictūare, bellis autem gerendis aut opportune suscipiendis consilium ipsis non suppeteret? Quod ipsum quid est aliud, quām hominem (ut dicitur) ex homine tollere? Nonne si anīmæ principem partem à corpore humano sustuleris, quæ remanebunt, cōmunia cum simijs nobis erunt? Evidē ut heroum olim gesta memorabilia non sine Theseo facta fuisse dicuntur, id etiam apud Græcos prouerbio attestante: ita sine sapientia & literarī peritūa contendere & asserere nō dubitauerim nullos unquā populos rerū potitos eē. Siquidē nec Assyrij Chaldæis, nec Persæ Magis, nec Macedones lueris græcis, nec Alexander Aristotele præceptore caruisse memorantur. Qui etiam ipse Homero quasi puluino indormire gaudebat, capitēq; incumbere eius poësi, eiusq; Iliadem gloriæ armis assequendæ instrumentū esse dictabat & uiaticum. Eant igitur illi quois gentiū, nec patriæ sese posthac imputent: qui humanarū rerum intelligentiā earum dicendo explicatiōnem regno Franciæ explodunt, ultra alpes & pyrenen proterue summuētes, tanquam ferre cælū nostrum eximiæ dotes huma-
næ mentis nequeant sacrarū literarū tantum studio iuriſq; accom-
modatum, utrūq; enim studium nobis homines benigni religiosi q-
largiuntur. At qui si uerum fateri licet, huiusmodi elogia Gallorū
paucorū hominū criminē inualuerūt, quorū maxime interfuit pau-
ca consulto ac ciuiliter agi, quibus ut quidq; uisum est ipsis, ita pro
disceptato, consulto, decreto, atq; etiam transacto habiūtum est ple-
runq;. Est artis aulicæ inuentum, in ijs que paucis placita sunt, im-
periosa placita principum adumbrare. Ita fit ut quæ priuatim paue-
cis conducunt, ea regni totius ceruicibus capiāli licentia iniungan-
tur, ut ne gemere quidē populo oneri succumbenti liceat. Hoc cum
nunc omnes & sciant & obscure non ferant (ut mos enim iam no-
ster & nostris & exteris ianotesceat) ridiculum est quōd acuti qui-

Alexander
Magnus Ho-
meri studio-
sus.

dam homines fucū se faccre perinde or. linibus ut plebi arbitratur. Ego autē sic contendō, si acreis rerum consultos decretis aulicis faciendis adhiberi moris fuisset, & quidem bona fide adhiberi, nō ut arbitri tantū oculati & spectatores essent rerum praeiudicio sanctiore transactarū, (id enim iā diu translatiū esse constat) haud dubie nō magnopere consilio pegrino accersitoq; egeremus. Quod genus nonnulli homines graues festiuē amplecti feruntur, rei magis suæ (ut dicitur) q̄ publicæ prouidentes: quod tamen ipsa uiderit prouidentia, nunc enim earum rerū iudicium libens sustinuerim. Quanto uero detiores priscis Gallis nunc sumus, quorū tantum fuisse studium audiendi attente quicquid in medium consuleretur, autor est idem Strabo: ut si quis censente alio cōmitteret, ut interfari uel aliter obturbare uideretur, uiator ilico magistratus minitabundus ense stricto in eum insurgeret: Υδιον ἡ τὸ ἐν Κίσ συν εὐρύοις συμβούντειν. οὖν γάρ πιθαρύτην λέγονται, ὃν προπόνησι προσιών δὲ πιρέτης ἵσσαστο θήνει οἱ ξιφοὶ κελεύθσιγάν μιτ' απόδαις. Sed tunc apud Gallos in medium consilia agitatātur, sicut et non ita pridem homines consulti censere in consessu libere iubebantur: nunc mos inoleuisse fertur ita publica scita facieōdi, ut in poteriorum sententiā omnes pedibus eant. Consilij (ut fertur) est una mens & eadem sententia, tanta est inter homines cōcordia & cherias, quādo in collegiū nēo assumitur nisi à collegis adoptatus, in uerbaq; collegarum adactus, uel salutator ferētarius (ut utar nūc uerbo comicō) uel uī fati cuiusdam mirifici admissus. Hoc siue uerum fortasse, siue (quod malim uideri) mendacio permixtum est, indignum certe est, quod famam id circunferentem ultra alpes et pyrenen cōpescere negligimus, id enim referre rerum nostrarum puto. Sed enim illud (ut aiunt) miro præconio dignū, omniq; memoria prædicandum, quod paludatos duces uidimus rerum bellicarum callentissimos imperia à togatis accipere coactos, qui nunquam castra ante uidissent. Togatis dico: quid si etiā ab insulatis? adeo martios oēs spiritus hoīes Frāci gerimus, Euge memorabile exemplum

Mēorabilia
Gallorū pri-
scorū cōfilia.

plum, & insignē in omne ēuum memorīā huius seculi facturū: sed
 infensum Martis numen (ut exītu tandem patiū) præposterū ordē
 nem rerū auersatum est, & tantā indignitatē secutæ euestigio
 clades expiauerunt. Ecquonā unq̄ tempore post uiuorū memoriane
 congruentius rerū euenta cœpiis respōdere uisa sunt? Ut enim nūl
 non præpostere gestū est, ita nihil non exītu dirum habuit, unde
 ēterna nota (quod referto moerens) patriæ est inusta. Fatis certe
 non nostris moribus imputanda, ut intemperijs actos tū fuisse nos
 putem, qui nec ius nec fas respiceremus, dirasq; imprecanteis op-
 pressos obaudiremus. Eoru fortasse uicē dolere nos debemus, siquē
 sunt qui in cōmuni crimine insontes, aliena inuidia uel flagrare
 uel afflati sint. Sunt enim & mortui & superstites quos uarie fa-
 ma premūt eodem in reatu, ad posteros etiam non dubie transitu-
 ra. Quo magis mirū esse potest, quod oēs nunc uultus nostri uelut
 sordibus excussis ferocem etiā præferunt securitatē: nec de ore fa-
 me componendo laborare quoquomodo uidemur. Verum hoc tem-
 pus mittamus quod tragicos penē euentus omneis habuit, & huma-
 na fortasse prouidentia maiores, quod utinam ipsum eximi homi-
 num memoriae posset, ne tragedias excitare libēs rebus iam lētio-
 ribus uidear. Quod enim bene cœptum est agi, spero deum appra-
 baturum, quo hilarius etiam nunc uelut in portu naufragiū cōme-
 moro, ut naufragi rasi ac pileati solēt, præterito facti periculo la-
 quaciōres. Utinā igitur fatalibus minis semel defuncti simus, nec
 uersuram fecerimus (quod ominari nolim) mutato creditore. Quæ
 in re si spes non fefellerit, & bene omnia eueniant, nullas mortali-
 um partes cōsilijsq; nostri omnino fuisse credā, sed oīa prouiden-
 tiæ superne accepta referenda censebo, quæ priuata (ut arbitror)
 pietate nō publica exorata, luxatā rerū nostrarū summā, molli (ut
 aiunt) & facili articulo tractatā, nec opinatibus nobis reposuit in
 sedem, admoto tēpestiui laxamēti fomēto, ut tantisper utrisq; partē
 bus respirare, quietisq; consilijs animum intendere appellare' que
 liceret. Hic sunt qui obnixe & refractarie fortasse contendant res

Frācicas nō posse in eodē cardine uersari gloriæ atq; felicitatis, si
 ijsdē manibus usura sit resurgēs, quibus ē gradu deiecta esse dicti
 tatur. Quod si omnibus itidē persuasum esset, adiurādos per cha-
 rissima pignora quosdā esse dixissem, ut paulisper istimc faceſſen-
 tes, ualidiores manus ne dicā terſiores, habenas rerū tenere pate-
 retur, præſertim quū quorundā aut ætas aut ratio uitæ, receptuē
 canere iādiu uideatur. Sed si eodē capite(ut ſperamus) ijsdēq; ma-
 nibus dominus in gradū nos reponat, erit omnino cur diuinū bene-
 ficiū grādiu exiſtimare poſſimus. Quare in eā ſpēm ſigillatim
 concipere uota debemus, quandoquidē ea publice nūcupare non fo-
 lemus: & fortasse præſtat(quod aiebat Auguſtus) contentos eſſe
 hoc Catone, quandoquidē ſpē iam hilrior affulſit diuina benigni-
 tate. Tāta eſt enim contagio in illo cercopū conuēticulo, uix ut in-
 uenias qui fidem bonam illuc adoptatus agnoscat: alios confeſſim
 eosdē eſſe credas, ita ſui diſſimiles fiunt homines triduo uerſipel-
 les, & quaſi ad fluuium lethen biberint priſtinæ ſuæ ſortis omnino
 obliuiscūtur: immo uero humanitatis ipſius atq; mortalitatis. O ue-
 neficorum atq; fascinatoř conciliabulū cauendum auerſandumq;:
 Vſque adeo ſenſus omneis humanos afficerē aulica illa deliminē-
 ta cernuntur, quaſi uenena Circeia ac magica, partim ut honestati-
 tis & officij, partim ut actus omnis liberalis obliti eſſe uideantur.
 Quotus enim quisq; eorū qui in adytū ſemel illud beatū ascende-
 rit, ad familiaris poſte & ciuilis amicitiae officia, aut omnino ad
 æqui boni q; intelligentiam deſcedit, priuq; præcepſ ruit, aut inde
 depulſus eſt? Tum demū aut placidos eos uideas & māuetos, uia
 execrātes aulicā, ſeq; i pſos deuouēteis inferis, ſi unq; impostaři pel-
 laci crediderint tenaciq; remoræ, cui olim uifendæ cupido ignar-
 inceſſerat: uidelicet quaſi ab aula ſibi exiliū cōſciscere præoptari,
 & in ea cōſenſcere morū atq; animoř certiſſima internicione: quiū
 ſciamus nemine adhuc eorū quibus in eam naſſam ambitionis peni-
 tuſ inſinuaffe contigit, ad quietem municipalem ciuiliaq; institutę
 niſi retrogradū atq; nidem reſiſtantem reuertiſſe. Vnde loci b̄asili

cani, unde circulares, conuiuialesq; in oppidis excitantur fabulæ, quum ij quos excuriatos uocant, uelut ciuitate donati inter municipes coepere profiteri. Hos cernere est aulæ relictæ desiderio uultuosos, animosq; conspicue despödenteis, ut qui tabifico dolore ægre scentes, ad extrema maciem lenta tabe desiderij perarescant. Vt innam i gñur ij magistratus qui rebus iam accisis in id tēpus protracti sunt, quo pacificatoriæ legationis & pronubæ mentio, austifice (ut spero) prouidentia excitata est: (cordi enim id superis quoque foedus esse credendum est, qui omnia in unum cōgruentia tempus apposite temperarunt) utinam inquam ijs magistratibus instinctu quoq; diuino ueniat in mentem, nunc nobis omnia esse prona si ad pristinam concupinias & contendimus reuoluti felicitatem, hoc modo meminerint futuris benefactis præterita errata esse obliteranda, ut uelut in telephio uulnere fabulantur, sic in nostrarum rerū clade eadē manus uulnifica medicaq; dicatur fuisse. Sic enim per me licebit eis coronam quoq; gramineam sperare quo nullum honosifcentius præmium esse potest. Est in antiquorum prouerbio, sero Phryges sapere: nos igitur ab ijs (ut fertur) oriundi, sero saltē resipiscamus. Sed per deum superosq; omnes inter cæsa (ut solemus) & porrecta, alias res agere, aut nugari desinamus. Quisnam autem nostrū nouit an diuinæ satis misericordiæ ijs cladibus litanum sit? at nos rei uoti tanti pariter et dānati existimatione nostra sumus, nec exoluere animos religione in præteritū magnopere laboramus: tum hoc gallicum semper fuit erūq; accinctos statim ut discinctos gloriari, ut est in prouerbio sacro. Hic me interdū meti culus securum esse non sinit, ut qui sciam ex propugnatoribus oppugnatores futuros. Verum ne odiosus esse uidear religione nimia et ominosa præsertim quum maioribus auspicijs (ut fama est) & lustriatore exercitu res gesturi post hac simus: Tandem ad instiutū cum spe noua reuertar. Iuuinalis Satyra quarta. Nullum sex milibus emit: Aequantem sanè paribus sestertia libris, id est, inquit, Merula pendentem libras sex pro numero sestertiiorum: nam mille

nummos seftertiis ualebat. Scribit enim Plinius Asinium celerem seftertijs octo nullum emisse, quod pretium fuisse octo milliu nummum Macrobius tradit: Comprobari etiam hoc ab Horatio potest illo in loco:

Si quadringentis sex septem millia desunt
Plebs eris.—

Erat enim legimus census equestris quadringentorū milliu. Merula in hoc lapsus, singulos seftertiios mille nūmos esse dixit. Tranquillus in Cæsare: Annuam etiā habitationem Romæ usq; ad bina millia nummū. In Italia non ultra quingenos seftertiios remisit. Seftertiios quingenos pro quingentis nummis posuit, Quo in loco Philippus Beroaldus: Interdum, inquit, hæc obseruatio apud eruditos custodiatur, ut seftertiios genere masculino usurpent significantes minutulam summam, Seftertia uero neutro genere pro maiori bus summis, ut quadringenta seftertia pro quadringentis capiantur, quæ summa est census equestris. Sed hæc non semper ad regulam, inquit, sunt exigenda. Antonius uero Sabellicus quātum eo in loco addubitauern facile intelliget qui eius commentarios legerit. Idem: Tranquillus in Augusto: Senatorum censum ampliavit, ac pro octingentorum millium summa duodecies seftertiium taxauit, suppieunq; non habetibus. Quo loco idem Sabellicus sic emnes, in quib; Tranquilliani codices quos uidimus habent: sed minuere id fuisse censem nō augere, si ex octingentis millitus nummū ad duodecies seftertiium contraxisset. Quare aut hæc nostra, aut nulla, quod videā, alia quadrare poterit lectio. Erit igitur uera lectio non duodecies seftertiū, sed duodecies cēties seftertiū, ut ex parte tertia auctus sit census, quod idem ualeat acsi dicas: uoluit Augustus ut singuli senatores qui octingenta possederant seftertia, mille & ducenta possiderent. Habuit enim seftertiū mille nummos: hactenus ille. Cuius uerba Beroaldus dissimulans duodecies cēties legit, et itidem ut Sabellicus interpretatur: ut sit seftertiū pro milie nūmis. Hæc eius emēdatio cuiusmodi sit, postea uiderimus: nunc
ad r

ad reliquias autoritates pergamus. Idem Tranquillus in Cæsare: Ludis Decius Laberius eques Romanus mimum suum egit, donatusq; quingentis sesterijs & annulo aureo sessum in quatuordecim ex scena per Orchestrā transiit: quingenta sestertia haud dubie pro equestri censu posuit, sed qui iam auctus esset. Sallustius in Catilina: Ad hoc si quis indicauisset de coniuratione quæ cōtra rem publicam facta erat, præmia decreuerunt seruo centum sestertia & libertatem: libero impunitatem eius rei, et ducenta millia sestertium. Vbi interpres Laurentius (ut arbitor) Vallensis sestertiū duas libras & semis significare dixit, & nihil præterea addidit. Plinius libro IX. Duo fuere maximi uniones per cmne æuum: utrumq; possedit Cleopatra Aegypti reginarū nouissima, per manus orientis regum sibi traditōs. Hæc cum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix, lauitiā eius omnem apparatumq; obtrēctans, quærente eo quid astrui magnificetiæ posset: respondit una se cœna cœties sestertiū absumpturā, cupiebat discere Antonius, sed fieri nō posse arbitrabatur. Et paulo inferius: At illa absumpturā se ea in cœna taxationem confirmans, solāq; se cœties sestertiū coenaturā, inferri mēsam secundā iussit. Ex præcepto, ministri unū tantū uas posuere ante eā aceti, cuius asperitas uisq; in tabē margaritas resoluta: gerebat auribus tum maxime singulare illud & uere unicū nature opus. Itaq; spectante Antonio quidnā esset actura, detractū alterum meruit, ac liquefactum absorbut. Sic in omnibus exemplari bus legitur. Iamprimum Plinius his uerbis significat cœties sestertiū immēsam esse summā: ut quā imperator prodigiissimus Antonius una cœna absumi posse non crederet, & quanti unio & stimatus sit toto orbe nobilissimus. Quō igitur credibile illud Trāquillē in Vitellio: Indicebat aut̄ aliud alij prandiu eadē die, nec cuiq; minus singuli apparatus quadringentis millibus nūmū cōstiterūt. Sic enim ibi legitur non quadragenit: ut in Nerone. Quadringenit in punctum sesterijs aleam lusit. Plinius eodem libro Lolliam

Paulinā quæ fuit Caij principis matrona, nec serio quidē aut solē
ni ceremoniarū aliquo apparatu, sed mediocriū etiā spōsalū cœna
uidi smaragdū margaritisq; opertā alterno textu: fulgētibus toto
capite crīmib⁹ spiris collo monilib⁹ digitiūq; quæ summa quadrin
genties seftertiū colligebat, ipsam confestim paratam nuncupatio
nem tabulis probare: nec dona prodigi principis fuerant, sed au
tae opes, prouinciarū scilicet spolijs partæ. Hic est rapinarum exi
tus: hoc fuit quare M. Lollius infamatus reguni muneribus in to
to oriente, interdicta amicitia à C. Cæsare Augusti filio uenenu
biberet, ut neptis eius quadringenties seftertiū operta spectaretur

Pliniij locus. ad lucernas. Ego ex antiquis exemplaribus non nuncupationē sed
aucupationē lego, hoc sensu: Lolliam paratam ex tabulis domesti
cæ rationis aui sui probare, quo titulo Lollius unumquēq; lapillorū
unionumq; comparasset. Aucupatio enim lucrum significat. In an
tiquis etiam libris non spiris, sed spira legitur, id est crinium con
uolutorum orbe. Cicero in prætura Urbana. Dixi in prima acti
one me planum esse facturū C. Verrem seftertiū quadringenties

**Furta Ver
ris.** contra legem abstulisse. Atrocia autē furta Verris fuisse in Sici
lia, quam rapinis propemodū exhaustū, ex actionibus ipsis Verrinis
licet planè coniçere. Quoru tamē summā Cicero non ultra qua
dringenties taxauit, cū omnia oratorie augeret, quāti scilicet Plini
ius rapinas orientis in M. Lollio æstimatā dixit: quod omnino
dissentaneū est ab eo quod Tranquillus de coenis Vitellianis dixit
¶ alea Neronis, si seftertiū quadringenties ¶ seftertia quadri
genta idem esse intelligamus, ut Tranquilli enarratores uoluerūt.
Tranquillus de Claudio loquens antequā ad principatum as
sumeretur: Postremo etiam seftertiū octogies pro introitu noui
sacerdotij coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decē
dit, ut cum obligatam ærario fidem liberare nō posset, in uacuum
lege prædatoria uenalis pependerit. Vix hoc conuenire potest cū
eo quod Salustius dicit de centum seftertijs quæ ex præmio indicij
seruo decreta sunt publice, ut ducenta libero. Quid illud eiusdē

Pliniij

Plini⁹ libro xxix. ubi de medicorum stipendijs loquitur: Quintus uero Stertin⁹ imputauit principibus, quod se fester⁹ quingenis annuis contentus esset: sexcena enim sibi questu urb⁹ fuisse numeratis domibus ostendebat: par & fratri eius merces à Claudio Cæsare infusa est. Quingen⁹ fester⁹ annuam mercedem fuisse dicit medicis sub Romanis principibus, & quadringenties fester⁹ tium, ut immensas rapinas in Lollium criminoſe extulit. Quid ille lud⁹ Trāquilli de testamento Augusti, quoniam modo explicari poterit? aut quid animi tandem eo in loco interpretes habuerunt? Legatio (inquit) populo Romano quadringenties, tribub⁹ tricies quinquies fester⁹, prætorianis militib⁹ singula millia nūmūm. Cohortibus urbanis quingenos, legionarij trecentos nummos. Ex hoc certe loco admoneri illi debuerunt: quomodo enim populo Romano satisfacere quadringenta fester⁹ potuissent, id est tercia pars cens⁹ senatorij, præsertim cum in singulos legionarios trecentos fester⁹ legaret? Magnum autem militum numerum tunc fuisse ex eiusdem auctor⁹ lectione nouimus, qui in eodem Augusto quodam loco sic inquit: Ex militaribus copijs legiones & auxilia prouinciatim distribuit: classem Miseni & alteram Rauennæ ad tutelam superi & inferi maris collocauit. Hunc principem Orosius libro vi. scribit quatuor & quadraginta legiones habuisse ad tutamen orbis, id est imperij Romani. Eusebius aut̄ auctor est c̄csu sub Augusto acto Romanorum capitum, quadragies semel centena millia censa fuisse. Age transeamus ad reliqua quæ sequuntur in eodem loco Tranquilli: Reliqua inquit legata uarie dedit, produxitq; quædam ad uicena fester⁹: quibus soluendis annuam diem finiit excusata rei familiaris mediocritate: nec plus perueturum ad hæredes suos quam millies & quingenties professus, quamvis uiginti proximi⁹ annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset: quod penè omne cum duobus paternis patrimonis, cæteruq; hæreditatibus in rem publicam absumpisset. O digna etiam atq; etiam locum qui planè enarretur, quod hactenus factū

Copie Ro-
manorum.

non est. Idem de Nerone: Diuinarum & pecuniae fructum non alium putabat quam profusionē, sordidos ac deparcos esse quibus ratio impensarum constaret. Laudabat mirabaturq; auunculum Caium nullo magis nomine, quam quod ingentes a Tyberio relietas opes in breui spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec ab sumendi modum tenuit. In Tiridatem, quod uix credibile uideatur, octingenta nummū millia diurna erogauit, abeuntiq; super seftertium millies contulit. Quero, quonam modo consentaneum fuit Neronem principem profusissimum Tiridati Armeniorum regi non plus quam mille seftertia dono dedisse, cum manenti diu in Urbe octingenta diurna pensitaret? Idem de Caligula loquēs: Nepotinis sumptibus omnium prodigiorum ingenia superauit: in extractionibus prætoriorum atq; uillarum omni ratione posthabita nihil tam efficere concupiscebat, quam quod effici posse negare tur. Et paulo infra: Ac ne singula enumerē, immensas opes totū que illud Tyberij Cæsarī uicies ac septies millies seftertiū, nō toto uertente anno absumpsit. Quo autem intelligere possimus immensam quadam pecuniae congeriem his uerbis significari, addemus id quod idem de Tyberio in uita eius scripsit: Procedente (in qua) demum tempore ad rapinas cōuertit animum: Galliarū & Hispaniarum Syriæq; & Græciæ principes confiscatos constat, ob tam impudens calumniarum genus, ut quibusdam non aliud sit obiectum, quam quod partem rei familiaris in pecunia haberent. Quantæ uero pecuniae ex ijs confiscationibus exaggerari potuerint, uno patebit exemplo apud eundem in Caligula qui Tyberij successor fuit, de quo in initio principatus cum optimum principem simularer, ita inquit: Si quibus regna restituit, adiecit & fructum omnium uectigaliorum & reddiūum medij temporis, ut Antiocho Comageno seftertium millies confiscatum. Quæ quantitas sit summa mox fortasse constabit. Age uero porro etiam etiāq; pergamus, et autores alios linguae latine percensemus, ut & rei difficultas appareat, & huius suscepti laboris necessitas ac preiū opera.

operæ , si diuina tandem benignitate propositi compos euaserim,
& huius ærumnæ (ut ita dicam) umbrailis Hercules . Iam pri-
mum Tacitus libro duodecimo: Fixum est ære publico senatus con-
sultū quo libertinus sesterij ter millies possessor, antiquæ parsimo-
niæ laudibus cumulabatur: de Pallate liberto Claudi principis lo-
quēs : Cuius immodicas opes intelligimus ex illo satyrici loco saty.
I. Ego possideo plus Pallante & Liciis . & ex Tranquillè uer-
bis in Claudio: Libertorum ante omnes suspexi Narcissum ab ep̄e
stolis & Pallantem à rationibus: quos decreto quoq; senatus non
premijs modo ingentijs, sed & quæstorij prætorijsq; ornamen-
tis ornari libenter passus est. Tantum præterea acquirere & rape-
re , ut querente eo quondam de fisci exiguitate, non absurde sit di-
ctum, abundaturum si à duobus libertis in consortium recipere-
tur . Eius autem senatusconsulti in Pallantis gratiam à senatu
expressi meminit Plinus iunior , ad Montanum scribens his uer-
bis indignabundus : Videbis, deinde indignaberis si legeris: quod
nisi legeris , non potes credere . Est via Tyburtina intra primum
lapidem, proxime adnotavi monumentum Pallantis ita scriptum:
Huic senatus ob fidem pietatemq; erga patronos ornamenta præ-
atoria decreuit , & sesterium centies quinquagies , cuius honore
contentus fuit . Evidem nunquam sum miratus quæ sæpius à for-
tuna quam à iudicio profici serentur: maxime tamen hic me titu-
lus admonuit, quam essent mimica & inepta quæ interdum in cœ-
num, in has fordes abiijcerentur . Quæ denique ille furcifer &
recipere ausus est & recusare . Tranquillus rursus in Othonem:
Nec quicquam prius pro potestate subscripsit quam quingenti-
es sesterium ad peragendam auream domum . De aurea domo
Neronis loquens qui iam sese interemerat . Et in Galba : Ad
Neronis medium principatum in secessu plurimum uixit: ne ad
gestandum quidem unquam aliter uter ingressus, quam ut secum
uehiculo proximo decies sesterium in auro offerret . Idem
Tacitus libro itidem supradicto : Eodem Neronem oratore,

Bononiensis

Bononiensi coloniae igni haustæ subuentum centies sestertijs largitione. Cicero in Philippica illa nobili: Vbi est sepius millies sestertijs quod in tabulis quæ sunt ad Opis petebatur? Funestæ quidem illius pecuniae: sed tamen si ijs quorū erat non redderetur, quæ nos à tributis posset uendicare. Tu autem sestertiij quadringenties quod Idibus Marijjs debuisti, quomodo ante calendas Aprilis debere desiisti? Et rursus: Sygrapha sestertiij centies per legatos uiros bonos, sed timidos & imperitos sine sua, sine reliquorum hospitium regis sententia facta in gynæceo: ex sygrapha quid sis actuarius meditare censeo, & pro Flacco: Vel quod ait Luceius Lucium Flaccum sibi dare cupisse, ut fide se abduceret, sestertiij uicies, & eum tu accusas avaritiæ quæ dicis uicies uoluisse perdere? Taci tu libro decimotertio de Nerone loqués: Sed nobili familiæ honor auctus est, oblatis in singulos annos quingenis sestertijs, quibus Messala paupertate innoxia sustentaret. Aureo quoq; Cottæ & Aethereo Antonio annuam pecuniā statuit princeps, quanquam per luxum habitas opes dissipassent. Quo in loco ne quinquagenis legendum putetur: Tranquillus de eodem: Senatorū, inquit, nobilissimo cuiq; & à re familiarī destituto annua salario, & quibusdam quingenā constituit. & de Vespa. Expleuit censum senatorū: consulares in opes quingenis sestertijs annuis sustentauit. Et rursus in Nerone: Pompeium Paulinū uectigalibus publicis præposuit cum inspectatione priorum principū, qui grauitate sumptuum iustos redditus anteissent, se annum sexcenties sestertiū reipublicæ largiri. Et rursus: Cladem Lugdunensem quadragies sestertio solatus est princeps, ut amissa urbi reponerent, & ierū: Bis & uicies mille sestertiij donationibus Nero effuderat. ubi non mille, sed millies contra fidem exemplarium lego. Verū enimuero quandoquidem immensa ac caliginosa autoritatū sylua restat, apud iuratissimum quenq; autorum linguae latine sparsarū, tempus iam uersandi cardinem ipsum obscuritatis esse duco, et illud fortasse præfandi per parodiam: Pandite nunc helicona deæ: ne si in densiores sensim te-nebras

nebras insinuemus, nulla (ut sic dicam) face explicationis præluc^c
te, interim lectores magis in hallucinationem inducere, quam lu-
cem aliquam afferre tenebris locis uidear. Proinde ut rem
obscuram illustrare quoquo modo possim, luce ab ipso capite rei ac-
cerendam habeo. As ignur qui C^r assis dicitur ut antea dictū est,
libralis nummulus erat: quod nomen indū est nummo, iam inde
ab eo tempore, quo Romanus populus ære graui pro nummo ute-
batur. Plinius libro uigesimo primo de Scipione cognomento Su-
rione loquens: Nec ei fuit in bonis funeris impensa: asses ergo con-
tulit populus ac funus elocauit: quaq; parte ferebatur, flores e pro-
spectu omni sparsit. Tranquillus in Augusto: Ex nocturno uisu
stipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum
asses porrigentibus præbens. Idem nummus libella dicitur per di-
minutionem à libra, quanquam libella argentea esset, ut autor est
Varro. Cicero in Verre actione tertia: Ecquis Volcatio si sua spō
te uenisset, unam libellā dedisset. Libellam pro asse posuit, ex eo dē
ctam quōd libra æris ualebat, id est asse: cū aut minimā pecuniolā
significare uolebant, assēm C^r libellam dicebant. Idem pro Roscio
comœdo de poena plus petetum loquens: Si petierū sestertia quin
quagintaria hic: nisi planū facit sestertia quinquagintaria ad li-
bellam sibi deberi, causam perdit, id est, si minimo quidem nummo
minus debitum fuit, ex formula plus petitionis causa cadit. Plau-
tus in Pseudulo: Si quidem hercle etiam supremi promptas thesaui
ros Louis: tibi libellam argenti nūquam credam. Simile illud Cice-
ronis in Verrem actione tertia: Ecquis Volcatio si sua sponte ue-
nisset, unam libellam dedisset? Libella autem argenti ideo dicitur
quōd nummulus erat argenteus ut prædictimus. Quin C^r signata
statim argentea pecunia constitutum, ut denarius nummus libris
decem æris ualeret, C^r sestertiis dipondio C^r semisse: qua ratione
quaterni sestertiij denariū unum æquabat, ut autor est Festus. Diu Denarius se
aut populus Romanus æreo nummo usus est, cuius rei testis Pli- stertium,
nus libro trigesimotertio his uerbis: Argentum signatum est anno

AS NUMMUL.

Libella.

Yrbis

*Argentū si-
gnatū.*

Libripēdes.

Plinij locus.

*Idē nūmus
et sestertiū.*

Vrbis quingētesimo octogesimoquinto, Q. Fabio consule, quinq; an-
nis ante primū Punicū bellū, et placuit denarius pro decem libris,
quinarius pro quinq; sestertiū pro dipōdio ac semisse. Idē Populus
Romanus ne argēto quidē signato ante Pyrrhū regē deuictū usus
est. Libralis unde etiam nūc libella dicitur, & dipondius appende-
batur assis. Quare aeris grauis poena dicta, et adhuc expēsa in ra-
tionibus dicūtur: itē impēdia & pōdera: quin & militū stipendio-
rū, hoc est stipis ponderādæ pēsatores libripēdes dicūtur: qua con-
suetudine in ijs emptionibus quæ mācupi sunt, etiā nūc libra inter-
ponitur. Hactenus Plinius. Ego in uerbis supradictis ex antiquis
exēplaribus duo uerba emēdanda cēse, ut pro pōdera depēdere le-
gatur, & pro mācupi mācipij, quid aut sit dare & uēdere manci-
pio, nos primi ut arbūror docuimus in annotationibus in pādectas
editis. Fuit aut hic ordo rei nūmariæ, ut primū Romani ære gra-
ui, id est nummo rudi et informi usi sint: postea ære signato, quod
fuit sub sexto demū rege: deinde argēto signato anno Vrbis quin-
gentesimo octogesimoquinto autore Plinio, his uerbis: Seruīus rex
primus signauit æs: antea rudi usos Romæ Remeus tradū. Signa-
tum est nota pecudū, unde & pecunia appellata: Maximus census
centū decē millia assiū fuit illo rege, et ideo hæc prima classis. Nū-
mū aut & sestertiū idē fuisse notius propè erat, q; ut probari debe-
ret, nisi in hoc Merula uir doctus falsus esset, ut supra admonui-
mus: & Calderinus uir ingeniosus nūmū apud Iuuenalē Satyra se-
xta denariū esse dixisset. Cicero in Verre actioē IIII. Facta est
spōsio sestertijs quinq;: coēgit Scādilius recuperatores aut iudicem
postulare, & paulo post: Coēgit enim, inquit, Scādiliū quinq; illa
millia nūmū dare, ac nūuerare Apronio. Et rursus inferius: Cogit
Scādiliū Apronio ob singularē improbitatē, atq; audaciā prēda-
tionemq; nefariæ societatis se sestertia quinq; millia mercedis no-
mine, ac prēmij dare: quinq; sestertia, quinq; millia sestertiū, &
quinq; millia nūmū pro eodē dixit. Viuuuius libro primo: Ab sena-
tu Popoloq; Romano petiūt, ut liceret trāsferre oppidū, cōstribuīq;
mœnia,

moenia, & areas diuisit, nūmoq; seftertio singulis municipib; māc-
 pio dedit. i. seftertijs singulis areas ædificaturis ciuib; uēdidit, q;
 res instar donationis, imaginē uēditiōis habet: quō & nūmo adice
 rere Suetonio in Cæsa. & Valerio lib. v. M. (inqt) Cornuto præ-
 tore funus Hircij & Pāsæ iussu senatus locāte, q tūc libitina exer-
 cebat, tum rerū suarū usum, tum ministeriū suū gratiū polliciti
 sunt: perseueratiq; postulatiōe extuderūt, ut exequiarū apparatus
 seftertio nūmo i psis præbētibus addiceretur. Ab huiusmodi cōsuetu
 dine emanauit illud Vlpia. in l. si qs, de acqrēda poss. Si qs cōdu-
 xerit, & rogauerit præcario uti possideret, si qdē nūmo uno cōdu-
 xit, nulla dubitatio ē qn & præcariū solū teneat. Col.li. I.I.I.I. Vinē-
 tor licet sit emptus sex uel potius seftertijs octo millibus, cū ipsum
 solū septē iugerū totidē millibus nūmorū partū, uineasq; cū sua do-
 te. i. cū pedamētis et uim in biniis millibus in singula iugera po-
 sitas duco, fit tū in assēm cōsummatū pretiū sefteriorum x x i x .
 milliū. Huc accedūt semisses usurarū seftertia tria millia & qua-
 dringēti octuaginta nūmī biēnij tēporis: quo uelut infantia ui-
 nearū cessat à fructu: fit in assēm summa sortis x x x ii . millium
 quadrinētorū octoginta nūmorū, qd̄ quasi nomē si ut foenerator
 cū debito ita rusticus cū uineis fecerit, eius summa ut in perpe-
 tuū prædictā usurā semiſſiū dominus cōſtituat, percipere debet in
 annos singulos MDCCCCL. seftertios. Mirū uideri nō debebat p
 septē iugerū, octo iugerū apud Col. lectari; nisi & apud Hermo Locus Her-
 laū in altera editiōe itidē legeretur, ea parte in qua castigationes molai de uſu
 cōdidit in librū decimū quartū Plinj, ubi hic locus citatur ad com rīs.
 probationē eorum quæ de usuris semiſſibus triētibusq; & cētesimis
 ipse doctissime scripsit: Ita ut primus errorē non modo iurisperito-
 rū, sed et omnīū neotericorū ostēderit: quē locū si ad calculū exigē
 re uoluit, facile fuit animaduertere errorem exemplarium. Quo
 nam modo enim ex octo millibus (quod pretium serui uinitoris
 Columella statuit) & altero tanto, id est octo iugerum pretio,
 & octies binis millibus (quæ summa pro pedanda uincienda' que
 uine

uite iugerum octo taxatur) confieri summa undetriginta millium possit? Quod si solum septem iugerum legatur, conueniet ratio. Id enim in proprio est, uel in digitos calculū deducentii. Porro cū in semissibus usuris millenarius quilibet sexagenariū pariat, et quin genarius tricenariū, ex uiginti millibus summa fit usuræ mille ducenti nummi, & ex decem millibus sexcenti: ex quibus sexaginta ideo deducuntur, quod sors non triginta, sed undetriginta sit millium: quare semissis usuræ summa erit annua mille septingenti qua draginta nummi, quæ in biennio duplicata tria millia quadringentos octoginta nummos seftertios efficit. Sic fit as sortis et usurarū triginta duo millia quadringenti octuaginta nummi. Rursus si hæc summam sub semissibus usuris occupatam esse statuas, cum triginta millia ratione antedicta mille octingentos pariant, & duo milia centum & uiginti, id est mille & nongentos uiginti: & si quadringentos octuaginta pro quingentis intelligas, ut ex ijs tricenæ nummi anni pariantur, fiet summa usurarū mille nongenti quinquaginta nummi: alioquin si scrupulose exigas (quod Columella neglexit) tot nummi huic summae deerunt quot uiginti in anno pariū, id est unus & circiter quadrans unius, id quod ideo explicare uoluimus, quia Hermolaus inexplicitū reliquit, cōtentus admonuisse loci: nec aliquid præterea addidit, quam id quod sequitur: Ex his uerbis (inquit ille) euidentissime colligitur ex usuris semissibus non

Centesima usura. quinquagenos de centenis, sed senos duntaxat in annū redire creditoribus: sicuti quaternos ex trientibus. Hoc quoq; ut arbitror addere debuit, si in mente ei uenit, cur cētesima usura diceretur, quā do id plurimū ualet ad fidem faciendā erroris deprehensi, qui per diu fefellerat. Atqui cum hæc ratio centesimæ duodenos nūmos

Menstruae olim usuræ. annuos in singulos centenarios pariat, & mestruos singulos, facilim le patet ideo centesimā dictam, quod cētesimo mense sorte & quet: usurarū enim dies olim in singulos menses cedere existimabantur, ut hodie moribus huius urbis tertio quoq; mense cedunt earū pensationum dies quæ pretio legnimo accepto prædijs imponuntur,

& mā

& mancipio dantur, & circa uitium foenoris instar habent. Dicuntur etiam centesima usura, ideo (nisi fallor) quia centesimus numerus pro foenore statuitur. Centū enim nummi sortis, pariunt singulos numeros menstruos: A Græcis ἔκαλος δicitur. Plutarchus in Læculo: πρῶτον μὲν τὸ ἔκαλον λίθον ἐκάλευσε οὐκέτι μὴ πλέον εἰς τὸν τόκον λαγύζει τοι. Vbi τὸν μηρίδον subintelligo. Quod autem menstruae esse censerentur usuræ calendariū uocabulū docet, quo iurisconsul ti utuntur. Proinde cum centesima usura pro asse intelligatur, dimidiata semissis dicatur, & semis rursus dimidiatus, quadrans. Si milisq; ratio in trientario foenore statuitur, quod Antoninus Pius Romanorum princeps tanq; minimum exercuisse dicitur: ut patrem monio suo plurimos adiuuaret. Vidi homines iurisperitissimos quæ adhuc centesimam usurā cum Accursio intelligerent, nec Hermodoro assentirentur, & hjs iurisconsultis qui cum eo sentiunt, calculo (ut arbitor) offensi, quem non facile expedient homines eius artis ignari: quæ causa fuit, ut eū locū explanandum ducerē. Verū ne de hoc posthac dubietur, locus est apud Pliniū in epistolis ad Traianum his uerbis rem manifestans: Pecuniae publicæ domine prouidentia tua & ministerio nostro etiā exactæ sunt, & exiguntur, quæ uereor ne ociosæ iaceant: nam & prædiorū comparandorum aut nulla aut rarissima occasio est, nec inueniuntur qui uelint debere reipublicæ præsertim duodenis assibus, quanti a priuatis inueniantur. Despice ergo domine nunquid minuenda usurā, ac per hoc idoneos debitores inuitandos putes: et si nec sic reperiūtur, distribuendam inter Decuriones pecuniā ita, ut recte reipublicæ caueat: quod quanquā iniūtis & recusantibus minus acerbum erit, leuiore usura constituta. Duodenos asses appellat plenā centesimā, eo modo loquendi quo nūc in ea re utimur, duodecimū denariū uel decimū quintum dicentes. Cicero in prætura urbana obiicit Verrè quod pecuniam sibi attributā ad coëmptionē frumenti publici, apud publicanos relictā unde erat attributa, duabus centesimis foenerarius sit. duas centesimas Cicero quatuor & uiginti asses in centena

Calendariā.

rios singulos dixit. Demosthenes orator in ea oratione quā contra Aphobum unum ex tutoribus suis habuit, hoc apertissime docet: ait enim patrem suum Demosthenē Aphobo quem tutorem sibi dederat, in testamēto octoginta minas reliquissē dotis nomine, ut uxorem suam Demosthenis matrē, uxorem duceret, quas cū ille accipisset, matrē tamen uxore nō habuit. sic igitur inquit: τὸν μὴν ζε προϊκός τὸν ἔργον ἔχει λαβών· μὴ γύμνων ἡ ἀντὶ τὸν μη τέρπει τὸν εὐλώ, οὐ μὴν νόμος κελεύει τὸν προϊκός ὄρείλαντν ἐπ' ἐννέος ὁβολοῖς. ἐγὼ δὲ τῶν δραχμῶν μόνον τίθημι. πίνεται δὲ ὅν τις συνθῆσθαι τε ἀρχαῖον καὶ τὸ θύμην δάκρυνται, μάστιγα πίστανται. Verum iste dotem huiuscmodi pacto habuit: quare cum matrem meam uxorem non duxerit, lege quidem iubente debet dotem cum usuris nouenūm obolūm restituere. Sed fac drachmales tātum usuras eum debere, has si cum forte aliquis suppatauerit, duodecim annorū spatio tria large talenta inueniet. Ego cū hanc rationē inire, sic colligebam: octoginta minae cētenariae octo millia drachmarū ualent, siue octogies centenas. Cū autē in centesimis usuris quilibet centenarius siue quilibet mina in anno duodenariū pariat, si octogies duodenas drachmas ducerem, futuras in summa drachmas nō gētas sexaginta, quae summa si duodecies ducatur, fiēt undecim millia drachmarū et quingentiae præterea et uiginti, ex quibus cētum et quindecim minae fiunt, et uiginti drachmæ superāt. Quibus si octoginta minas, id est sortem addas, fiunt cētum nonagintaquinque minae: ita tria talenta fiunt et quindecim minae, cum Lx. minae talentū faciant, ut infra uidebimus. Propter quod Demosthenes exacte summam colligere nolens, large uel prolixe tria talenta dixit pro tribus talentis et quadrante, nouem autem obo-

Vsurā sesqui los pro sesquidrachma posuit. Qua ratione sesquicentesima usura centesima procederet, quam ipse, ut omnino aduersario defensionis ansam præcideret, ad centesimā retraxit. Vsurā sesquicētesimā taxatā erat ex lege decem tabularum in rei uxoriæ actione, eodē autore in oratione καὶ Νικίας, ita enim inquit. Νόμος κελεύει ἡστὸ πέμπτῳ

πέμπτη πλὴν γνωσίᾳ, ἀπρόδιδόνος πλὴν προΐκῃ. ἐὰν δὲ μὴ, ἐπ' ἐν-
νίας ὁ βολοῖς ζητεφορεῖν. Lex iubet eum qui uxorem repudiarit, da-
tem restituere, alioquin moræ tempore interusurum pendere ses-
quidrachmale. Ea autē actio σιγῇ Δίκῃ vocata est à Solone, ut ex
eodem oratore nouimus. Itidē alio loco, τεύτος ζήτει τὸ πρό-
σκοντας μνᾶς αὐτῷ ἐργασιποιου, καὶ τὸ ἐργον αὐτῷ ὅκτὼ εἰτῶν. ὁ
ἐὰν μὲν δραχμῇ τὸ πλῆν μόν), ἀλλας δύος πρόσκοντας μνᾶς εὑρίσκεται.
Habemus (inquit) triginta minas habet officina, & partum eo-
rum octo annorū, quē si quis drachmali usura occupatū esse ponat,
alteras pariter triginta minas inueniet. Triginta minae quotānis
tricies duodenas drachmas pariunt, id est trecentas et sexaginta,
quae octies duciae, duo millia & octingentas octoginta drachmas
ualent. Hoc in loco orator numerū auxiliū mina una & quinta par-
te minae, superiore autem exemplo numerū diminuit, uel quia ex a-
cti calculi tedium uitare uolebat, uel ut summas potius rotūdas fa-
ceret: utrobiq; tamen clarum est eum drachmalem usuram dixisse
quam latini centesimā dicunt. Est enim drachma centesima pars
minae. Sic fit ut centesima usura & quare sorte dicatur, qā centesimo
meſe drachma in minā euadit. Ut enim Rōani ab affībus, sic Græ-
ci a drachmis usuras denōtarūt, ut nos hodie a denarijs. Quod autē
mēſtruæ effent usuræ, aptius etiā ex oratioe Aeschini cōtra Ctesi
photē ostendetur. Criminoſe enī obijc̄ies Dēostheni quod p quodā
Atheniensiu plebiscito (qd Græci θύριοι appellat) cuius ipse au-
tor fuerat, a tribus ciuitatibus, in quarū gratiā id p̄mulgatū erat,
talēta tria dari sibi stipulatus effet: Cū Oritæ (mq̄t) bello exhau-
sti id dissoluere nō possent, fœnus ei talēti spopoderūt quoad talē-
tū soluissent: ἀναγκαῖοι δέ δι ωρῖται καὶ οὐκ εὐπροῦντες, ὑπά-
θεσσεν αὐτῷ τὸ ταλάντου τὸς Διημοσίας προσόδες. καὶ κανεὶς
καὶ Διημοσίη τὸ Διωροδοκύματος δραχμῶν τὸ μηνὸς τὸ μνᾶς,
ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσσεν. i. Coacti autē Oritæ cū pecunie ino-
pia premerētur, uectigalia publica in talēti summā ipsi oppignerā-
uere, et fœnus Dēostheni sceleratæ mercedis interim pepederūt,

drachmas mēstruas in singulas minas, quoad sortem reddiderūt. Hoc unum exemplū maius est q̄ ut altero administrō egeat, quanq̄ & alijs exemplis non caremus. Cicero ad Atticū li. vi. Ei tamen sic nunc soluitur: tricesimo quoq; die talenta Attica xxxiii. & hoc ex tributis, nec id satis efficitur in usurā menstruā. Simile est illud apud Athenæū circa finē libri xiii. ex oratiōe Lysiæ. ὅντες δὲνθρησ μηγεσοὶ ὄφελων ἀρπύριον οἵτινοι διρραχίουσι σωτίμων τοῖς θεοῖς ιτιν, προτελθών πρὸς οὐδὲ, οὐδὲν μή πολλοῦ μέτεν αὐτὸν διατίθενται. καθασκενάσμου ἐπιτέχνων μυρετικῶν. ἀφορμῆς δὲ λέσμων. καὶ οὕτω δέ οἱ εὐνίας ὁ βολαὸν δὲ μνᾶς τοῖς θεοῖς. Hic est iudices, qui cum uersurā fecisset à Simo trapēzita ternis drachmis, ad me uenit, orās ut se foenore obrutum & facultatibus lapsum ne despicerem. Est mihi (inquit) in animo unguentariā factūare, sed facultas nō suppetet. Si mihi mutuam pecuniā de deris, nouenos tibi obolos in singulas minas pensabo. Hec uerba ita intelligēda esse dico, ut ternas drachmas prius pro tribus centesimis, & nouenos obolos pro sesquicentesima accipiamus. Qui enim ἔρεbat se graui foenore ad inopiam redactū, & ad pignorū distractionem, ab amico postulat, ut dimidio leuiore usura pecuniā sibi mutuet: ut cum officinā unguentariā instittuerit, liberare se eo quæstu ære alieno possit. Siquidē singulæ drachmæ in singulas minas, ac singulos menses pensitatæ centesimam unā faciūt, quæ centesimo mense sorte & quat. Ita ternæ drachmæ ternas centesimas faciunt. Noueni autē oboli sesquidrachmā tantū

Drachma. ualent, cum drachma sex obolos penderet. Foenoris autem nauticē exemplū est apud Demosthenem in oratione, quæ πρὸς Δασκρίζου πρότραχφιον dicitur, his uerbis: οἰλένθρον ὀνθρακῶν καὶ ναυκρέτου ἀρτεμιωνὶ, οὐρακοδιώρῳ φευλίταις ἀρπυρίον τριχιλίοις διρραχίοις. ἀθίνηθεν εἰς μηδύσιον, καὶ εντεῦθεν εἰς Βόσπορον. οὖν δέ βούλαντος δὲ πρὸς μέχρι Βορυθένους, καὶ πάλιν ἀθλίωσι, οὐδὲν διακριτικὸν ἔκριτι πέντε τὰς χιλίας. οὖν καὶ μετ' ἀριτῷρον εἰπαεύσιν εἰκῇ πρέψει φέρον, οἵτινες πρακτικὰς τὰς χιλίας. Id est: Androcles &

drocles & Naucrates pecuniā foenerati sunt Artemoni & Apollodoro Phaselinis ad tria millia drachmarū, hoc ē triginta minas: cōueniūq; ut Athenis pecuniā Mēdan exportaret, indeq; i Bosphorōn, aut etiā si placeret sinistrorsum nauigare ad Borysthenē i sq; & rursus Athenas cū mercibus redire. Statutū aut̄ modus foenoriū in millenas drachmas duc̄tæ uicenæ quinæ drachmæ. Quod si post arcturū portū exēat ē pons ad sacrū promontoriū nauigatu-
 ri, tricenæ in millenas. Hoc perinde est ac si diceret, in denas mi-
 nas ternæ minæ uel binæ cū quadrante minæ: quæ ratio longe ab-
 est ab illa centesima Accursianorū. Hoc enim conuento foenus non
 in mensem statutū intelligo, sed semel in mari cōmeatum reme-
 tumq;, & in eius negotiationis exiū. Hæc aut̄ quæ rettuli, uerba
 sunt syngraphæ nauticæ. Ipse Demosthenes in oratioē, quæ προ-
 τεφù πρὸς Πατρίου inscripta est, centū et quinq; minarū totidē
 drachmas mēstruas πὸν γιγνέμενον τὸν εστί, hoc est iustum
 & legitima usuram: μισθῶν τοὺς παρόντας ἡμῶν τὸ γιγνέμενον τὸν
 ἀρνητικόν, πέντε καὶ ἑκατὸν δραχμῶν τὸ μισθὸν ἔχεσθαι. Quibus
 uerbis circa principium eius orationis positiis significat, cōtractum
 illum nomine quidem conductionē fuisse, sed reuera mutuū usura-
 rium. Quem contractum ne quis improbandum censeret, addidit
 usuræ loco pensationē menstruā se stipulauit, quantā scilicet usu-
 rā stipulari per leges liceret. Eā aut̄ esse in singulas minas drach-
 mas singulas. Idem ē τὸ πρὸς Νικήσαλγ. τίκημι οὖν τὸν συνο-
 νιον ἐνηργείαν μνῶν παριστάσθι, τὸν ἀντίστοιχον πρεξίνοσθι,
 ὃν δικτύω οὐδελόσ τὸν μνῶν διανείσαν τὸ μισθὸν ἔχεσθαι. Oppi-
 gnerauit igitur diuersorum meum in sedecim minas Pambotadæ
 qui eam pecuniam repræsentauit, in singulas minas octonis obolis
 quolibet mense creditori foenoris nomine constituitis, atq; hæc &
 hoc ipso interprete & proxeneta facta est constitutio. Hæc usura
 centesimā triente excedit. Usura aut̄ apud antiquos duplex fuit, Usura fuit
 terrestris & nautica: Terrestris menstrua erat: nautica iherū du-
 plex fuit, una quæ in alterā tālum nauigationē statuebatur, (hæc
 f 3 à Gre

à Græcis heteroplus dicitur) altera ita contrahebatur, ut non aliter deberetur, nec ipsa, nec fors eius, q̄ si nauis cum mercibus fōspes domū redijſſet. Hanc amphoteroplū dicūt, quāsi in cōmeatum remeatumq; taxatam: de quo locutus est Modestinus in l. prima de nautico fōnore. Demosthenes πρὸς Φορμίωνε. ἡ δύση μὴν ἐδόξεντο τὸν διχιλίας δραχμὰς ἀμφοτέρουν, ὡς ἀπρόλεξτην εὐθύνην διχιλίας ἑκακγοῖς δραχμάς. Et hic quidem (inquit) mutuo dedit duo millia drachmarū pecuniae utrobiq; traiectitiae, ut Athenis duo millia drachmarū & eo amplius sexcentas recipere. His uerbis liquet id quod supra diximus, usurā nauticā non mē struam fuisse, sed una in omne tēpus nauigationis, & negotiatiōis cōstitutione taxatam. Fuit enim pecunia à Lāpide naclero Phormioni fōenerato mutuata Athenis in Pontū, & à Ponto Athenas. Et hæc ratio maior est sesquiquarta, & iure pandectarū non admissa. Nam legiūma usura traiectitiae pecuniae non potest duplā centesimā excedere, ut autor est Papinianus in lege, nihil interest. A Græcis ἔφεντος ἔχογις uocatur, id est supersexta usura. Cuius exemplū luculentū est in supradicta Demosthenis oratiōe: No uissimū exemplū addemus ex Iſeo in oratione πολὺ τὸ ἀγριον καὶ ρεν, in qua bona cuiusdam defuncti recensens & nomina, ita inquit: χρέος ἐστὶ τὸ ἔχογις ὀφελόμενος πολὺ τε τακιχιλίας, ὃν τὸ ἔργον εἰπενίας ὁ βολοῖς ἐπλακόσιοι, ἐχογις δραχμαὶ γινονται τὸ ἔνια τὸ. Noīa autē usuraria ad quatuor millia drachmarū, cuius quæstus singulis annis septingentae uiginti drachmæ fiunt fōnore nouenum obolorū. Post hæc uerba quis controuersiā referre audeat eorū quæ diximus? Cum enim centesima in singulos millenarios centū & uiginti annuas pariat, sequitur ut sesquicentesima centū & octoginta pariat: qui numerus quadruplicatus septingentas et uiginti efficit. Nostra autem ratio hodie in pensitationibus & uectigalibus, quæ prædijs imponuntur, bestiales usuras referre quodammodo uidetur: sed qui innocentius stipulari uolunt religione obſtricti, aut ciuili fōnori detrahere aliquid, aut pretio addere solent.

lēnt. *Vnciaria usura* est cum centenarius singulos parit, ut in lege *Vnciaria*
 Tūtium, de administratione tutorum. Qui autem religione soluti *usura*
 sunt, & hodie Epidecatum probant, nos uel tigal decimarum ap- Epidecatum
 pellare possumus: quod nec boni *uiri* probant, & inciule iam existi fœnus.
 matur, ex quo scilicet tēpore idem Hermolaus rem usurariam ma-
 le esse intellectam à iuris enarratoribus docuit. Quandoquidē au-
 tem Pauli responsum in capitulo si hæres ad legem Falcidiām, ui-
 deo à iuris enarratoribus absurde esse intellectum, de eoq; ipse à
 uiris nō mediocriter in eo studio eruditis, interrogatus, Pauli sen-
 tentiam penè ænigmaticam, Hermolai uero interpretationem sen-
 si planè uideri ieiunam, ipsoq; Pauli dicto illis obscuriorē, licet ipse
 aliter existimem, idcirco mei muneris esse duxi, institutoq; operi
 & proposito conuenire, eius responsi uerba enarratiūs explanare.
 Item si reipublicæ (inquit Paulus) in annos singulos legatum sit:
 cum de lege Falcidia quæratur, Marcellus putat tantum uideri le-
 gatum, quantum sufficiat sorti ad usuras triētes eius summæ quæ
 legata est, colligendas. Hic primum hoc præfandum habeo, Quod
 cum ad Falcidiā exercendam legatorum ratio initur, ut consta-
 re inde possit, an ultra dodrātem à testatore legata producta fue-
 rint, ea legata quæ certa summam nō habent, legiūmo pretio æsti-
 mantur. Esto igitur exempli gratia ut seni aurei reipublicæ reli-
 eti sint annui in perpetuū: notū est eius summæ redditū ab hære-
 de alicūde cōparandū reiq; publicæ ab eo mācipandū, unde stabilē
 obuētionē eius summæ habere quotannis possit, aut pro eo pretiū dā-
 dum. Nūc igitur si ratione legatorū ixēnda quæratur quantū hæ-
 res eo nomine imputare in rationem debeat, respondere possis ex
 Marcelli opinione & Pauli sentētia, non tantū imputandū quantē
 sex aurei annui emi possunt trāslatitio et plerūq; usitato pretio: uel
 quāta est pecuniæ summa quæ si fœnerato collocetur, senos aureos
 quotannis parere potest ciuili & legiūmo fœnore: Sed uberioris ac
 plenius huius legati æstimationē ideo esse faciēdā, quod reipublicæ
 relīctū est. Nā cum per legē eos in tractatu de usuris Iustinianus

Augustus sanxerit, legitimam & ciuilem usuram esse semissim: si priuato ipse homini ponas aureos senos quotannis esse relictos a testatore, haeres tum non ultra centum aureos pro eo legato deducere in eam rationem poterit. Siquidē centenarius fortis (ut ex praedictis apparet) duodenariū quotannis parit foenoris tum quidem cum usura procedit centesima: quare in usura semisse quae dimidia est centesimæ, senarius anniversarius ē cētenario conficitur. Sic fit ut legatiū senum aureorū priuato homini relictū, non ultra centum aureos aestimari debeat, cum ea summa foenori data, uulgo senos aureos pariat iuris concessionē. At nunc cū reipublicæ huiusmodi legatum esse relictū possum fit, opinione Marcelli aestimatio erit superioris sesquipla: quippe cū usura trientalis subsesquipla sui & hemiolia semissis, hoc est tertia parte minor, ut quaternarium subsesquiplus est senarij: senarius enim tertia sui parte superat quaternarium, hoc est binario: quod perinde est ac si dicas, senariū coniuncte quaternarium & quaternarij semissim, propter quod hemiolius eius dicatur et sesquiplus. In hac igitur specie aureos senos legatos, cētum & quinquaginta aureis aestimatim haeres, tantuq; legatarijs eo nomine expesum feret. Quanto enim usuræ modus a testatore taxatus minor est unde legatum annuum percipiendū, tanto est summa maior quae pretiū est aut aestimatio legati. Hic aut licet testator non constituerit summā, tamen iuris interpretatione taxasse existimatur, Marcelli & Pauli opinione: ita enim constitui legatum annum fundariq; testatorē uoluisse ipsi interpretatur, nō ut pleruq; percipi possit, sed ut quovis tempore: id quod tum evenit, cum pecunia leuissimo foenore collocatur, uerbi gratia trionali. Siquidem ex ea promptum est quovis tempore nomen facere, mutuāq; eam accepturū inuenire, ita ut inde conditionē suam longe meliore efficiat, si frugi est debitor: idq; omnino est quod responsum Marcelli Pauliq; significat. Capit. in Anton. no Pio. Ipse foen^o, inquit, trienarius hoc est minimis usuris exercuit, ut patrimonio suo plurimos adiuuaret. Hodie aut cū aut edicto aut lege municipalī in hac urbe ma-

be maximus pecuniæ fructus partusq; in emptiūjs p̄fitationib; quas rentas quasi redditus aut reddētes lingua uernacula uocat, rationē bessalis usuræ habeat aut plusculo pleniorē, (octoni enim cum triente ē c̄tenario conficiuntur) tantiq; municipali priuilegio redimi quādocunq; possunt pensiones in urbis ædificia uedite, quanticunq; emptæ sint. Verū, ut dixi, hodie ubi legatū rei publicæ factum esset, ipse ex sententia Pauli censerē si sententiā rogarer, octonoru aureorū legalum paulominus centū & quinquaginta au reis æstimandū in ratione Falcidiæ aut alia consimili: quippe hæc summa sesquipla est sortis ex qua municipalī lege octoni aurei ferre anniū percipiūtur, in ijs contractibus quibus pensiones in prædia urbana aut rustica uenditātū: ita ut redhiberi possint ac relui, dū taxat cum ita cōmodum est & libiu uenditōri, non etiā empori.

Sestertiū igitur & nūmū idem apud autores significant: quoniā quaterni denariū ualent. Itaq; Cicero in Verrē actione quarta cū ita dixisset: Nam cū ex Sicilia legibus frumentū in cellā sumere li ceret, idq; frumentū senatus ita æstimasset, quaternis sestertijs tri sestertijs tici modiū, binis ordei: iste nūero ad summā tritici adiecto, tritici ualuit. modios singulos cū aratoribus denarijs trinis æstimauit. Hæc uerba uelut exponēs paulo post ita subdidit: Verū enī muero cū eēt frumentū sestertijs binis aut etiā trinis qbusuis in locis prouinciae, duo denos sestertiios exegisti. Et uidē hoc declarat mulius alijs in locis eiusdē actiōis. At uero denarius drachmæ pōdus habebat dūtaxat Atticæ. Pli. li. xxii. Drachma Attica (ferè enim Attica obserua drachma ratione medici utitur) denarij argentei habet pōdus. Plutar. in Syl la: Potiū rerū Sylla cū multos occideret, et libertini generis homo quendā ex proscriptis occultare conaretur, & froinde à saxo præcipitandus esset, obiecit Syllæ, quod una simul in domo uīnā egis- sent: cū interim ipse quidē pro superiorē habitaculo duo millia num mūm, ille aut pro inferiore tria millia mercedē penderet. Itaq; inter utriusq; fortunā mille nummos interfuisse, qui drachmas Atticas ducentas et quinquaginta ualebant. ὥστε τὸ τύχον οὐτῶν τὸ με

ταξὶ χιλίου ρούμους εἴσοι, ὃι πεντήκορτα καὶ Διοχετοῖς Δραχμαῖς αὐτίκας δύνανται. Idē in Bruto: Testamēto cū legasset Cæsar ciui cuilibet septuaginta quinq; drachmas: præterea reliquisset hortos qui trās Tyberim erant, in ḡes benevolētia & admirabile desiderium omnes tenuit: de hoc apud Tranquillū in Cæsare ita legimus: Populo hortos circa Tyberim publice & uirūm trecentos seftertios legauit: si septuaginta quinq; quater multiplices, trecentos efficies: qua ratione quinq; & uiginti drachmæ cētenos seftertios ualent. Idem Plutarchus in Antonio: Caius Cæsar adolescens hæres à Cæsare scriptus ex Appollenia rediit, debebat Romanorum cuiq; drachmas quinq; & septuaginta ex testamento patris. Apud Appianum tamen in secundo bellorum ciuilium ita legitur. Populo horti trās Tyberim præbiti, singulis Romanorum ciuibis qui in urbe aderant quinq; & octuaginta drachmæ Atticæ collatæ, sed errorē esse numeri nō dubie affirmauerim: q̄ppe idē Appianus septuaginta quinq; drachmas pro tricenis nūmis dixit, ubi de Cæsar's liberalitate loquens: Singulis, inquit, ex populo minam unam

Sestertia sin- Atticam dedit: de quo Tranquillus: Trecenos quoq; nūmos, quos
gula millia pollicitus olim erat uirūm diuisit. Quo ex loco probari uidetur mē
singula num- nam Atticam quinq; & septuaginta drachmarum fuisse, id quod
morū signifi- apud Priscianum legitur, quod tamē postea explicabimus: Sed in
cant. terim cētenariam minam intelligere oportet. Nunc igitur causam
 tenemus cur sestertia singula mille nummos seftertios significant:

Hemimēon nam duæ libræ & selibra, seu (quod idem est) mnæ duæ & hemi-
idē quod seli- mnæ ducentas et quinquaginta drachmas ualent, quæ si quater
bra. nario multiplicentur, mille nūmos efficiunt. Quō igitur seftertijs
 dicti sunt nūmi, quod duos asse & semissem singuli ualerent, id
 est dipondiū & semissem, ita seftertia ex eo dicta sunt, quōd duas

Quadrige- libras singula et selibram argenti ualerent. Ita factum ut quadrin-
ta seftertia gēta seftertia, & quadrigenta millia seftertiū numerū antiqui
et quadrigē- pro eodē, ac sine discrimine significatus dicerent. Verum id adno-
uilla. tandum quōd librā nunc & minā centenarias intelligimus, indif-
 ferent

ferenter utētes, quod pōdo etiā idētidem appellatur. Plinius libro Libra, mina uigesimoprimo: Mna quā nostri minā uocat, pēdet drachmas Attī & pōdo pro cas cētū. quo in loco Hermola. mnā, inquit, librā, minā, pōdo, pēo- eodem ponū dem nostri dicūt: ut græci μνᾶν, λίπον, δλην. quod dictum ut non tur. usquequaque uerum est, ita in re nummaria libram & minam pro eodem ferè usurpari deprehendimus: uix ut differentiam animad uertere possis quamlibet obserues accurate & latinos & græcos: idq. cū ex eo uidetur quod de sestertijs diximus: tum uero ex sequē tibus magis comprobatur. δλην aut̄ interdum pondus significat, ut δλην. cum Dioscorides dicit, δλην πιωβόλον, pondus trium denariorum: aliquando drachmā, ut apud eundem Dioscoridē idētidem. Drachma maigitur nō modo pondus denarij Romani, sed etiam nummum significat eodem pondere percussum ab Atheniensibus, quod p̄ter autorum exempla etiam uersus illi significant:

In scrupulis ternis drachmam, quo pondere doctis
Argenti facilis signatur pondus Athenis.

Ventū iam esse ad locū p̄cipitē, horrore quodā animi sentio, in-
statis & proximi periculi magnitudinē reputatis: hoc est enim ca-
put eius rei quā agimus, hic cardo totius operis, hēc deniq; alea an-
cipitiis incœpti, ut ostēdere aggrediamur uel demonstrare potius
quid inter sestertia cētum et sestertiū cētis intersit: trāsus omni Quid inter
& lubricus & abruptus, ut aut in baratrū quoddā errorū præ- seftertia.
cipiaturus sim, si in eo quicq; titubauerim, aut tenore inoffensum tum et cēt.
seruare cōmetatio hēc nequeat, si inibi uel tātulū à ueritate defle- seftertiū in-
ixerim. Cū alioquin ita sit hoc opus coagmētatiū, ita ex sese tracta- ter sit,
tus hic aptus, nulla ut ferè pars cōuelli cīra cōpaginis ipsius disso-
lutionē possit. Ac mihi quidē audēdū omnino erat, & eorū exem-
pli periclitādum, qui res magni discriminis anteas suscepérūt, si nō
etiā ea esset huius libri ratio, ut genium nullum(ut dicitur)habitu-
rus sit, nisi superioris & ui scriptorum placita deleuerit, ut si(quod
abominor) propositi compos non euaserim, designatoris ridiculē
atq; temerarij opinionem subiūrus sim. Sed quid agas ubi eo iam
perui-

peruicaciæ uentū est, ut et moderari tibi nequeas, & consulere integrum non sū? Q[uo]d eorū occursum unare nō possis, quibus hoc facturum te receperis, nisi si tibi publico interdixeris, id est nisi domesticum tibi cōsciueris exilium, aut abstrusum secessum & lucifugum? Agedum ab stupore animi rursus inferuescamu, et stilū iam languentem ad reliqua suscitemus. Audeamus deniq[ue] (quando eō uētum est) affirmare homines doctissimos quibus omnia propè modum debemus, toto(ut aiunt)cælo, id est cēiuplicato errasse. Iam primum Cicero in prætura urbana: Dio quidam fuit Calesinus, qui cum eius filio prætore sacerdote hæreditas à propinquo permagna uenisset, nihil habuit tūm neq[ue] negotijs, neq[ue] cōtrouersiæ. Verores simulac tetigit prouincia, statim Messanā literas dedit, Dionem euocauit, calumniatores ex sinu suo apposuit qui illam hæreditatem Vener i Erycinæ cōmissam esse dicerent. Hac de re ostendit se ipsum cognituru: possum deinceps totā rem expedire, deinde ad extrellum id quod accidit dicere: Dionē sestertiū decies centena milia numerasse ut causam certissimā obtineret. Hoc cū dicat Cicero in prætura urbana quæ secunda est in Verrē actio, idem in tertia actioē hoc crīmē repētes ita inquit: Simul atq[ue] è nauī egredīs est, dedit operā ut Calesinus ad se Dio cōtinuo ueniret. Hic est Dio iudices nunc beneficio Quinti Metelli ciuiis Roman⁹ factus: de quo multis viris primarijs testibus, multorūq[ue] tabulis uobis prior actione satisfactū est, sestertiū undecies numeratiū esse, ut eam causam in qua ne tenuissima quidē dubitatio esset, isto cognoscente obtineret: ita sestertiū undecies Q. Dionem, quod hæreditas ei obuenisset, nullamq[ue] aliam ob causam, perdidisse. Ex horū locorum collatione intelligimus quod decies centena millia sestertium dixerat in secunda actione, hoc in tertio undecies sestertium dixisse: q[uo]d in illa non decies cētēna, sed undecies legendū est, uel utrobiq[ue] decies. Quare decies sestertiū nō decē sestertia significat, sed mille potius, hoc est decies centena millia, summa scilicet centuplicata. Quod autē undecies sestertiū amplior sit summa q[uo]d quadringēta sestertia

ſtertia, ex eadem oratione liquet: Sequitur enim statim post illud Dionis criminē & aliud, quod his uerbis prosequitur: Accipit̄e alia in minore pecunia nō minus impudentē calumniā. Sosippus et Epē crates fratres sunt Agrigentēſes: horū pater ab hinc duo & uirgini annos mortuus est. In cuius testamēto quodā loco si commiſſum quid eſſet, multa erat Veneri: ipsos xx. annos cū tot interea prætores, tot quæſtores, tot calumniatores in prouincia fuiffent, hæreditas ab ijs Veneris nomīne petita non eſt: causam Verres cognoscit: per Volcatium pecunias accepit ferè ad ſeftertia quadringenta millia ab duobus fratribus. Quadringenta ſeftertia Cicero mēnorem pecuniam decies uel undecies ſeftertio appellauit. Quare iam ferè planum factum eſt decies ſeftertium quadraginta partibus plus eſſe decem millibus ſeftertium. Et rursus statim infra: Que uis erat Volcatio tanta, ut ſeftertia quadringenta milia duobus hominibus auferret? Ecquis Volcatio ſi ſua ſponte uenifſet unam libellam de diſſet? at ego amplius dico: ſeftertium quadringenties accepiffe te arguo contra leges. Ex his uerbis liquido apparere potest quadringenties ſeftertium longe ampliorē ſumam eſſe quam ſeftertia quadringenta: cum omnia Verri furta quadringenties ſeftertium æſtimauerit, que innumerā et incredibilia ab eo recenſentur: ab uno enim homine, uno nomīne, uno furto decies centena ſeftertia accepiffe dicit: à tota aut Sicilia triēnio & uarijs furtorū, expilationū, rapinarūq; nominibus quadringenties ſeftertiū (tanq; rem fidē excedente) abſtuliffe oratorie uociferatur: tanti enim æſtimari uoluſt litem repetundarū Verri ob iurisdictionis furta, ob negotia faceſſita, ob improbas dinundinatio-nes, ob interuersas pecunias in frumento imperādo, in locādis decimis frumenti, & ob expilationes publicas priuatasq; signorū & reorū, et uxorū argēteorū: que criminā inuſitata eſſe uidetur, & fidē excedētia ijs qui accuſationes illas perlegūt. Quare ipſe Cicerō primā accuſationē ita claudit: Dicimus C. Verrē cū multa libidinose, multa crudeliter in ciues Romanos atq; ſocios, multa in
deos

deos hominesq; nefarie fecerit, tu præterea quadringties seftertiū ex Sicilia cōtra leges abstulisse. Sic enim legit Asconius Pedianus, q̄q; in exemplaribus CCCC. seftertia legatur etiā manu scriptis. Quapropter admirari hic subiit id quod Plutarchus de hoc scripsit his uerbis: ὅτῳ δὲ τῷ Βέρρου κατεδημοσίᾳ οὐτοικούντα πέντε μυριάδων τιμισάρδινος τὸν δικαὶον δικέρων, διοικοῦντες ἐχεῖν ὡς ἐπ' αργυρίῳ τὸ τιμιμός καθεύνθησάντος. Hac ratiōe Verre dānato, criminis datum est Ciceroni quod in litis aestimatio ne prævaricatus esset pecunia corruptus, ut qui quinq; & septuaginta myriadibus litem eam aestimasset: id perinde est ac si tricies seftertiū dixisset. Et hic myriades drachmarū intelligendum quæ tricies centena millia seftertia ualent. Quare coniūcio diu post exitum Verris Ciceronem orationes emendauisse: ut interdum moris erat, domi orationes limare & confidere, ut ex Cicerone eodē intelligimus in Catone, apud quē Cato ipse ita inquit: Septimus mihi liber originum est in manibus, omnia antiquitatis monumēta colligo, causarū illustrium quascunq; defendi, nunc q̄ maxime conficio orationes. Et ex Plinio Iuniore in epistolis. Existimo tamē potius apud Plutarchū ita legendū: Πολεμούντων οὐκέτι μηδέτοι πέντε μυριάδων. ut sit centies quinquagies seftertiū: fortasse etiā maior summa errore librariorum deest. Quod autē in diuinatioē legitur: Sicilia tota si una uoce loqueretur, hoc diceret, quod argentū, quod auri, quod ornatorum, in meis urbibus, sedibus, delubris fuit: quod in unaquaq; re beneficio senatus populiq; Romani iuris habui: id mihi tu C. Verres eripuisti atq; abstulisti. quo nomine abste seftertiū millies ex lege repeto. Hoc (inquit Asconius) per auxilium dictum est. Cicero enim postea hanc summā ad quadringties cōtraxit, ut in multis locis repeti. Idem Cicero in eundē actione tertia. Heraclius est Hieronis filius Syracusanus: homo in primis domi suae nobilis, et ante hunc prætorē uel pecuniosissimus Syracusanorum: nunc nulla alia calamitate nisi istius auaritia atque iniuria pauperrimus. Huic hæreditas facile ad seftertiū tricies ue-

nit te-

nit testamento propinqui sui Heraclij: plena domus celati argentei optimi, multæq; stragulæ uestis, pretiosissimorūq; mācipiorū: erat in sermone magnā Heraclio pecuniā uenisse: non solū Heracliū dē uitem, sed etiā ornatū supellectile, argento, ueste, mācipijs, futurū: & inferius: Posteaquam, inquit, damnatus est absens Heraclius, non solum illius hæreditatis de qua ambigebatur, quæ erat tricies festerium, sed omniū bonoru paternoru ipsius Heraclij: (quæ non minor erat pecunia) palestræ Syracusanorum, hoc est Syracusanis possessio traditur. Et rursus inferius: Verum est illud præclarum. Syracusani qui præfuerat his Heraclij bonis uerbo redigendis, re dispertierat, reddebat eoru negotiorū rationē in senatu: dicebat scyphorū paria cōplura, hydrias agēteas, pretiosam uestem stragulā, multa mācipia & pretiosa Verri data esse: dicebat quantum cuiq; eius iussu nummorū esset datū: gemebant Syracusani, sed tamen patiebantur. Repete recitatur uno nomine festerium CCL. millia iussu prætoris data: fit maxim⁹ clamor oīm. Et paulo post de pecunia illa reddita à Verre loquens: Numerantur illa ducenta quinquaginta festeria Syracusanis. Nonne ex hoc loco patet clarissime ducenta quinquaginta festeria, hoc est ducenta quinquaginta millia festerium nummorum particulam unam esse tricies festerij? Quippe tricies festerium significat tricies centena milia festerium nummorum. Quomodo & illud Suetonij Tranquili in Augusto. Senatorum censum ampliavit, ac pro octingentorum millium summa duodecies festerium taxauit, id est duodecies centena millia festerium. Quid cum in omnibus exemplariis legeretur: Antonius Sabellicus uir alioquin diligens & doctissimus, emendasse se gloriatur, ut supradictum est, & pro duodecies festerium duoæcies centies legendum esse contendit: cui etiā stipulatus est Philippus Beroaldus idem ipse doctus ac multæ lectionis, ambo nihil in ea re uidentes. Hoc et ex eodem autore alio loco ostendi potest in Othonē: Sperauerat (inquit) fore ut adopptaretur à Galba; id' que indies expectabat. Sed postquam Pisone

Duodecies festerium
prælata

prælato spe decidit, ad uim cōuersus est, instigante super eū dolore etiā magnitudine æris alieni: neq; enim dissimulabat, nisi principem se stare non posse, nihilq; referre ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus caderet: Ante paucos dies seruo Cæsaris pro impetrata dispensatione decies sestertiū expresserat: hoc subsidiū tati coepit fuit, ac primo qnq; spiculatoribus cōmissa ē res, deinde dece alijs, quos singuli bimos produxerat, omnibus dena sestertia repræsentata, & quinquagena promissa, per hos solicitati reliqui. Insignis erat ille locus ad aīaduertendā differentiā inter dena sestertia & decies sestertiū, & tamē ibi quoq; Sabellicus decies sestertiū dena sestertia interpretatus est, conniuente Beroaldo. Si enim qn decim spiculatoribus dena sestertia repræsentata, hoc est singulis decem, iam centū quinquaginta sestertia fiunt: & si quinquagena promissa, hoc est singulis quinquaginta, septingenta quinquaginta in summa fiūt, quæ simul iuncta nōgēta millia sestertia faciūt. At Tranquillus dicit decies sestertiū subsidiū tati coepii fuisse, id est inuasionis imperij Romani. Iā igitur effectū habemus, decies sestertiū nō minus esse nōgentis sestertijs. Martial. in 1. epi.

Millia pro puerō centum me mango poposcit.

Risi ego, sed Phœbus protinus illa dedit.

Hoc dolet & queritur: dolet hoc mea mentula mēcū,

Laudaturq; meam Phœbus in inuidiam.

Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo.

Bis decies, hoc da tu mihi, pluris emam.

Calderinus vir ingeniosus bis decies sestertiū xx. sestertia interpretatur, corrupto sensu epigrāmatis, cuius dubio pcul huiusmodi sensus est: Non mirū esse si Phœbus puerū centum sestertijs licuatus esset, quanti Martialis emere nō potuerat: quippe qui uicies cētena millia sestertiū ex quēstu collegisset, hoc est uicies tantum quanti puerum mercatus erat: alioquin sensus erit absurdissimus. Cicero xiii. epist. ad filiū scribens: Tati Pinnij filio mire eruditō, studio & modesto, pecuniam Nicæenses grandem debent, ad sester-

festeriū octogies, & ut audio in primis uolunt ei soluere. Ibi interpres epistolarum, festeriū, inquit, pro festeriorum ponitur. & subauditur millia, id est ad octoginta millia festeriū. Eleganter autē in his sermonibus ponunt oratores & poëtæ aduerbia pronominibus: ut debes decies festeriū, quadragies festeriū, et sic in cæteris, & utūtur genitio syncopato in nominibus nummorū. Dicimus etiā hoc festeriū & hic festerius: Hactenus ille. Ego autē octogies festeriū, octogies centena millia festeriū significare affirmo, & grādem ob id pecuniā à Cicerone dictā. Hoc etsi ex prædictis satis confirmatū uideatur, non tamen scrupulo carebit ut video: si enim hoc uerū est (dicet aliquis circūspectus obseruator) quonam modo intelligi illud potest quod apud Tranquillū in Vespasiano legitur: Sed & in funere Fauo archimimus personā eius ferens, imitansq; (ut est mos) facta ac dicta uiri, interrogatis palam procuratoribus quanti funus & pompa constaret, ut audiuire festeriū centies, exclamauit centū sibi festeria darent, ac se uel in Tyberim proijcerent. Hic locus (ut arbitror) Tranquilli inter- Tranquilli
 pretes fefellit, ut idem esse putarent festeriū centies & festeria locus, centum, quē tamen corruptū esse necesse est intelligere ex ijs quæ ante demonstrauimus. Utrobiq; autē festeriū centies legendū esse argumentis probari nō leuissimum potest. Nam præterq; quod ueritati non cōgruit, ut funus imperatorū centū festerijs estimaretur: quum Nero imperatorū omnium flagiosissimus, qui destituzione conterritus, pugione sese interemerat, furtim raptimq; à libertis sepultus: bis tantidē funeratus sit: de quo idem Trāquillus. Funeratus est, inquit, impēsa ducentorū milliū: stragulis albis auro intextis quibus usus calēdis Ianuarijs fuerat, reliquias Eclogē & Alexandria nutrices cū Alte concubina gentili Domitorū monumento cōdiderunt. Cum igitur id simile ueri non est, ut poëta mimo- graphus Vespasiani funus, ut deparci principiū ita optimi, centum millibus nummorū estimarit, cum princeps nequissimus ante eum Nero ducētis funeratus fuisset, tum uero sapientis poëtæ nō fuisset,

tam licenter illudere fastigio principali, ut ob paruam pecuniā
 eosq; commotum fingeret, ut uel in Tyberim se abiisci præoptaret
 q; tantula pecunia funerari. Eode igitur errore apud Trāquillū
 centum pro centies scriptū est librariorū tēporumq; uitio, quomo-
 do apud Ciceronē in actione prima in Verrem quadringēta pro
 quadringēties, ut supra diximus, & apud Pliniū nō semel idē er-
 ror deprehēditur, ut infra ostēdetur. Maioris est illud anxietatis
 quod apud Plutarchū in Antonio legitur his uerbis: Antonij muni-
 ficietiae unū exēplū narrabo: cui dā ex amicis dari iusserat millia ui-
 gintiquinq; hoc Romani decies appellāt. Procuratore aut admirā-
 te, & ut magnitudinē donatiōis ostēderet, in cōspectu eius pecu-
 niā depromete, rogauit Antonius quid hoc esset? illo aut respondente
 ea esse pecunia quā dono dari iussisset: cōspicatus hominis improbē-
 tate, equidē, inquit, arbitrabar ampliore pecunia decies sestertiū
 cōtinere: hoc uero parū est, itaq; tātundē superadde: sic in Plutar-
 cho latino facto legitur, & ille locus uno in loco ab Antonio Sabel-
 lico citatur, & ab Roberto Vulturio in libro de re militari, & ab
 alijs itidem qui de re nummaria scribentes locum eum uerē tradu-
 etum existimauerunt, cuius tamen sensus pugnat cum eo quod o-
 mines de sestertijs censuerunt: nam cum illi omnes concordi erro-
 re decies sestertiū decem sestertia significare dixerint, Pluta-
 chus si loc⁹ ille nō mēdosus est, uigintiquinq; significare dixit. Ego
 cū in eo quod tuēdum suscepi, pertinaciter hāreā, possim fortasse
 si alium exīnum rei nō inueniā, uel in hanc præcipitē defensionem
 erumpere, ut dicam Plutarchum hominem grācum in Romanorū
 consuetudine falli non nihil potuisse. Sed cum ueritatē tueri alia
 uia possim, temerarium omnino esset et inscītiae plenum, futili utē
 umbone, & è medio sumpto, autoris tanti eleuata autoritate, præ-
 seriū cum eius testimonio ut graui & irrefutabili usurus sim in se-
 quētibus. Proinde eum Plutarchi locum accurate mihi anxiēq; uer-
 santi, hoc etiam in mentem uenit, posse me & hoc quoq; eius dicta
 uii ad confirmandū id quod dixerā, & id quod mihi objici potes-
 in meam

In meā rem uertere. Primum igitur hoc dico, consentaneum ueritate non esse uigintiquinq; millia nummū magnificam donationem à Plutarcho dictā esse præsertim eius imperatoris qui bonam partē imperij R.o. teneret et in suos usus uerteret, ut infra ostendemus: paruā autē esse eam summā interim saltē ex eo liquebit, quod Marcialis puerū amasium centū millibus emptū esse in eo epigrāmate scribit, quod supra retulimus. Deinde hoc dico h̄c errorē ex eo in ualuisse, quod h̄c uerba quis mēdosa, ueritati tamē magnopere aliquid ludunt: quō enim seftertiū duos & semis asses ualeat, & seftertiū singulas duas libras & selibrā, ut antea docuimus: sic illud genus tertii seftertiū duo millia & quingētos nūmos ualere posse uidebatur. Quare pulchre ratio quadrare uidebatur, ut decies seftertiū uicena quīna millia ualeret. Ego autē cū dixerim eius generis seftertiū centū millia ualere, quod alijs singula millia ualere dixerunt, sed apud Plutarchū tamē pro binis millibus & quingētis legi, sic enim inquit Sabellicus: inueniēda ratio est, & quidē huic loco cōsentanea, quae h̄c scrupulū lectori eximere plane possit: Ut autē hoc fiat necesse est accedere in singulas seftertiū huius unitates nonaginta septē millia & quingētos nūmos: hoc uero pulchre fiet si ita apud Plutarchū legamus: Cuidā ex amico dari iusserat uigin Locus Plutarchi quinque myriadas drachmarum: singulæ myriades dena millia tarchie, drachmarū, id est denariorū ualerit: quæ quinques & uicies multiplicata, ducēta quinquaginta millia denariorū faciūt: quæ summa rursus quater ducta (cum quilibet denarius quaternos seftertios ualeat) mille seftertia efficiunt, id est decies centena millia seftertiū. Sic à Plutarcho græce scriptum esse aliquando ne dubitarem, antequam scilicet Plutarchi historiæ æreis formis editæ essent, fecimus aliorum Græcorū ipsiusq; Plutarchi, atq; ipsa rei ueritas, quæ cōsertis manibus retētantī mihi nec mendæ librariorū eripere, nec errores interpretationū possunt. Argumēto erit ille locus eiusdē Plutarchi in Galba: Λογεῖ δὲ μέσλ' ἀντίπις οὐδίοις μόνον εἰέσθαι τὴν οὐρανὸν καὶ τὸν οὐρανόν, αὐτόλοις τὸν πολυτελὴν πεντάκισχιλίων

Quingenties
sestertium.

μυριόδων ὄφλιμοσι βιβετπίοιαθύνων. Videlur autē Galba Othō nem ne in priuato quidem patrimonio successore sibi destinasse, ut quem sciret & uitæ incontinentia luxūq; præditū & insuper ære alieno mersum ad quinq; millia myriacūm. Hoc ut recte interpres quinquagies decies centena millia colligit; sic ego latinè & usitate quingenties sestertiū uerterem, quod genus loquendi assequi nemo recentiorum potuit: quæ causa est ut in libris è græco uersis alias prorsus summas legamus q̄ in libris antiquis latīnorū, ut apud Apianū identidē, & apud Orosium uno in loco mox uidebimus: quæ cum supra mille annos fuerit, priscū tamen morē non tenuit. Eum aut̄ morem Græcorū fuisse ut non per numerū nummorū, nec per sestertia, sed per myriadas drachmarum omnes summas pecuniae memorie traderent, duntaxat de Romanis scribētes, ex dicendis constabit cum eorū autoritatibus utemur: sed & de hoc more loquē di libro tertio uidebimus ex Demosthene. Cum autē post primam huius libri editionē legere mihi historiā græcam eiusdē Plutarchē cōnīgit, recens ex officinis transalpinis publicatā, certā iam fidem habere coepi eius quod coniectura exacta antea collegerā: sic enim eo in loco historiæ legitur: τῶν φίλων τινὶ μυριόδοlos εἰκέλευσε πίστειχος ξηροῖς πλοῦνοι. τοῦτο ρωμαῖοι δεκάς καλοῦσσι. amicorū cuēdam myriadas quinq; & uiginti dari iusserat: hoc Romani decies appellat. Quanq; autē per ea quæ hactenus dicta sunt satis demonstrasse uideri possim, quid sestertium decies à sestertijs decē diffusat, & ea quæ occurrere poterat dubia dissoluisse: iamq; (ut arbitror) lectores cum ad hunc locū accurata intentione legendō peruererint, fidem dictis nostris accōmodare non dubitaturi sint, ulterioremq; nobis probationē remissuri, quod ad hoc quidē attinet, hanc tamen in me legem ultro ferre planeq; sancire hoc in opere statui, ut nunq; perfunctus pollicitatione uidear, nisi ita omnia per spicula fecero, ut negare omnino quisq; ea quæ demonstrauero citra improbitatem nequeat. Vt hoc aut̄ efficere possim utar rursus Ciceronis autoritate, qui in actione teritia in Verrē, cū multa Verrē furte

furta obiecisset per totā eam orationē, ad exiremū, uelut summam criminum exaggerans unius tantū oppidi furtarū ac paucorū mensū colligere statuit, ut de uniuersis pecunijs per iniuriā ablatis documētum conjecturāq; daret; atq; igitur se publicanorum tabulas conquisitas obsignasse, & ad iudicium illud Verris attulisse, ut ex præscripsiō sub nomine prætoriū nauīū cōmeatibus cōstare iudicib; ratio posset earū mercium quas Verres iūc Siciliæ prætor in Italīa deportādas curasset. Eius igitur hæc uerba sunt circa finem orationis. Cū hæc pauçorū mensū ratio in his libellis sit, facit e, ut uerbis triennij totius ueniat in mentem: sic contendō, ex his paruis libellis apud unum magistrum societatis repertis, uos iam comeatu ra assequi posse cuiusmodi prædo iste in illa prouincia fuit, quām multas cupiditates, q; uarias, q; infinitas habuerit, quantā pecuniā non solum numeratam, uerum etiam in huiuscemodi rebus positam confecerit, quæ uobis alio loco planius explicabuntur: nunc hoc attendit: His exportatiōibus quæ recitatæ sunt, scribiti sestertia Lx. socios perdidisse, ex uicesima portorijs Syracusis. Pauculis igitur mensibus ut hi pusilli & contempti libelli indicant, furtarū prætorū quæ essent sestertiū duodecies, ex uno oppido solo exportata sunt. Nego quenquam esse acutum ac perspicacem lectorēm qui Locus verri post hæc uerba Ciceronis dubitare potuerit de eo quod astruimus. nā tertiae ci Quod ut omnibus etiam crassioris Mineruae lectoribus planū fiat, ceronis. paucis uerbis rem explicabo. Cum enim affirmet Cicero societatem publicanorum ex uicesima portorijs sexaginta sestertia, id est sexaginta nummorum millia ideo perdidisse, quod Verres immunes merces tanquam prætorias nec tamen improfessas transpor tabat, & ex eo colligat furtiuas merces ad sestertiū duodecies ex uno oppido abstulisse: certo iam certius habeo sestertiū duodecies mille ac ducenta sestertia significare. Si enim sexagenariū uicenario multiplicaueris, mille & ducēta fient in summa: atqui Cicero furtorū summā à portorio uicesimæ probare facile potuit. Si ergo uicesima pars sestertiij duodecies sexaginta sestertia esse ab

eo dicitur, necessario sestertiū duodecies mille ac ducentia sestertia eodem autore erāt. Hoc etiam post Ciceronem Martialis libro primo epigrammatum, docere his uerbis potuit:

Si dederint superi decies mihi millia centum,

Dicebas nondum Scæuola factus eques:

Qualiter o uiuam, quam large, quamq; beates?

Riserunt faciles & tribuere dei.

In ius o fallax atque inficiator eamus:

Aut uiue, aut decies Scæuola redde deis.

Sic enim et ipse & alij poëtae loqui solent sine adiectione sestertijs, ut idem ad Calenum:

Non plenum modo uicies habebas,

Sed tam prodigus atq; liberalis

Et tam laetus eras Calene, ut omnes

Optarent tibi centies amici.

Vbij: enim sestertiū subintelligendum . & in tertio

Empta domus fuerat tibi Tongiliane ducentis:

Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens.

Collatum est decies: rogo non potes ipse uideri

Incendisse tuam Tongiliane domum?

Nec poëtas modo decies absolute, sed etiam prosa oratione loquenter solitos esse dicere, Plutarchus in loco supradicto docet: οὐ πλάφον ὡμον τοῖ φησι δεκατις εἴναι. Docebūt et autoritates priscae quæ à nobis sparsim in sequētibus citādæ sunt. Verū Martialis aperte docet decies sestertiū maiorē multo pecunia esse sestertijs ducentis: quo in loco Calderinus nō ducēta sestertia, sed ducentos numeros ridiculo errore intellexit: sic enim ducentia absolute dicuntur à Martiale ut à Iuuenale quadringenta in prima Satyra.

— Sed quinq; tabernæ

Quadringenta parant, —

id est censum equestrem. Et in quartadecima:

Sume duos equites, fac tertia quadringenta,

Orato

Oratores plerunque adiiciunt sestertiū. Rursus Martialis:

Dederas Apūlis trecenties uentri:

Sed adhuc supererat centies tibi laxum.

quo ix loco Calderinus, Apūlius, inquit, habebat septingenta milia: sex cōsumps̄erat luxu: & cum adhuc centū supereffent, uenit ne nō posset explere gulā ea pecunia, uenenū bibit. Cēties ille pro centum millibus intellexit, cētuplicato scilicet (ut alij oēs) falsus. Martialis enim cēties cētēna millia intellexit, id est cēties sestertiū: ortus est enim apud antiquos ille loquēdi modus ex cōpendio sermonis. Nam cū primū dicerent cēties centena millia sestertiū nummū: postea usus obtinuit, ut cōpendio se cēties sestertiū dicērent, quem loquendi modū nonnulli recentiores memoriae scriptores non percipientes, centies talentū protulerunt: quasi sestertiū reclus aut accusandi casus fit, & non potius genitui. Poētæ auīc & alij interdum scriptores compendium illud īerum contrahentes, non centies sestertiū, sed centies tantum dicunt: ut in exemplis suprascriptis: subintelligi uolentes centena millia sestertiū, ut in illo Martialis epigrammate in secundo libro:

Illa illa diues mortua est Secundilla,

Centena decies quæ tibi dedita dotis.

Decies enim centena millia intelligendum: ut apud Iuuenalem:

— Et rītu decies centena dabuntur

Antiquo.—

quam magnam esse pecuniam ex Horatio in primo sermonum intelligimus:

— Decies centena dedisses

Huic parco, paucis contento quinq; diet us.

Nil erat in loculis.—

Asconius quodā in loco: Luscius notus cēturio Syllanus diues ē uīctoria factus, nam amplius cēties possederat. Ceterū ex obseruatione antiquorū didici, nūq; infra denariū nūerū sic ēē eos locutos, ut diceret septies uel octue uel nouies sestertiū, sed intra denarī prisorum.

rium per millia uel sestertia loqui solitos. Cicero li. i. Epist. ad Atticū: Lucio Cincio sestertia nongēta pro signis Megaricis ut tu ad me scripseras curauit. & pro Cluētio: Inniō permagnā pecunīā poposcit, post ad id peruenit quod cōfici potuit, & sester. sexcenta quadraginta millia deferrī ad se domū iussit. Idē: Sedecim dico iudices ut Oppianicus absolueretur corrumpendos fuisse, ad Stalenū sexcenta & quadraginta millia nummūm esse delata. Et ad Ruffum scribens in v. epist. Nam de sestertijs nōgentis millibus certe ita relatū est ut tu siue frater tuus referri uoluīt. Supra decem per aduerbiū & genitiū antiqui ferē locuti sunt, ut in exemplis omnibus superius adnotatis. Non me latet apud Pliniū lib. xxxvi. ad sestertia mille legi, & sestertijs mille ducētis, sed ue iusta lectio non astipulatur impressis libris. Tranquil. in Cæsare. Seruiliā Brutī matrē ante alias dilexit, cui & proximo suo consu latu sexages sestertiūm margaritā mercatus est. Sic Pli. li. ix. de Lollio. Ut nepis eius quadringēties sestertiūm operta spectare tur ad lucernas: in quibusdā tamen exemplaribus sestertio legitur. Tranquil. in Calig. Nota res est Aponio Saturnino inter subsel lia dormī: ante, moniū præconē ne prætoriū uirum crebro capiūtis motu nutantē sibi, præteriret: nec dicendi finē factū quoad xiiii.

Suetonij gladiatores sestertiūm non agies ignorantii addicerētur. Quo ta locut. men in loco non dicendi sed licēdi lego contra fidē exemplariū, id est licitandi in auctione. Verū sestertiūm in superioribus exemplis gignendi casu dicitur, ut apud Ciceronē in Verrē acti. i. Cogno sceret ex me populū Ro. quid sit quod iudicij ad senatoriū ordinem translatis, sublataq; populi Ro. in unūquenq; nostrū potesta te, Quintus Calidius damnatus dixerit, minoris sestertiūm tricies prætoriū hominē honeste non posse damnari. Quæ uerba licet notis scripta sint in libris impressis, Asconius tamen ita legit: In quo more loquendi (ut supra dixi) aliquid subaudiendū facile intelligi mus, ut sit integrū: Hominē prætoriū damnari minoris tricies cē nis nullibus sestertiūm: & quoad xiiii. gladiatores non agies cē tenis

centis millibus seftertiū addiceretur Saturnino dormitati. Sester
 tiū enim per syncopam pro seftertiō dicitur, ut autor est Ci-
 cero in oratore perfecto; frequētiū tamen per ablatiuum legitur,
 ut Tacitū libro decimo sexto: Cladem Lugdunensem quadragies
 seftertio solatus est princeps, ut amissa urbi reponeret. Plinius ad Calvisium libro tertio epistolarum: Ut scias quāti uideantur posse emi, seftertio tricies, non quia non aliquando quinguagies fuerint. Verū ex hac penuria colonorū & temporis iniquitate, ut reditū agrorū sic etiā preliū retro abiit. Tricies seftertio pro tricies centenis millibus dixit Plinius: tametsi uir alioquin & doctus & diligens opinione inue terata omnium enarratorum ductus, triginata millibus id uerbum interpretatus est. Valerius libro nono de Cnæo Domitio et L. Crasso loquēs: Quem cum continuo Crassus quanti ipse domum suam estimaret, interrogaret, atque ut respondit sexagies seftertio: quo ergo eam, inquit, minoris fore estimas si dece arbusculas inde succidero? ipse tricies seftertio inquit Dominius. Apud Ciceronem in Philippica secunda seftertiū in genitivo legitur. Syngrapha seftertiū centies per legatos uiros bonos, sed timidos & imperios facta in gynæceo. Sic apud Tacitū libro duodecimo: F. xum est ære publico senatus consul. quo libertinus seftertiū ter millies possessor antiquæ persimoniæ laudibus cumulabatur. Idem: Eodem oratore Bononiensi coloniæ igni haustæ subuentum est centies seftertiū largitione. In Tranquillo semel omnino legi, ubi in Tyberio sic inquit: Publice munificentiam bis omnino exhibuit, proposito millies seftertio gratuito in trienniū tempus. Illud apud Tacitū aut mendosum est aut insolens: bis & uicies mille seftertiū donationibus Nero effuderat, millies enim lego non mille. Liuius poëtarum more absolute dixit libro octauo de bello Macedonicō: In L. (inquit) Scipione malim equidem mendum q̄ mendacium scriptoris esse in summa auri atque argenti, & potius quadragies quam ducenties quadragies litem estimatam: eo magis quod tanta summa rationem etiam ab ipso requisitam P. Sci-
Sestertia.
seftertiū.
Tacitilocens.
fione

Liuij locus. pione in senatu tradunt, librumq; rationis eius cum L. fratrem afferre iussisset, inspectante senatu suis ipsum manibus compressisse, indignatum quod cum bis millies in ararium retulisset, quadragies ratio ab se posceretur; ubi tamen non compressisse sed concerpsisse lego. Sic Cicero in frumentaria: Sic per triennium ad hanc

Pliniij locus. frumenti emptionem centies & tricies erogatum est. Illud Plinij ad Caluisium in quinto epistolarum: An cui de meo sedecies contuli, ita lego: An cui de meo sestertiū decies contuli: huic CCCC. millium paulo amplius tertia partem ex aduentivio denegem? quadringenta enim sesteria tercia pars est duodecies sestertiū.m: & paulo amplius tertia parte decies sestertiū.m: id est mille sestertiū. Fuit autem cum existimarem omnino ita loquendum esse ut post aduerbiū semper genitium pluralē subiungeremus: hoc modo qui supra relatus est, hominē præteriū minoris sestertiū tricies dānari non posse: & sexagies sestertiū.m margariā mercatus est. Et apud Cornelium Nepo. in vita Pōpo. Tātaq; fuit moderatione, ut neq; in sestertiū uicies quod à patre accepérat, parū se splendi de gesserit, neq; in sestertiū centies affluentius uixerit. Aliquam diu ignarū ita loquēdū arbitratus sum, quoniam sermo integer hoc poscere uidetur, in quē contracta oratio sic resolutur: sexagies centenis millibus sestertiū nūmorū margariā mercatus est. Quare

Sestertio illū loquēdi modū quadragies sestertio solatus est: & Liberinus quadrages. sestertiū ter millies possessor: iudicabā errcre legentiū librari crūq; ignorantia in exemplaribus inualuisse. Alter tamē nūc cēs eo: Quū huiusmodi locutione et si cōtra rationem recepta, tamē libri magnum autorū scateat, Quale illud Ciceronis in Salustiū simile supradictū: Ne causam diceret sestertio duodecies cū Cēsore paciscitur. uel cū Cæsare potius, ut in antiquo legimus. V nū in præutra urbana locū notaui pluraliter enuntiatū, hcc modo: Hinc sestertiū quaterdecies P. Tadio numerata Athenis, testibus planum faciam. Quod sic resoluītur: Quaterdecies cētēna millia sestertiū numerata, quæ autoritas omni refutatione maior mihi uisa est. Cōtra tog

Era tot tantorumq; scriptorum autoritatem mouere nos nō potest
 Lampridiū dictum in Heliogabalo. Nunquā minus sestertijs centū
 coenauit, hoc est argenti libris triginta: aliquādo aut̄ tribus milli-
 bus sestertijs coenauit, omnibus supputatis quae impendit. Antiquā
 enim scriptores nō tria millia sestertia sed tricies sestertiū dice-
 bant. Inter classicos aut̄ scriptores nec Lāpridius, nec Spartanus,
 nec Capitolinus numerari meruerūt. Aufim enim affirmare raro
 antiquos ultra mille sestertia scripsisse: ac nescio etiā an rarissime
 mille dixerint: quomodo nunq; aduerbijs usi sunt infra denariū nu-
 merum, alioquin ambiget sermo inter singulos millenosq; nūmos:
 qui enim minus intelligas his Lampridiū uerbis Heliogabalum trē
 bus millibus nummūm coenauisse q̄ ter millies millibus, id est tri-
 cies centenis millibus? & tamen Lampridius plus omnino centenis
 millibus dicere uoluit, id est centenis sestertijs: alioquin etiam pa-
 rum latine dicitur tria millia sestertia, et tribus millibus sestertijs:
 etiam si apud Ciceronem ita legatur pro Cluentio uel in libris mē-
 branaceis: Stalenus sestertia sexcenta quadraginta millia deferrē
 ad se domum iussit. Et sēpe alibi apud Columellā Pliniū. Et alias,
 quae mendosa esse facile coniçimus: nam & apud Ciceronem post
 alteram ab eo loco chartam sequitur: Sexcenta & quadraginta nū-
 mūm millia ad Stalenum esse delata. sic pro Fonteio: Quid uocife-
 rabere decem millia talenta Gabino esse promissa: ubi talentūm
 gignendi casu lego, quomodo legendum esse apud Curtium ex mē-
 branaceo codice admonitus sum: hic enim error uolumina passim
 iam olim occupauit errore librariorum, qui ea uerba numerorum
 quae notis scripta erāt, uel una aut altera syllaba dimidiata: inte-
 gra transcriperunt, nec numerandi rationem antiquam, nec lati-
 ne loquendi tenentes: & alioquin sestertiū nummus & sestertiū
 genere neutro caliginē multam legētibus offuderunt. Nam ut pro
 nummo sestertiū in recto dictum sit mihi persuadere nō possum,
 etiam si apud Festum Pliniūq; semel legatur: sed ex collatione an-
 tiquorum uoluminum suspectum locum Pliniū animaduerti. Vt

Sestertiū.

autem

autem usquequaque priscam elegantiam, multa iam rubigine igna
 morantiae exesam: ita reddamus interpollem, ut ex fristino nucore
 desiderari nihil possit, unum tantum locum Ciceronis ex prætu-
 ra urbana citabimus, qui ad hoc ostendendum cum præcedentibus
 satis erit: in qua oratione de rationibus questuræ prouincialis reo-
 latis à Verre loquens sic inquit, uerba ipsa rationum referens: Ac
 cepi uicies ducenta xxv . millia quadringentos xvi . nummos;
 dedi stipendio, frumento, legatis, proquaestori, cotorii prætoriæ
 sester. Mille sexcenta xxxv . mil. quadringentos decem & septem
 nummos: reliqui Arimini sesteriūm sexcenta millia: hoc est ratio-
 nes referre? Hoc modo aut ego, aut tu Hortensi aut quisquam ho-
 minum rettuli? Quæ uerba ex collatione Asconij contra fidè ex-
 plarium emendauius: & nisi hoc modo legantur, ratio expensi ac
 cepti: non quadrabit, quam necesse est quadrare si sensum Cice-
 ronis percipere uolumus. Siquidem ille Verrem Carbonis quæsto-
 rem pecuniam publicam auertisse criminatur, falsis ac commenti-
 ej rationibus ad ærarium relatis: eas autem commentarias hoc ar-
 gumento probat, quod acceptorum expensorumq; paginæ ad num-
 monum quadrarint, ita ut nihil superfuerit reliquamenti: quod fieri
 uix potuit nisi in conflictis rationibus. Cumigitur pagina acceptæ
 uicies centena millia & ducenta trigintaquinq; millia & quadri-
 gentos decem & septem nummos habuisset, Verres sesteria (ut
 ita dicam) mille & sexcenta xxv . quadringentos xvii . num-
 mos uarijs nominibus expensa reipublicæ tulit, & sexcenta sester-
 ia Arimini deposuisse sese ascripsit, ne de residuis pecunijs tene-
 ri uideretur. Notandus est ergo loquendi modus antiquorum: acce-
 pi uicies & ducenta, hoc est bis & uicies sesteriūm: quod Cicero
 uel Verres potius dixisset, nisi minores illas summas addendas ha-
 buisset, id est xxxv . millia quadringentos nummos. Notandum
 tamen quod sesteria mille sexcenta dixit Verres uerba referens,
 quod rarum est. Cæterum illum Lampridijs locum alioquin men-
 dosum esse ex sequentibus apparebit, ut pro triginta libris ccl . le-
 gi de-

beat: nisi fateri malim Lampridiū tempore priscum illum morem
 loquendi iam obsoletum fuisse, ut et ipsam linguam propè latinam.
 Interim tamen hoc uelim lectors sibi persuadeant, ita me omnia
 percepta, probata, comprehensa, perspicua, indubitate, demonstra
 ta denique ac planè non controuersa relicturum, ut posthac refer
 ri earum rerum quæstio ex ijs scriptoribus non possit qui secula sua
 stilo nobilitarunt. Verum eō iam progressa est commētatio, ut præ
 mus hic liber finem accipere commode possit. Assis enim partiumq;
 eius significatus, atque eorum uerborum usum quam latissime pa
 rentem apud antiquos exposuimus, ita ut nihil addi ad prædicta
 (ut existimo) possit, quin à nobis in sequentibus expectandum sit.
 Diximus quid sit sestertius, quid sestertia, quid sesterium cum ad
 uerbijs numeralibus iunctum, usum' que eorum uerborum or
 toribus & poëtis multipliciter usurpatū addidimus: omnia
 que (ut opinor) eodem pertinentia, citatis, enarratis im
 terdum' que emendatis scriptorum autoritatibus,
 quæ in ordinem dicendorum incurrere vide
 bantur: hac igitur fine librū primum claude
 mus, ut hoc uelut interspiratu recolligere
 impetum ad secundum actum
 non minus arguento
 sum possi
 mus.

PRIMI LIBRI
 FINIS.

GVLIELMI

BVDAEI PARISIENSIS A` SECRE

ti regis Francie, de Asse & partibus eius, liber

S E C V N D V S.



ESTAT PARS IM
mēsi laboris in hoc libro expli-
canda: etenim prima illa ope-
ra quasiq; ærurna exantlata,
demum quod actum erat pa-
rum uideri coepit, nisi & alte-
ra lucubratio ei haud dubie cō-
nexa et uelut è uestigio sequēs
instauraretur. Siquidē existi-
maui, (ut est animus humanus

nullo inuento nisi suis numeris omnibus cumulato explebilis) qui à
nobis hactenus dicta probassent, haud tamen ipsos ijsdem acquietu-
ros, nisi ut antiqui pecuniae calculi deprehensa uocabula tenere: sic
etia eorū æstimationē colligerē. Etenim quonā tandem pacto cōmer-
cium iustū plenumq; cum ætatis priscae monumentis habebimus, si
eorū numismatis indicatio exactāq; æstimatio nos fugerit. Perit
de atq; si qui negotiatores in gente exterā & incognitā merces pe-
tant, quæ quanti ab ea gente indicetur non percipient, sed pro suo
quisq; captiu pretiū ijs statuant. Quare omnino faciendū nobis est
in hoc opere, ut nihil posthac memorabile aut apud quenq; Latino-
rum, aut apud Græcos historicos de rerum pretijs, aut de publicis
priuatisq; opibus legatur, qn id à nobis ad nummū ære nobis æqua-
li æstimetur: ac ne id quidē modo, sed etiā ut Atticū argentii Rōa-
no permuteamus, ac porro etiā cōmentantes eosq; pergamus, ut uel
corollariū pronuntiatæ dicendarū rerū summe addidisse iudice-

mur,

mut. Quid cum effecerimus, (facturum enim omnino me recipio) quid iam causæ erit quin omnes libri Græci in latinā lingua aut latini ī uernaculā uersi, hac oīno parte illustrati videātur? Hoc aut ut a sequimur, ab integro rursus ordiendā rem habemus. Itaq; ut antea dictū est, Seruius rex prim⁹ æs signauit: signatū est aut nota pecudū, unde ḡ pecunia appellata: Maximus aut census (in q̄t Plinius) centū et decē millia assiū illo rege fuit, & video hæc præma classis. Cūn igitur apud antiquos millia æris legimus, millia assiū intelligere debemus. Liuius li. v. ab urbe cōdīa de Camillā exilio loquēs: Absens (inquit) quindecim millib⁹ grauis æris dāna tur. De hoc loquens Plutar. in eodē Camillo, ita inquit: ἐκεῖνος οὐν μεταξὸς ὥφει τὸ Λίκινον ἐρύμαλον, πίμημος μυρίων δὲ, πεντος καὶ χιλίων ὀκταεπιων ἔχουσαν, δὲ τινες πρὸς ὀκτυρίου λόγον, χιλια δραχμαὶ δὲ, πεντακόσιαι. ὀκτώπι) δὲ ἦν τὸ ὀκτύρι). δὲ, τὸ δέκατον καὶ ριγὸν ὅτι τως ἐγελεῖται Διονύσιον. Ille igitur cū solū iam uertisset, in dīb. Et a causa desertoq; iudicio damnatus est, cuius multa xv. millium assiū fuit: qua summa ad argeti supputationē relata fiunt mille & quingentæ drachmæ: as enim tūc erat pecunia, & ita decussis de narius uocabatur: ex quo intelligimus denariū fuisse argenteū, & denis assib⁹ ualuisse: assis aut à Plutar. pro æreo nūmo ponitur: nā latini assē nunq; argenteū numisma appellauerūt. Iam igitur habe mus ex Plutar. autoritate, centū & decē millia æris, que olim præma classis i.e. summus cēsus fuit: undecim millia drachmarū ualuisse. Et supra pbatū ē autoritate Plini⁹ drachmā & denariū eodē pōdere fuisse. ita iā cōstat, centū millia æris quadraginta sestertiī millia, ḫū millia ualere, cū quaterni sestertiij denos æris asses ualeat. Sic Canillus cū xv. æris millia dissoluere nequiret i.e. sex millia nummū n, exili⁹ causa solū uerit. Apellatioē aut æris assē intelligi constat ex Trāqlo in Augusto. Caiū (inqt) & Luciu adoptauit domi per assē et librā emptos à patre Agrippa. Quid Trāql. assē et librā dixit, lex xii. tabularū per æs & libram dicebat. Quæ uerba in ii. libro Institu. Iustiniani legūtur sub titulo de testamentis. Gellius

Gel. li. xiiii. Tertiū (inquit testatorū genus fiebat per familiæ emacipationē cui æs & libra adhibebatur. Sed de hoc nos copiose differimus in Annotationibus in Pandectas editis. As igitur æreum erat & parvæ estimationis, ut supra demonstrauimus, & ex Catullo patet illis uerbis:

Viuamus mea Lesbia atq; amemus,
Rumoresq; senum seueriorum
Omnes unius æstimemus assis.

Quinarius. Denarius aut argenteus decem libris æris, id est assibus decē ualebat. Et quinarius quinq; hoc est denarij dimidio: ut, **Sestertius.** sestertius quinariū dimidiatiū ualebat, hoc est duos asses & semissim. Erat & **Quadrans.** quadrans (autore Plinio) nūmulus, qui & triuncis uel triunx uocatus est, à tribus uncijis: ut enim sestertius quarta pars est denarij, ita quadrās quarta pars assis, hoc est libræ æreæ: quæ cū erat argentea, non assis argenteus, sed libella dicebatur, ut supra docui mus. Fuit etiā triens nūmus tertia pars assis. Cæterū quæ quadrā tē Plinius & triuncē appellat, Cicero teruncū appellauit li. iii.

Teruncium. de finibus, his uerbis: Interit enim magnitudine maris Aegæi stillæ maris, et in diuitijs Croesi terucijs accessio. Et ad Atticū li. v. Spe ro toto anno imperij nostri teruncū sumptus in prouincia nullum fore. Varro: Teruncius (inquit) à tribus uncijis dictus, quod sit lē bellæ quarta pars, quomodo & quadrās assis. Iā antea ostendimus librā & minā centū drachmarū ac totidem denariorū fuisse: qua

Sestertijs cē ratione patet quadringentos sestertiios in libra fuisse: Nunc cē tenis aureus **estimatus.** Nullo igitur officij aut ambitionis in quenq; genere omisso, quoties coena principē acciperet, aureos excubanti cohorti uirilim diuidebat. Plutarchius in eodē: χρυσὸν τε καὶ σῶμα διοχύτων dixit, id est, aureū singulis distribuens. Tacitus de eodē lib. xvii. Flagranti bus iam milii animis uelut faces addiderat Meius Pudēs è proximis Tigillimi: is nobilissimū quenq; ingenio aut pecuniæ indigū & in nouas cupiditates præcipue, alliciendo, eo paulatim progres

suis est, ut per specie^c cōuiuij quoties Galba apud Othonem epular^e
 tur, cohorti excubias agenti uirum centenos nūmos diuideret: quā
 uelut publicā largitionē Otho secretioribus apud singulos præmijs
 intendebat. Aureū Trāquil. et Plutarchus dixerūt, quod Tacitus
 cētenos nūmos dixit: Ita tamē ut intelligamus Othonem nō manu
 sua (ne in suspicionē affectati imperij ueniret apud Galbam) Sed
 per Meuiū Pudentē militibus dedisse. Sed quōd aureus centū num
 mis ualuerit, facile ex sequētibus cōstat. Cū hoc dicto pugnat id
 quod à Iustiniano principe dicitur in institutiōe iuris sub titulo de
 successiōe libertorū, his uerbis: Sed nostra cōstitutio ita causam de
 finiat, ut si quidē libertus uel liberta minores cētenarijs sint, id est
 minus centū aureis habeat substantiā (Sic enim legis Papiae summā
 interpretati sumus, ac si pro mille sestertijs unus aureus compute
 tur) nullū locū habeat patronus in eorū successionē. Nos unū au
 reū centū sestertijs æstimatorū, Iustinian⁹ mille. Sed huic obiectiōe
 ita respōdeo, æstimationē hoc in loco nō iustā, et ut græci appellat^a
 argyrogномonicā esse, hoc est à collybo uel nūmulariorū taberna
 peitam, sed pro arbitrio legem condētis factam: cui hoc placitum
 est de centenarijs libertis sancire, quod pridem lex Papiae de mille
 statuerat. Id quod mihi satis indicare uidetur hæc particu
 la, ac si. Si quis enim totum illum locum diligenter animaduertat,
 facile (ut opinor) iudicabit Iustinianū legi Papiae non in eo tātum
 derogasse, quod patronus olim liberto etiā liberis intra numerum
 ternarium extantibus in quadrantem succedebat, sed etiam in eo
 quōd qui liberti olim cētenarij dicebantur à centum sestertijs, nūc
 centenarij dicūtur à centum aureis, quæ multo minor est summa.
 Potuit & numerus corrumpi, ut mille pro centum legatur errore
 ex notulis orto, ut infra uidebimus. Leges Papiae multæ fuerunt,
 uel una fuit multiplex. Meminit Cicero pro Archia legis Papiae.
 Tranquillus in Claudio, Tertullianus & Lactantius libro pri
 mo. Mouere igitur dictum illud Iustiniani neminē debet cōtra tot
 tantorumq; scriptorum autoritates: sestertijs enim nūquam æreus

b fuit,

Sestertius. fuit. Sed ab initio statim duos asses & semissim ualuit. Assis uero æreus erat. Plinius de Ladano libro duodecimo: Pretia sunt laudatissimo in libras asses XL. & de Hamoniaco. Pretium optimi in libras asses XL. In antiquissimis tamē utrobiq; asses XXX. legitur: quādo autē nō addit nomine numeri, quisnam intelligendus sit hæsit. Ut de Casia ibidē: Pretia nulli diuersiora: optimae in libras XL. cæteris XV. Sic enim in antiquis omnibus legitur. Vtrū ne igitur asses, an

Plinij locus. sestertios, an denarios intelligamus? Et rursus ibidē de Myrobolano: Pretium in libras X. Sic enim in antiquis legitur, licet in impressis libras binas legatur. Sed obiter locus ille de Casia emendatus est, quod sic in impressis libris legitur: Frutex et casia est, iuxtaq; cinnamē capos nascitur: sed in montibus crassiore sarcineto, tenui cute: quem conteri atq; in cinnamomo leuari et exinaniri pretium est. Ego ex antiquorum observatione lego, quē contra atq; in cinnamomo labore & exinaniri pretium est: supra enim de cinnamomo loquens Plinius: Vilissimum uirgulti quod radicibus proximum: quoniam ibi minimum coriūcis in quo summa gratia. Illud leuius erratum de Ladano supradicto: sunt qui herbam in cypro ex qua id fiat, Ladanum appellent: etenim illi Ladanum uocant. In eo loco saepè hæsi, antequam ex antiquis Ledam & ledanum legendum esse deprehendi. Eodem in libro de Bedellio: Pretium syncero in libras decem tantum. In antiquis non tantum sed terni legitur: fortasse pro sestertijs. notum est enim sestertium duabus uirgulis erat & semisse scribi solitu, ut bodie in Verrinis Ciceronis legitur: quod notam ternarij numeri librarij esse putauerunt, quantum coniucere possum. Verum asses XL. Plinius pro quatuor denarijs dixit: asses enim Plinius æreos nummos intelligit æris grauis libra ualentes. Cornelius Nepos de frugalitate Pomponij Attici loquens: Nec id, inquit, præteribo, quod nonnullis leue uisum iri putem: Cum imprimis laetus esset eques Romanus & non parum liberaliter domū suam omnium ordinum homines inuitaret, scimus nō amplius quam terna millia æris per aequem in singulos mēses ex ephemeride cum expensum sumptui ferre so-

re solitum: atq; hoc nō auditum sed cognitum prædicamus. Millia
 æris dixit ad differētiam millium nummū uel sestertiū: Liuius
 libro ultimo, de secundo bello Punico, de Scipione loquens: Argen-
 ti tulit in ærarium pondo cētum millia: miliib⁹ ex præda quadra-
 genos æris diuisit. Et libro secundo de bello Macedonico de trium-
 pho Quintij: Duceni quinquageni æris in pedes diuisi. Et rur-
 sus libro prædicto belli Punici: Legatis in singulos dona ne minus
 quinum millium, comitiis eorum mille æris. Mille æris dixit pro
 centum drachmis, id est argenti libra. Sed genus nummi dati ex-
 primere uoluit. Et libro nono de bello Macedonico: Senatus consil-
 tum factū est ut singulis centena millia æris quæstores urbani ex
 ærario darent. Hoc in loco quadragena millia sestertiū intellige
 dum dico: quod nisi æris addidisset, ego centum sestertia intellige
 rem, quanquā si exempla in medium afferā, uix cōtrouerrias expe-
 diā. Plinius libro x v. de copia olei loquēs: Vrbis quidē anno quin-
 gentesimo quinto Appio Claudio Cæci nepote, L. Junio cōsulibus,
 olei libræ duodenæ assibus ueniere. Et mox anno sexcētesimo octo
 gesimo, M. Seruius ædilis curulis olei denas libras singulis assibus
 præstūt populo Romano per totum annū. Id ē libro decimoctauo
 de arborū frugiferarū pretijs loquēs: Nec minus miraculū in po-
 mo est, multarū circa suburbana fructu annuo addicto binis milli-
 bus nummū, maiore singularū redditū q̄ erat apud antiquos præ-
 diorū. Fidē hoc dictū excedet si uera sunt quæ diximus, ut nummā
 appellatione sestertiū intelligere oporteat, & sic arboris unius
 usumfructū credamus in annos singulos duobus millib⁹ sestertiū
 cōductū à propola, ut in eo quæstū faceret, & in eadē urbe denas
 olei libras aut etiā duodenas singulis assibus aliquādo uenūdatas,
 cū singuli sestertiū dipondiū & semissim ualuerint. Primū hoc re-
 spōdeo uilitate illā olei semel aut iterū cōtigisse, qq; nō tā negotia-
 tionem aut uenditionem fuisse puto quam largitionem ædiliciam
 ad plebeium fauorem emerendum, ut alibi dicetur. Potest etiam
 numerus deesse in superiori loco Plinij: cū assibus tanū legatur,

Mille æris

no singulis assibus ut in sequenti. Potest etiā uilitas tanta fuisse alii quo anno, eo liquore exuberante qui ultra annū non seruabatur, id quod Plinius ipse his uerbis significat: *Vetustas oleo tædiū affert non itē ut uino, plurimūq; etatis annuo est, prouida si libeat intelligere natura: quippe temulētiæ nascētibus uinis uti necesse nō est: quinimmo inuitat ad seruandū blāda inueterati caries, oleo noluit parci, feciūq; ea necessitate promiscuū & uulgo.* Memoria nostra Parisis uno anno tanta fuit uilitas uini, ut inopia uasorū quidam donare uel effundere cogeretur, quidā qui grādioribus cuppis cō-

Mira pretia diderunt, anno sequente magno uendiderūt. Quod aut ad mercepomorū Ro- dem annū singularū arborū attinet, non tam mirari id cōuenit q- mæ. id quod ab eodē li. x v. de persicis duraciniis dicitur, quod genus Duracina p- etate Plinius insuione repertū est: Aestate (inquit ille) præcoccia intra XXX. annos reperta, & primo denarijs singulis uenūdata. & paulo inferius: Pretiū (inquit) singulis iam triceniū nūni fue- re, nullius maiore, quod miremur, quia non aliud fugacius: Lōgissi manāq; decerpto bidui mora est, cogitūq; se uenundari. His uerbis planè significat singula persica sestertijs primū quaternis uenūda ta: postea augescente gratia (ut fit) aliquando pretiū ad tricenos nummos euafisse: quare non mirū est singulas arbores bina millia nummū annuo redditū meruisse, cum septem et sexaginta poma hanc summā confidere potuerint tricenis nūmis singula uenunda ta. Causam autē assignas tāti pretij subdit Plinius: Vndiq; pomē innocuū expetinur & gris, uel agris ut in antiquis legitur. Huiusmo di hodie duracina (ut opinor) nomen retinet in Britānia Areo

Memorabilis rica. Transeamus ad reliqua. Idē Plinius li. viii. Asinū quadrin genis nummis emptum Quinto Asio senatori, autor est. M. Varro: Haud scio an omnium pretio animalium uicto, opera sine dubio geruli mirifica arando quoque. Sed mularum maxime proge- ratione, patria etiam spectatur in ijs: Arcadibus in Achāia, in Ita Afina Rea lia Reatinis. Sic omnia habent exemplaria etiā antiquissima. Pli- tina, nius admiratur asinam Reatinam quadrin gentis nummis emptā, tam-

tamen si gerulam & aratricem & prolificam: existimatq; hoc pretium maius esse omnium animalium pretio nedum ueterinorum, et pluris tamen Romæ persica xiiii. uenisse eodem autore affirmauimus. Vereor ne hæc Plinius salebra huius inuenti nostri cursus hactenus (ut arbūror) inoffensum aut moretur aut planè interpellet, eis si quod sequitur addam, ne commentarij nostri processus hæreat: Quæstus (inqt) ex ijs opima prædia exuperat: notū est in Celtiberia singula quadragenis millibus nummorum emi ad mularū maxime partus. Si nummi semper sestertiij intelliguntur, quonam modo hæc loca duo conuenire possunt? Hic si dixero locū mendosum esse, transultare utique confragosā loca, non æquabili gressu pertransire dicar. Quod tamen quia & alibi necessario mēhi faciendum est, hic à lectoribus impetrare illud habeo, mihi quidem non inquis, ut si hoc institutū meū hoc in loco haud dubie insigne, approbauero: ualeat in futura quoq; si qua forte autorum interiorū deſtituentur testimonio. Audiamus igitur Varronem ipsum li. III. Rerū rust. quē Plinius dicti sui autore locupletissimū esse censuit: in cuius dialogis Appius Claudius augur ad Axium senatorem ita inquit: Quod si ea ædificia uillæ non sunt, quæ asinū tuū quem mihi quadraginta millibus emptum ostendebas, apud te non habent, metuo ne pro uilla emam Ostiæ in littore Seianas ædes. Apud Pliniū quadringētis nummis legitur, apud Varrone ipsum quadraginta millibus, utrobiq; corrupte: ut enim nummis pro millibus illic legitur, sic quadraginta hic pro quadringentis, tæt̄si uix intra fidē id stabit cum ad estimationē millionum nummorum uenerimus. Hoc tamen cum ex Plinio uidetur, qui prius hoc pretiū Romæ admiratus, mox translatitium in Celtiberia esse tradidit, tum uero ex eodem Varrone libro II. eiusdem operis his uerbis: Qui non habent eum asinum quem supposuerunt equæ, & asinum admissarium habere uolunt, de asinis quenq; amplissimum & formosissimū q̄ possunt eligūt, quiq; sc̄minio natus sit bono, Arcadico, ut antiqui dicebāt, ut nos experti sumus, Reatino, ubi tricenis ac qua

dringentis millibus admissarij aliquot uenierūt : quo in loco trece-
nis et quadringenis millibus lego: quanq; hic rursus aestuare neces-
se est. Idem enim Varro alibi de eligendo pecore loquens : Primū
(inquit) ut bonū pares pecus, scire oportet qua etate quanq; pecu-
dem parare haberēq; expeditat: altera pars cognitio formæ: tertia
pars est quo seminio querendum: hoc enim nomine asini Arcadē
ci in Græcia nobilitati, in Italia Reatini, usque o ut mea memoria
asinus uenierā sestertijs millib⁹ sexaginta, & unæ quadrigæ Ro-
mæ constituerint quadringentis millibus. Semel iam restati sumus,
ubicunq; apud antiquos sestertijs & millibus coiunctim dicitur, nō
sestertijs sed sestertiū legendū. Quare hic sestertiū nō sester-
tijs lego. Sed loca sic citare necesse est, ut apud autores leguntur,
quod in uniuersum dictū esse uelim. Sed quod ad rē pertinet: Var-
ro in persona Scrophæ miratur asinū memoria sua emptum sexa-
ginta millibus, & asinos quatuor iugales quadringentis. Quare
dubius maneat hic locus Plinij necesse est, ita tamen ut lotos qui-
dem pedes ex maculoso loco conflictatione non multa expedierim.
Plinij locus. Quanquam quis dubitet quadraginta millibus apud Plinium as-
serere, & tricenis quadragenis millibus apud Varronem: ne fi-
dem alioquin abnegare antiquis monumentis cogamur? Atque ea
dem opera locum Plinij inibi restituemus. Quod enim in omnibus
impressis libris legitur, Nec nisi spatiose incubant alias atterun-
tur: uaria nanque somnio uisa concipiunt: ictu pedum crebro, qui
nisi per inane emicuerit, repulso durioris materiæ claudiatem ille
eo affert. Id ego ex antiquis exemplaribus lego: Nec nisi spatiose
incubitant laxitate: uaria nanq;, & cetera. Illa enim duo uerba
alias atteruntur, temere ab emēdatoribus sunt addita: que super-
macanea esse satis ex eo apparet, quod sequitur, claudos illico fieri.
Et hic Hermolaus Barbarus uir ingeniosissimus gloriabitur se Pli-
nium emendasse, altera etiam castigatione repetitum. Sed perga-
mus porro. Idem Plinius libro x. Maxime tamen insignis est in
hac memoria Clodij Aesopi tragicī histrionis patina, sexcentis se-
stertijs

fterijs taxata. In qua posuit aues cātu aliquo aut sermone uocales, Patina Aeso
 nūmis sex singulas coēmptas: nulla alia inductus suauitate, nisi ut pī.
 in ijs imitationē hoīs māderet, ne quæstus quidē suos reuerius il-
 los opimos & uoce meritos: dignus prorsus filio a quo diximus de-
 ueratas margaritas. Ego antiquissimū exēplar habeo, in quo hoc
 uerbū nūmis deletio loco scriptū erat, ut cōjiciā nō nūmis sed mllē
 bus prius scriptū fuisse, omnino enim sic legendū est. Cētenariam
 enum patinā Aesopi fuisse intelligimus, id est cētenis auibus stru-
 Etā, millibus senis coēmptis, ut in summa sexcēta fierent seftertia:
 de qua idē Plinius lib. x xx v. Nā nos, inquit, cū unā patinā Aeso
 pi tragediarū histriōis in natura aviū dicemus seftertijs sexcen-
 tis stetiſſe, nō dubito indignatos legētes. Hec & huiuscemodi alia. Hui⁹ librile
 incredibilia omnino primore sensu uidebūtur, sed cū oīa in discus- Etio uicem
 sione uenerint, inuice sibi fidē ut faciat peruincem⁹: opulētia enim præbet h̄
 Romana simul & luxuria intelligentur, quæ instar (ut arbūrō) storie.
 habebūt historiæ cuiusdā uariæ et admirādæ. Sic enim rē tēperatā
 oportuit, ut non magis in abaculo manus occuparetur, q̄ animus
 rerū intelligentia interim oblectaretur. Sed iā uideamus de colum-
 bis apud eundē Pliniū lib. decimo: Harū, inquit, amore insaniunt Colūbarū
 multi, ac super testa exēdificat turres ijs, nobilitatēq; singularum pretia.
 & origines narrant ueterē iā exēplo. Laxius eques Ro. ante bellū
 ciūle Pōpeianū denarijs quadringētis singula paria uēdicauit, ut
 M. Varro tradit. licet in oībus exēplaribus et Laxius et uēdicauit
 legatur, tamen & L. Axius & uēdicauit lego, cū Varro de pullis Pliniū locu-
 earū loquēs, ita dicat: Romæ si sunt formosi, bono colore integri,
 boni semini: paria singula uulgo uæneūt ducenis nummis, nec non
 eximia singulis millibus nammūm: quas nuper cum mercator tanti
 emere uellet à L. Axio equite Ro. minoris quadringētis denarijs
 daturū negauit. Hactenus Varro. Si ergo paria singula colūbarū
 nō semel sed sēpe mille seftertijs nūmis uēdita sunt, aliquādo etiā
 mille & sexcētis id est quadringētis denarijs: cur non & aues hu-
 mano sermone uocales sex millibus eadē in urbe uendi potuerunt?

quas tamē apud Pliniū sex nūmis emptas legimus: errore eorū seculorū quae in rei nūmariæ uerbis prorsus nihil uiderūt. Huius rei irrefutabile argumentū ex eodē ipso autore referemus, qui libro eo dem de luscinijs loquēs ita inquit: Certant inter se, palamq; animo sa contētio est: uicta morte finit sāpe uitā: spiriu priu deficiēt q̄ cantu. Meduātur aliæ iuniores, uersuq; quos imūtentur, accipiūt. Audit discipula intētione magna ac reddit, uicibusq; reticēt. Intel ligitur emēdatæ correctio, & in docēte quædam reprehēsio. Ergo seruorū illis pretia sunt, & quidē ampliora q̄ quibus olim armigeri parabātur. Ex his uerbis significatur lusciniarū magna pretia fuisse: cū apud Columellam uīnitor seruus octo millibus estimatus sit: & pluris armiger uenire uīniture solitus sit: ut qui præsidium uitæ domino afferre posset. Quod si id quod sequiūr statim apud Pliniū emēdari à nobis potuisset, memorabile aliquod pretium in mediū attulissemus eum lusciniæ albæ quæ Agrippinæ dono data est. Id quoniā fieri nō potuit, in uicē eius locū aliū eiusdē capiūs in principio statim restiuemus: Noctuarū genus in Creta insula nō est, & etiā si qua inuecta sit, emoriūr: Nam hæc quoq; mira natu ræ differētia: alia alijs locis negat, tāq; genera frugū fruicūlue, sic & animaliū nō nasci, trāslatūtorūq; inuecta, mori. Mirū quidē est illud unius generis alii aduersum: quænam est ijs naturæ inuidia. Sic in omnibus impressis legiūr, cōniuente Hermolao, & hoc totū caput intactū trāsmittente. Quæ uerba cū mihi corrupta inter legendū uiderētur, tandem adūis antiquis exēplaribus ita restituenda duxi, ut post uerbū animaliū distinctio fiat uelut sensu finito: deinde ita inferamus: nō nasci, trālatūrium: inuecta mori, mīrum. Quid est enim unius generis saluti aduersum? Trālatūrium

Trālatūrium. hic pro solito & in multis usitato et cōmuni inter multos ponitur, quod uerbū maxime Plinianū est. Ita patet in uno uersu Pliniū qua tuor errata à castigatoribus relicta. De auiculis uocalibus Plinius Turdus alibi: Agrippina coniunx Claudijs Cæsaris turdum habuit (quod uocalis. nunq; ante) imitāntē sermones hominū. Cum hæc proderē, habebat

¶ Cæsares iuuenes sturnū, & elusciniās græco atq; latino sermo
ne dociles: præterea mediantes in diē, ¶ assidue noua loquentes
longiore etiā contextu. In diē aut̄ non in dies in omnibus libris legi
tur: ex quo intelligimus doceri solitas ut diebus diuersis non eade,
sed subinde nouū aliquid loqueretur. Summa igitur supradictorū
est, mille sesteriū & mille nūmū, duo millia ac quingētos æris
ualere: ¶ mille drachmas decem millia assium, & quatuor M. se-
steriū. Porro centū drachmas unā minā argenti efficere, qua
¶ libra & pondo dicitur. At uero libras duas argēti et semissim,
seu ut ueteres dixerunt duapendo & semissim mille nummū ua-
luisse. Hoc etiā satis antea confirmatū est, tamē ¶ auctarium hoc
addemus, ne cuiq; nō satisfaciamus in ea re, in qua ab omnibus dis-
sentimus. Liuius libro secundo de bello Punico: In permutandis ca-
piuis cōuenerat inter duces Romanorū Pœnūq; ut quæ pars plus
reciperet quam daret, argenii pondo bina & selibras in milium
præstaret: de quo conuento Plutarchus in Fabio loquēs, Conuene-
rat, inquit, inter Romanū Pœnūq; ducem, ex captiuis, virū pro ui-
ro cōmutare: ¶ qui plureis reciperet quam redderet, pro quolibet
drachmas ducentas et quinquaginta solueret. Plutarchus quinqua-
ginta drachmas pro semipōdio dixit. Hic libēs omiserim si possim
errorē Nicolai Perotti hominis de lingua latina ut illa ætate be- Nicolai Pe-
ne merui, qui in cōmentarijs suis de hac re loquēs ita inquis: Pō rotti erratū.
do licet aliquādo pro libra inueniatur, proprie tamen significat pō
dus duodecim librarū: huiusq; dicti auctore citat Liuiū in loco su-
pradicte: quasi Liuius pondo bina et sex libras nō selibras uocabu-
lo cōposito dixerit, quasiq; in capita statuerint imperatores illi tri-
cenas libras argēti, quod longe abest à uero: quanquam Perottus
homo elegantiarū obseruatiſſimus uidere illud debuit, Liuiū nō pō
do bina & sex libras dicturū unquā fuisse, sed senas potius libras.
Hic nominare eos necesse non habui qui eius errorē totidē uerbis
in suos ipsi cōmentarios rettulerunt. Idem Liuius libro nono de bel-
lo Macedonico de censura Catoniana loquens: In censitū quoque

acciendi tristis & aspera in oes ordines censura fuit: ornamēta & ueste muliebre & uehicula quæ pluris q̄ x v. milliū æris es-
sent, in censum referre uiatores iussit. Itē mancipia minora annis
uiginti, quæ post proximū lustrum decem millibus æris aut eo plu-
ris uenisset, ut ea quoq; decies pluris q̄ quanti essent æstimaretur.
De hac item censura Plutarchus in eodē Catone: Ut igitur (in-
quit) in omnes animaduerteret, coēgā uestis, carpenii, mundi mu-
liebris & domesticæ supellecīlis decuplū amplius in cēsum refer-
ri, q̄ earū rerū pretiū sineret, si mille & quingentas drachmas ex-

Libra nūma cessisset. His autoritatibus fidē omnino facio centū drachmas mil-
ria centum le æris ualere, & pondo id est librā centū drachmis, & mille æris
drachmas par fuisse: at denariū & drachmā eundē fuisse nūmū, aut eiusdē
ualet. certe ponderis & æstimationis autore Plinio demonstratū est, &
denariū quaternos ualuisse sestertios. Quare in singula pondo et
in singulas libras minasq; quadringētos sestertios intelligere ne-
cessēt. Proinde operis instituti partem profligatā habemus, uel
materiē potius (ut Plautino uerbo loquar) exasceata: quā si coag-
ementare in instar operis absoluti uolumus, omnia scriptorū dicta
accōmodare rebus iam explicatis necesse est, ita ut in opere tot au-
toritatibus cōpactili nullus locus hiulcus, nulla cōmissura sit conspi-
cua. Quod quāta uigilantia, quām acri intentione, quanto labore
sit effectū, quanto deniq; literarū amore suscepū (nihil enim ma-
ius dicere de me possum) ex operis ipsius compage apparebit. Ego
cum hēc proderē, quo magis exacte omnia perpendere, libellā &
ponduscula in conspectu habui, numismataq; antiqua aurea argen-
teaq; satis multa iam fridem, ut minimē in hunc usum parata, sic
admiratione uisendæ antiquitatis in delicijs habita: eorum lectissi-
mū quodq; expensare instiū diligentia, ut arbitror, nummularioru-
rum æmula. Quippe adulterata quædā uisuntur, & ad exēplar
archetyporū fusim cusimq; ua efficta, ut pro archetypis fallat, cu-
iudam (ut aiunt) pigmenti affrictu ueruſtatiē ementientia. Ut igi-
tur unumquodq; certissimā prisci æui notā habere uidebatur chara-
ctere

Etere uel collybo detrito, uel uetusstate fugienti et æui situ obscuro
 ita in libella à me statuebatur. Inter argentea (ut auspicato exordi Recensio nu-
 ar) ienū erat Ciceronis, una parte integrū, in qua caput galeatū, mismatū pri-
 decora facie plenaq; promissa cæsarie, & erecta è ceruice pendu scorum.
 la. Pone caput unicū hoc uerbū, R O M A, scriptū erat, nihil in am Numisma cē-
 bia: ex altera pte quæ semesa erat, currus triūphalis quadrigis tra ceronii.
 hebatur, subter quæ inscripta hæc duo uerba, M. T V L I. supra
 hæc uerba X. ltera maiuscula, quæ denariū significare arbitrabar
 ex Val. Probo. Alterū fuit Cæsaris Dictatoris, in quo caput colle
 eto ac redimito capillo, facie lōgiore, naso decore promineti, oblon
 gāq; ceruice. A tergo sub charactere quodam obscuro C A E S A-
 R I S nomē scriptum erat prænomine nullo, sed Dictatoris faciē
 ex sculptura antiqua nosciturare didici, quam Romæ uidi, cuius etiā
 exemplum scitè effectū habebam in gemma. Erat etiam Augusti,
 ea facie quæ à Suetonio describitur, cristo capillo solutoq;, inscrip-
 tione, C A E S A R I S A V G V S T I: à tergo simulacru uestibule
 ædis sacræ ternis altrinsecus his literis, M A R. V L T. uidelicet
 ob Mariis Vltoris ædem ab eo extrecta. Fuit & aliud eiusdem ea-
 dem inscriptione ijsdemq; liniamentis formæ, similiq; capillo. In
 quo adnotauit faciem lœua prominentē contra aliorum numismatū
 more etiam eiusdem principis: ab altera parte erat stella radijs ad
 marginē usq; numismatis expassis, crinito uno radio, trāsuersaria
 inscriptiōe D I V I I V L I I : quod intelligimus percussū ab eo fu-
 isse post ludos funebres Cæsari consecratos in honorē stellæ crini-
 tæ quæ septē diebus apparuit. Tertiū generis fuit etiā eiusdē, ijsdē
 liniamentis habituq; eodē capitis, nisi quod oculus dexter eminebat
 cōtra q; in secundo: à tergo animal erat hircinis cornibus ac uilloso
 mēto, duobus sätū cruribus ijsdēq; bisulcis, q;bus quasi brachijs orbē
 amplexabatur, oīno armorū tenus hircus, cetera pisces, cuidam rei
 incubens quæ agnoscere non potui, inscriptiōe unius nominis A V-
 G V S T I . Id fuit genus nūmi quod Augustus syderis capricor-
 ni nota percutere instituit ob genitūræ suæ honorem, quam ei olim
 Theogenes

Theogenes mathematicus Apolloniæ existet uiuo adhuc Iulio cæ fare, prædixerat imperatoria esse. Quare cū thema sū, id est horoscopi configurationē in uulgari uellet, huiusmodi nummum percussit, ut autor est Suetonius. Habebā unum à M. Agrippa ob consulatum percussum, facie nec Iulij nec Augusti, hac inscriptione,
C A E S A R D I V I I V L I I . F. altera pars pura erat, in qua media hæc erant uerba scripta, **M. A G R I P P A C O S. D E S I G.** Vnū insigne notaui Augusti & Antonij in triumuiratu reipublicæ constitutuendæ: ex altera parte Augusti facies male expressa, hoc lémata: **C A E S A R I M P. I I I V I R. R. P. C.** in auersa parte facies M. Antonij ea plenitudine oris quæ à Plutarcho describiuntur, & ex Cicerone intelligitur in secunda Antoniana, crifpo solutoq; capillo, ea ceruicis crassitudine ex qua illa firmitate corporis conjunctio posse quæ ei Cicero in ea oratione obiicit, hoc lémata. **M A R. A N T O N I V S I I I V I R. R. P. C.** reliqua legere non potui, nec coniectura assequi quæ notis significabatur. Cæterū sc̄ue expressa facies, & pulchrioribus literis circucripta q; ea pars quæ Augusto dicata erat. Verū (ut quod nunc agitur agamus) cū horū aliorūq; nūmorū pōdū ad libellā exigere, id esse uerū deprehendi quod autore Plinio diximus, & ex Plutarcho & Appiano cōprobatur, drachmam scilicet Atticā denarij Romani pondus habere. Quod ut docere possum, rem ad pōdera nostra examinabo: sed ita

Libra Parisi ut à nemine nō intelligar. Librā nostrates duplē habēt. Zygostatica libra est quæ regia dicitur, qua negotiatores & pigmentarij aromatarijq; utuntur, omnesq; omnino qui appensas merces uendit statica. tant: hæc senundū unciarū est: Eius semissim monetarij & auri fices & uascularij librā sibi fecerūt, marçā eā uocantes. Hac librā nunc utemur ad id docendū quod suscepimus. Librā igitur Romanī in duodecim uncias distribuebant, & uncia in octo drachmas. Huius libræ bessem, se librā nostram regiā esse dico, cuius modis à zygostate publico statuitur Parisiis. Huius muneris fit mētio in legge altera de ponderatoribus libro decimo Codicis: hoc bessē nunc utemur

utemur pro libra quam marcam uocitamus, eamq; in uncias octo-
nas distribuemus, unciamq; rursus in totidem drachmas, & drach-
mas singulas in ierna scrupula, ita ut hemidrachmum sesquiscrupu-
lum ualeat. Primū hoc dico drachmā Romānā & Atticā à no-
stris uocitari grossum, & scrupulū denariū, & semigrossum esse
nobis semidrachmā Atticā, quā drachman nostri sterlinos duos
& dimidiatum dictūt: qua ratione pondus nostrū facile congruet
cum antiquo: Hoc modo teneamus libram nostrā cum latina libra
comparatam subsesquiplam proportionē habere, quā habet bes ad
assēm: quippe cū libra nostra (de octonaria semper loquor quā mar-
cam uocitari diximus) quatuor & sexaginta grossos capiat, id est
octies octo: si trientē addideris bessi, id est duos et triginta grossos
seu quaternas uncias, librā utiq; efficies plenā antiquā, sex &
nōnaginta drachmis constantē, ut antea dictū est: qui numerus exīt
ex unciarū numero per drachmarū numerū multiplicato, hoc est
ex duodenario in octonarium ducto. Hæc est exacta libræ ratio,
tamen semunciam addere nos oportet, cum libra in ratione nūma-
ria cum mina græca exæquata sit, & planè sit centenaria. Erū er
go libralatina non modo sesquialtera nostræ libræ id est sesquili-
bra nostra, sed etiā præterea quatuor drachmas habuisse intellige-
tur. Sed nihil hoc conturbare nos debet. Satis est enim ad facilem
huius rei explicationem quod grossus noster cum drachma Attica
conuenit, & denarius cum scrupulo: grossō autem uocabulo utar
non uerecunde, cum latinum uerbum sit, licet alio significatu anti-
quis usurpatum. Non me latet apud Plinium aliud de numero de-
nariorum in libra leſtitari, sed illud mox uiderimus: nullam enim
omnino aut præuaricationis suspicionem, aut connuentiæ lectori
relinquemus: omnia in disquisitionem uocabuntur, cum omnia dis-
soluere possimus, uel Herculis nodo perplexa, sustineant tantum le-
ctores iudicia quoad omnia perlegerint. Interim tamen hoc affir-
manus, in singulas libras centenas drachmas statuendas esse: alio
qui singula sestertia contra omnium scriptorum autoritatē denarijs
denis

Grossus pro
drachma At-
tica.

Scrupulus p
denario gal-
lico.

Libra Roma-
na eadē cum

mina græca.

denis deficerentur, et singula millia quadragenis sestertijs nūmis-
cum luce clariss ostēsum sit quaternos sestertios in singulis dena-
rijs drachmīq; Atticis fuisse. Verū enim uero cū numismata iā di-
cta cū alijs permultis exquisita libra pensitarē, deprehēdi Tullia-
num illud & illud Augusti capricorno signatū aliāq; nōnulla, ita
pēdere drachmā id est grossum nostrū, ut lanx ex æquilibrio facile
cū numismate uergeret: cotra aut̄ duo illa quorū alterum Cæsaris
dictatoris & alterū Augusti stellatū erat, tam maligne grossum
pendere q̄ illa priora prolixē: ut tātundē illis percussorū auaritiae
decessisse diceret, quantū illis accessisse benignitate seculorū. Triū
uirale æquilibriū faciebat quasi seueris magis q̄ benignis autoribus.
In Marci Agrippæ nūmo bilanx raptim sivebat à pondusculo: quæ
in iusto numismate etiā surrigi debet. In eo quarta et uicesima pars
(ut minimū) nō detrita sed detracta uidebatur, in alijs itidē per-
multis par ferè deceſſio: ut in eo Augusti qui à postica facie hæc in-
scriptionē habet, OB CIVES SERVATOS: quā ambit corona gra-
minea: sed tamen ut qui uis facile iudicaret, drachmæ pondere in-
ſtitutas eorum formas fuisse, eaq; ipsa tantidem oblocabilia. Habe-
bam & recentiorum temporum ut Maximini imperatoris & alio-
rum principum, in quis & matris Alexadri hoc lemmate: I V L I A
M A M E A A V G . literis iam à Romanis degenerantibus ac semibar-
baris, cæterū argento & pondere supradictis deteriora. Hæc suf-
ficere arbitratus sum ad examinationē ponderis quod non in meis
tantum sed etiam in alienis nummis exegi: quæ plurima & omniū
propè consulū atq; principū uidi. Confectum igitur iam habe-
mus, libram Romanam centum grossos nostros habuisse. Quare si

Aestimatio
prædictorū
numismatū,

huius temporis aestimationem sequi uolumus, in singula pondo Ro-
mana decem & septem francicos, tres solidos turoneos, & nouem
denariolos statuere necesse est: aestimationem nunc legitimam se-
quor & edictalem, non negotiatoriam & uulgarem: dicto enim
principalī libra argenti undecim francicis aestimata est, licet pas-
sim duodecim iam uaneat, Cū enim, ut diximus, libra antiqua se-
quili-

quātriplex fuerit nostræ, & præterea semunciam habeat, pro duodecim uncijis sedecim frācicos & decē solidos numerabimus: pro semūcia decē & tres solidos & nouē denarios. Ita fit ut mille nummi, id est singula sestertia, æstimari à nobis duobus & quadraginta frācicis, unde uiginti solidis, et quatuor denarij debet: uel (ut summa rotū detur, & minutiarū tædio liberemur) tribus et quadraginta francicis, hi ducatos duos & uiginti, et triginta quinq; solidos turoneos faciunt: quibus si duos solidos & semissim addas, fiēt ducati tres & uiginti. Ducatos legitima æstimatione accipio, ut xxx. solidis Parisinis ualeant, id est solidis turoneis triginta septem & semisse. Hactenus igitur legitimam iustumq; æstimationē in singula millia nūmū habemus, nisi quod octo denariolos addidimus .i. bessem solidi. Huic summæ ad uulgarem æstimationem argenti paulo minus quatuor francicū desunt: nam cum argenti lābra octonaria uulgo duodenis francicis permuteatur propter argenti inopiam & numismatis ieuiuitatem, in singulas uncias ad legiūmum pretiū bini solidi & semis accedunt, quas uncias in sestertijs singulis tricenas singulas esse liquet ex ijs quæ supra diximus, atq; eo amplius quadrantem unciae, id est binos grossos, hi solidi paulo plus duobus ducatis ualeat æstimatione antedicta. Qua ratione fit, ut in singula sestertia, si extendere pretium uelis uulgarī iudicio, quinq; et uiginti ducatos statuere, aut certe totidem nostros salatos aureos possis. Ego tamen ad legitimam æstimationē nihil adderem, si commodum aliquem numerum in eo nactus essem, quo ueluti radice uti ad maiorum summarum cumulationem possem: id quoniam fieri nequit, quindecim tantum solidos adjiciam, ut mille nūmū quinq; & uiginti aureis coronatis æstimetur, id est qua Quāti mille draginta tribus francicis & dodrāte, ita ut coronatū quinq; et tri nūmū æstinginta solidis esse intelligamus, quāti scilicet locabatur ubere re nū mari debeat. maria: solidos autem semper appello qui duodenarij nunc dicuntur, in Italia nō ignoti. Proinde tandem accedamus ad exēpla, quasiq; pedē cū rerū explicatione cōferamus: et primū illud uideamus Trāquil.

in Au-

in Aug. quod corruptū esse non emendatū ab enarratoribus diximus. Senatorū censum ampliauit, ac pro octingentorū milliū summa duodecies festerium taxauit. Sic enim legit Blodus in Roma triūphante. Tametsi hoc tēpore ea uerba intelligi non posse existimat. Nos duodecies festerium docuimus significare duodecies cētēna millia festerium nūmūm: & in singula millia quinq; & uiginti coronatos taxandos cōstituimus. Si igitur mille ac ducentos quinquies et uicies numeraueris, triginta millia coronatorū cēsum senatoriū fuisse cōperies: & ex Tranquillo hoc noueris, Augustū censum senatoriū ex uiginti millib⁹ ad xx̄x. millia auxisse. Quod aut expeditius lector rationē eorū quae dicenda sunt ineat, hoc tenere oportet, centū festeria duo millia & quingentos aureos coronatos ualere, hoc est centies uicenos quimos. Ut aut ad hunc locū ægre & suspiciose atq; anhelabū de euasim⁹, ita ab hoc loco iā per prona eadēq; amoena aliquandiu euagari licebit. Idē Tranquil. in Cæsare: Ludis Decius Laberius eques Ro. mimū suū egit: donatusq; quingentis festerijs & annulo: sessum in quatuordecim ex scena per orchestrā traxit. Laberius poēta donatus est censu eque stri, id est coronatorū nostrorū xii. millibus & quingentis: sic enim loq mihi per anticipationē pmiattā, quasi iā tūc aurei nostri fuerint, quo expeditius hoc munere defungar. Macrob. li. II. Sat. Laberii a sp̄ræ libertatis equitē Ro. Cæsar quingētis millibus in uitauit ut prodiret in scenam, & ipse ageret mimos quos scriptiabant: sed potestas nō solū si inuinet, sed etiā si supplicet, cogit: unde se Laberius à Cæsare coactū in prologo testatur his uersibus:

Necessitas cuius cursus transuersi impetum

Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt. & reliqua.

Idē: Publius mimographus Romæ productus per Cæsarī ludos, oēs qui tūc scripta et operas suas in scēnā locauerant, prouocauit, ut singuli secū posita inuicē materia pro tēpore contenderent: nec ullo recusante, superauit oēs, in quīs & Laberii: unde Cæsar aridens hoc modo pronuntiauit; Fauente tibi me, uictus es Laberi à Syro:

Syro: statimq; Publio palmam, & Laberio annulum aureum cum
quingentis sestertijs dedit. Simile est apud eundē Trāquil. in Ty-
berio: Munus gladiatoriū in memorī patris, et alterū in aui Dre-
si dedit diuersis tēporibus ac locis: primū in foro, secundā in amphē-
theatro: rudarij quoq; quibusdā reuocatis autoramento centum
millium. Non mirū Cæsarem mimographo poētæ duodecim mil-
lia & quingentos aureos nostros dedisse, si Tyberius gladiatori-
bus qui iam immunitatem & missionē gladiaturæ uel meruerant
uel impetrarant, duo millia & quingētos dedit in singulos, ut iu-
rum depugnarent spectante populo. De censu equestri Plinius li-
bro tricesimotertio: Tyberij demū principatus nono anno in unita-
tem uenit equester ordo, annulorumq; autorizati forma constituta
est. Et paulo inferius: Hac de causa constitutum, ne cui ius annulē
esset, nisi cui ingenuo ipsi patri auoq; paterno sestertia quadringē-
ta census fuissent, & lege Iulia theatrali in quatuordecim ordinib-
us sedendi. Ex hoc dicto Trāquilli patet censum equestrē à quin-
gentis sestertijs ad quadringenta contractū, id est ad pristinā for-
mam redactū. Recenseamus exēpla. Cladem Lugdunensem (in-
quit Tacitus) quadragies sestertio solatus est princeps, ut amissa
urbi reponeret. Ego quadragies sestertiū ēre nostro cētu millia Quadragies
aureorū fuisse dico, quā pecuniā Nero ad reparandū Lugdunum sestertiū.
oppidum cōtulit, & apud Pliniū: Aesopi tragicī histriōnis patina
sexcentis sesterijs taxata est, id est quindecim millibus coronato-
rū. Quo in loco ne incredibile sit quod supra diximus, aues centū
canoras, aut hominis sermone uocales senis millibus singulas em-
ptas, fidem faciet Macrobius qui libro primo Saturnaliū de libera-
litate Augusti loquens: Sublimis, inquit, Aetiacā uictoria reuerte-
batur: occurrit ei inter gratulantes coruū tenens, quē instaurerat
hoc dicere: Aue Cæsar uictor imperator: miratus Cæsar officio-
sam auem uiginti millibus nūmū emit. Socius opificis ad quē ni-
hil ex illa liberalitate prouenerat, affirmauit Cæsari, habere illū
& alium coruū, quē ut afferre cogeret rogauit, allatus uerba quæ
Cēsus eque-
ster.

didicerat expressit, aue uictor imperator Antoni: nihil exasperatus, satis duxit iubere illum diuidere donatiuum cum cōtubernali.

Cleopatræ Coruum ergo loquacē Augustus uiginti seftertijs emit, id est quin gentis aureis nostris. Et Cleopatra Aegyptii reginarū nouissima unio.

Centies seftertiūm. Centies seftertiūm estimatione prædicti autem ducentia quinquaginta millia aureorum coronatorum ualet, et quadringenties seftertiūm decies centena millia aureorum, quanti idem Plinius estimauit ornatum Lolliae Paulinæ, de qua supra diximus, et Cicero furtæ Verris in prouincia. Quoniam uero multa dicturi sumus fidem propemodum excedentia, lectores præmonitos uelim, ne Romanas priscaſq; diuitias, huius temporis opulen-

De opulētia Romanorū. tia publica priuataq; metiantur. Vrbem enim Romam totius prope orbis spolijs locupletem fuisse historica fide planū fieri potest, ijs quidem certe qui latinos græcosq; scriptores rerum gestarū lectorū marint: non modo enim duces imperatoresq; Romani ui aperta bellica in hostico, sed etiam proconsules prouinciarumq; præfides in pacato furtis rapiniſq; expilationibus grassabantur quā sacrum, quā prophanum domum suam quisque auertentes. Inde il-

lud Satyrographi poëtae.

Inde Dolobella est atq; inde Antonius, inde
Sacrilegus Verres, refrefebant nauibus altis
Occulta spolia & plures de pace triumphos.

Cimeliar- ebium. Equidē (quod ad me attinet) cū hæc quæ in hoc opusculū congeſſi animo reputarē, ea mihi species urbis Romæ animo obuerſabatur quasi arcē quandā expilatorū orbis terrarū uiderē, & uelut cōmu- ne gentiū omnīū cimeliarchiū (ut uerbo Iustiniani principis utar) i. sanctius cōditorum rerū toto orbe eximiarū. Vidimus iā de Lolio uerba hæc Pliniij. Nec dona prodigi principis fuerāt, sed auiae opes, prouinciarum scilicet spolijs partē; hic est rapinarum exitus, hoc

hoc fuit quare M. Lollius infamatus regū muneribus in toto oriente, interdicta amicitia à C. Cæsare Augusti filio, uenenum biberet, ut neptis eius quadringenties sestertiū operta spectaretur ad lucernas. Hactenus ille. Quātam igitur summam rapinarum Lollii fuisse existimamus, cum decies centenis millibus aureorum æstē marentur gemmæ, quæ ad neptem eius peruererunt? Vidimus & de Caio Verre cui Cicero quadringenties sestertiū lītē æstimandam esse contēdit. Ingentia autē commoda Romanorū magistratuū etiam urbana fuisse, ex hoc coniçere licet, quod moris fuit, ut finito magistratu ludos ederent magnificos, & uenationes, ac muna-
 ra darent, id est gladiatorū multa paria ad uulgi oculos oblectan-
 dos depugnatura: quam ueluti mercedem populus & pretium ac-
 cipiebat collatorū suffragio suo magistratum. Quem more cōme-
 morās Cicero in secundo officiorum ita inquit: Quanq; intelligo in
 nostra ciuitate inueterasse iam bonis temporibus ut splendor ædilitati-
 tum ab optimis uiris postuletur: Itaq; et Publius Crassus tū cognō-
 mine diues tū copijs, functus est ædilitio maximo munere. Et pau-
 lum infra: Hūc est Scaurus imitatus. Munificissima uero nostrē
 Pompeij munera secundo consulatu, in quibus omnibus quid mihi
 placeat uides: uitāda tamē est suspicio avaritiæ: nam Mamerco ho-
 mini diuissimo prætermisso ædilitatis cōsulatus repulsam attulit.
 Quare et si postulatur a populo, bonis uiris si non desiderantibus,
 attamen approbantibus, faciendum est, modo pro facultatibus, ut
 nos ipsi fecimus. Etsi aliquando res aliqua maior atq; utilior popula-
 ri largitione acquiritur, ut Horesti nuper prandia in semitis no-
 mine decimæ magno decori fuerunt. Ne M. quidem Seio id ui-
 tio datum est, quod in caritate annonæ aſſe modiū populo dedit.
 Magna enim se & inueterata inuidia nec turpi iactura (quando
 erat ædilis) nec maxima liberauit. Plinius libro octauo de hoc lo-
 quens: Leonum simul plurium pugnam Romæ princeps dedit Q.
 Scæuola P. filius in curuli ædilitate, cētū aut iubatorū primus oīm
 L. Sylla qui postea dictator fuit, in prætura. Post eum Pompeius

De muneri-
 bus ædilijs
 & uenationis
 bus.

magnus in circo DC. ac in ijs iubatorum CCCXV. Cæsar dictator quadringentos, quanquam in antiquis libris uerbum DC. non legitur: ex quorū obseruatione locus ille mēdosus esse uidetur. Idem de uarijs id est pantheris loquens: Senatus consiliū fuit uetus, ne lice ret Aphricanas in Italianam aduehere: contra hoc tulit ad populum Gn. Aufidius tribunus ple. permisitq; Circensiū gratia importare: primus aut Scaurus ædilitate sua uarias CL. uniuersas misit, dein de Pompeius Magnus quadringentas decem, diuis Augustus quadringentas uiginti: ibidem emendandū unum uerbū censeo quanq; refragante antiquorū exemplariū fide: Ferunt (inquit Plinius) colore earū mire sollicitari quadrupedes cunctas, sed capitis toruatae terrori: quāobrem occultato eo reliqua dulcedine imitatas corripiunt. Hoc Plinius dictū cū ex Aristotele trāslatiū effe liqueat, nimirū ex eo emendari debet. Is enim libro nono de historia animalium: λέγουσι δὲ καὶ κατανευούσχον τὸν πάρθονταν ὅτι τῷ οὐρῷ σκυτῆς χρόνουσι τὰς θηρίας, ἀπρόκριτονσαν ἔσται τὸν θηρένδν, προστένει τὸν γένναν καὶ λαχμάζονταν, ὅντως καὶ τὰς ἐλάφους. Aiunt autem (inquit) pantherā intelligentē quod odore sui animates gaudeat, occultare se ēt ita eas captare: quippe accedētes propius rapere, in quibus ēt ceruā. Odore igitur nō colo apud Pliniū legēdum: quod ne à quoq; refelli possit, uel Plinio ipso iudice uincam, qui libro uigesimo primo de odoramentis loquens: Animaliū, inquit, nullum odoratū, nisi de pantheris quicq; dictum est, si credimus. Idem Plinius: Annalibus notatū est. M. Pisone M. Messala consulibus Domitium Aenobarbū ædilē curulē ursos Numidicos centū, ēt totidem uenatores Aethiopas in circo dedisse. Idem libro tricesimo-quarto: In M. Scauri ædilitate tria millia signorū in scena tantum fuere temporario theatro. Et rursus libro tricesimo sexto CCCLX. columnas M. Scauri ædilitate ad scenam temporarij theatri, ēt uix uno mense futuri in usu, uiderunt portari silentio legū. Et rursus alibi: Scaurus fecit in ædilitate sua opus maximū omnium quæ unquam fuere humana manu facta: non temporaria mora, uerū etiā

eterni-

eternitatis destinatione. Quibus uerbis significat Scaurus in ædilitate sua ad populi oblectationem scenam ieporariam & statim ludis factis diruendā, fecisse: sed quæ uinceret magnificēia clarissimum opus omnium quæ unquam facta sunt, etiam eo animo ut perpetua essent. Viruuius in præfatione decimi libri ludorum et munorum huiuscmodi meminit qui priuato sumptu fiebant, qui etiā eorum summa industria et machinatione apparādorum, prætoribus ædilibusq; necessitatē iniungit. Quantū aut̄ stetisse Marco Seio liberalitatē putam⁹, q; in caritate annonæ modiū frumenti asse populo ueditauit: quod Cicero dixit in loco supradicto: asses deni in denario fuerūt, & sestertijs quaterni. Hic æstimatione à nobis instituta tribus duodenarijs & semissē ualuisse deprehēditur, cū libra de cem aureis æstimetur: qua ratione sestertijs nummus decem denariolis & semissē, id est obolo nostro ualet, sic asses singuli quaternis denariolis æstimabuntur. Quāti aut̄ frumentum esset Romæ ex Cicerone coniūcere possumus, qui in frumentaria actiore ita inquit: Frumentū emere in Sicilia debuit Verres ex senatus consilio, & ex lege Terentia & Cassia frumentaria: Emundi duo genera fuerunt, unum cæterarum decimarū, alterum quod præterea ciuitatibus æqualiter esset distributū. Illius decumani tantum quātum ex primis decumis fuisset: tritici modiū DCCC. millia: pretiū autem constitutum decumano in modios singulos sestertijs ternis, duo detricies: imperato, sestertijs quaternis. Ita ut frumentum imperatum sestertiū: m duodecies in annos singulos Verri decernebatur quod aratoribus solueret: in alteras decimas fermè ad nonagies. Sic per trienniū ad hanc frumenti emptionē Siciliensem propè centes & tricies erogatum est: hanc pecuniam tantam tibi ex arario inopi atq; exhausto, datam ad frumentū: datam ut Siculis aratori bus, quibus tanta onera respublica imponeret, solueretur: abs te lacraturum sic esse dico, ut possim illud probare si uelim, omnem hanc pecuniam domū tuam reuertiſſe. Hunc locū Ciceronis qui lōge alter in exemplaribus legitur, sic emendandū esse censui, quoad emen

datoria reperiantur exemplaria, & eius hunc sensum esse, ut intel-
ligamus triplicem frumentationem Siciliësem fuisse: Primam ue-
tigalem, quæ decumana erat: alterā tñidem decumanā non etiam
gratuitam, sed ut aratores Siculi alteram decumam daret, ternis
sestertijs in modios taxata. Has duas certas statiq; numeri frumen-
ti fuisse, id est octingenū millū modiū in singulas: tertia non de-
cumianam sed incertā & pro necessitate reipublicæ indici solitam
& qualiter ciuitatibus. Proptere a igitur decumani nomine Cicero
quotānis duodetries sestertiū imputauit Verri, quippe cum fru-
menti modius trīnis sestertijs estimatus esset, si ter octingenēta mil-
lia numeres, si uicies quater cētēna millia nūmūm quotānis: qua-
re potius DCCC. millia legēdum uidetur, ut siāt septies & uicies
cētēna millia nūmūm: quæ si ter rursus numeres: siāt semel & octo
gēs cētēna millia nūmūm in triēnio, ut sit, quod Cicero dixit, fer-
mē ad nonagies: omnia augens oratorie. Malim tamē locum mēdo-
sum relinquere, q̄ hanc sententiā asserere, præsertim cū duodetri-
es nō quadret in annos singulos. Non nihil tamē adminiculatur
hic locus ad id quod de sestertijs diximus, quū cēties & tricies se-
stertiū pro tāta pecunia dixerit. Verū cū publica & æterna fru-
menti estimatio quaternū esset sestertiū in Sicilia frumenti fera-
cissima, quāti putamus fuisse Romæ in caritate annonæ? Et quan-
tū lucrū cōtēpsisse eū qui assibus uēdiderit si domi repositū habuit:
aut lacturā fecisse si in Siciliā aut Carthaginē petierit? Nā ut in
capua ciuiū singulis modijs defunctus sit, quod credibile nō est, ut
postea intelligetur, nō minus q̄ trecenta millia hominū plebeiorū fue-
runt. Legimus apud Eusebiū quo tēpore Cicero Quintiū reū pa-
trocinio suo defendit, cēsu Romæ acto inuēta esse hominū millia
quadrinēta sexagintatria: ut ergo trecenta millia hominū fue-
rint tantum, & Seius tot modijs defunctus sit, nec pluris Romæ
frumentum in annonæ inopia quām apud Siculos in solita uberta-
te fuerit: Seius in populum mille ac ducenta millia nūmūm, id est
duodecies sestertiū dilarginus est, nisi quōd in singulos modios
assēm

assent seruauit. Quod si ad uerisimile exigere hoc uelis, minimum
 haec summa duplicabitur. Itaq; merito Lactati^o libro sexto ita scri-
 bit: Quid enim dicēdum est de ijs qui populari leuitate ducti, uel
 magnis urbibus suffecturas opes exhibēdis muneribus impendunt:
 nisi eos demētes ac furiosos qui præstet id populo quod & ipsi per-
 dāt: et nemo eorū quibus præstatur accipiat. Et rursus alibi: Quid
 prodest perdīre nequiniæ bestiarios facere locupletes et instruere
 ad flagitia? Plinius libro tricesimotertio. Non erat apud antiquos
 numerus ultra centū millia: itaq; hic & hodie multiplicatur, ut de-
 cies cētēna millia aut sēpius dicantur. Fēnus hoc fecit nummuq;
 percussus, & sic quoq; & alienū etiā appellatur: postea diuines
 cognominati, dūmodo notū sit eū qui primus acceperit hoc nomen,
 decoxisse creditorib⁹ suis. Ex eadem gente M. Crassus negabat
 diuinem esse nisi qui reddiū annuo legiōnem tueri posset. In agris
 suis sestertiū uiginti millia possedit, Quiritiū post Syllam diuise-
 mus: nec fuit satis nisi totum Parthorū esurisset aurum, atq; ut no-
 men quidem optimum occupauerit (iuuat enim insectari inexplēbi-
 lem istam habendi cupiditatem) Multos postea cognouimus serui-
 tute liberatos opulentiores, pariterq; tres Claudi principatu, Pal-
 lantem, Callistum, & Narcissum. Atque ut hi omittantur rāquam
 adhuc rerum potiantur. C. Asinio Gallo C. Martio Cyrino con-
 sulibus ad sextas calendas Februarias C. Cæcilius Cladius Iſi-
 dorus testamento suo dixit, quamvis multa ciuili bello perdidisset, Cladius
 tamen reliquere seruorum quatuor millia centum sedecim. Iuga-
 boum tria millia sexcenta: reliqui pecoris CCL. septem millia: in
 numerato pondo sexcenta millia: qui funerari se iussit sestertijs un-
 decim millibus. Hæc uerba Plini non modo sic in impressis exem-
 plaribus, sed etiam in antiquis quibusdam leguntur: quæ si uere le-
 guntur, nugatoria sunt quæ diximus, tametsi testatissima: in anti-
 quissimo exemplari legimus: in agris HS. M. M. possedit: ita ut due
 M. M. similitudinem haberent literæ postremæ in græcorum al-
 phabeto, sed inuersæ, cuiusmodi & alibi in antiquis libris legimus. Diuīnia
 Crassi,

Lego igitur, in agris sestertiū bis millies possedit, hoc est ære nostro quinquagies centena millia aureorū coronatorū. Huius si uice simā partē pro redditū annuo statuamus (siue in agris eum redditū, siue in mācīpijs artificibus, siue in fœnore fuisse intelligimus) fient ducenta quinquaginta millia: quæ si ita dispensemus, ut gregarius miles quaternos in mensē aureos accipiat duodequinquagenos in annū, decem cohortiū quinquageneriarū legio ali potuit. Restabunt decē millia, quorū quinq; millia in quinquaginta centuriones statuimus pro duplicando stipendio, et quinq; altera pro ijs qui à Græcis ἔκταχει, id est superordinati dicuntur, ut cornicines, signiferi, caduceatores, & fabri qui machinas faciunt. Quod se apud Plinium uiginti millia sestertiū legamus, significabuntur quingenti aurei: si uicies sestertiū, quinquaginta millia: si uicies millies, immensa summa. Errore igitur librariorū lubrico quidem ipso in notis numerorū uel summarū, ut postea uidebimus, factum est ut pro sestertiū bis millies, sestertiū uiginti mil. legeretur: astipulante scilicet tot ætatum ignorantia, præsertim quod ad hæc uerba perinet. Cum hoc dicto pugnare uidetur id quod Seneca libro de uita beata his uerbis inquit: M. Cato cū laudaret Curium & Coruncanū, & seculū illud in quo crimen erat paucæ argenti armillæ, possidebat ipse quadragies sestertiū: minus sine dubio q Crassus, plus q censorius Cato: maiore spatio proauum uicerat, q à Crasso uinceretur. Si igitur quadragies hic recte legitur, oportet M. Porciū minus octoginta sestertijs, hoc est duobus millibus aureū nostrorū in cēsu habuisse, quū quinquaginta partibus Crassus maiorē censum quadragies sestertiio habuisse legatur, & tamen pluribus partibus quadragies sestertiū maius fuisse censu Porciāno dicatur à Seneca. Verum hoc esse falsum facile ex Plutarcho intelligimus, qui quaestu & parsimonia patrimonii auxisse Catonem seniorē testatur. Ideoq; iuniorē Catonē hæreditatibus locupletatū esse narrat. Hoc ideo diximus ne quid præteriisse cōsulto aut oscitanter uideremur: Sed & in sequentibus nonnihil de Crassi dī uitij;

ūtijs dicetur. Quod autē sequitur de Cæcilio: In numerato pondo sexcenta millia, in antiquissimo libro HS. DC. legitur. Observauī autem in antiquis, H. & S. cum apice, significare seftertium. Apicē aut̄ porrectū super quemcūq; numerū, millia significare, ut DC. cum apice sexcenta millia. Sexcenta autē millia pondo argenti aestimantur a nobis sexages centena millia aureorū. Quae cum immensa sit pecunia et maior censu Crassi, qui Quiriniū post Sylā diximus ab eodē Plinio fuisse dicitur, legēdū puto seftertiū sexcenties, quod signat quindecies centena millia coronatorū. Non enim memini me legisse ut latini pondo aut libras de numerata pecunia dicerent, etiam si minis Græci in hac significatione utūtūr. Nam quod Liuius argenti pondo bina et selibras in militē præstaret, dixit: ad argentū infectū retulisse mihi uidetur, quo etiam loquēdi modo nūc utimur cū argenti marcā uel auri dicimus, tam pecuniā significātes quanti edicto principis aestimātur. Nec tamē me latet quod Plinius in mentione curinariū dixit, qui locus in ordine tandem incurret & explicabitur à nobis. Illud quod sequitur, q; funerari se iussit seftertijs XI. lego seftertiū undecies. Ne aut̄ fide careat quod de Crasso diximus, citetur locus Pliniij li. XVIII. apud quē de positione uillæ et modo agri colēdi loquentē, sic in oībus libris impressis legitur: Modū agri in primis seruandū antiqui putauere, quippe ita censem̄bant, satius esse minus serere & melius arare. Qua in sentētia & Vergiliū fuisse uideo: uerūq; cōfidentiis latifundia prodidere Italiā. Iā uero et p̄uincias sex & semissē domini Aphricæ possidebāt cū interfecit eos Nero princeps. Nō fraudabo magnitudine hac quoq; sua Gn. Pōpeiu, qui nunq; agrū mercatus est conterminū. Miror quid his uerbis significari Plinij emendatores intellexerint. Ego ita restituendū locū affirmo: Ve Plinij locus rūq; cōfidentibus latifundia perdidere Italiā, iam uero & prouincias: deinde post distinctionē inferēdū, Sex domini semissē Aphricæ possidebant, cū interfecit eos Nero princeps. Non fraudando magnitudine hac quoq; sua Gn. Pōpeio, & reliqua. Iam uero pro

Nero' p̄tia. iā etiā, qnetiā, locutio ē Plimiana: ut illa uero, pimmo etiā, uel qn-
 immo illa, li. xvi. cap. xxxiiii. et lib. xiiii. cap. xxi. illi
 uero & uenientē, pro immo etiā. Sic apud Ciceronē aut uero, pre-
 aut etiā: & nec uero, pro nec etiā: apud Græcos ὥδη, & ov̄ ulius
 ḥ sic dicitur, hoc est iā uero, & neq; uero. S̄esus est igitur, latifun-
 dia perdidisse nō modo Italiā sed etiā, p̄uincias, hoc est steriles redi-
 didisse, cū solū frugiferū male cultū maligne quoq; fruges redde-
 ret, & Aphricæ propè dimidiū ab hominibus sex opulētis obiineba-
 tur: quo noīe à Nerone principe rapacissimo cōfiscati, insuper etiā
 capiē poenas luerūt. Hoc aut tū cōtigisse existimo, cū Nero spe de-
 strutus, quā de gaza antiqua Didonis cōceperat in Aphrica eruē-
 da, ad rapinas improbissimas et delationes excūadas animū cōse-
 leratū intēdit, ut autor est Tranquillus. Vt aut sciamus q̄ sint nu-
 meri apud Pliniū mendosi, age conferamus Pliniū cū reliquā auto-
 ribus, atq; etiā ipsum secū. Iā primū libro sufragāto ubi de ærario
 Po. Ro. ut copioso loquitur & opulento: Auri (inquit) in ærario
 populi Romani fuere Sex. Iulio L. Aurelio COSS. septē annis an-
 te bellum Punicum III. pondo D C C X X V I. argenti nonagin-
 ta duo millia, & extra numerum C C C & L X X V . Si priuatus
 homo Cæcilius Isidorus, sexcenta millia pōdo argenti habuit, quo-
 nam modo ærarium locuples existimabūr, quod cētum millia nō
 habuit? Idem paulo post: Intulit & Aemylius Paulus Perseo rege
 Macedonico deuictō prēdā pondo trium milliū: à quo tempore po-
 pulus Romanus tributum pendere desit. Plutarchus de triumpho
 Pauli loquens: Post armorum currus tria uirorum millia sequebā-
 tur, qui numismata ferebant argentea uasis trecentis quinquagin-
 ta: uas erat quodlibet trium talentorū: quatuor uiri singula uasa
 portabant: alij crateras argēteas & phialas calicesq; ornatisimos
 & ingentes certo ordine deferebāt. Et paulo inferius: Postea se-
 quebantur qui aurea numismata gerebāt in uasis trium talentorū,
 ut supra de argēteis dictum est: numerus uasorum fuit tria & octo
 ginta. His uerbis Plutarchus autor est, mille & quinquaginta tar-
 lentia

lenta argenti, & ducenta undequinq̄inta auri in ærariū illata
 esse, præter uasa aurea argenteaq; . Plinius tria millia pondo non
 addiū auri argenti' ue:at ego dico uicies maiorem numerum apud
 Plutarchum esse quam apud Plinium, id quod ex dicendis appare
 bit. Alioqui quonam pacto populus Romanus tributa pendere pro
 pter ærarij opulentia desūsset? Sequitur rursus eodē Plinij loco:
 Sex. Iulio L. Martio C O S S. hoc est belli socialis initio, octingē
 ta quadraginta sex auri pondo fuere in ærario. Cæsar primo in-
 trouu urbis in ciuili bello suo ex ærario protulit laterum aureorū
 xxvi. millia & numero pondo trecenta: nec fuit alijs temporibus
 respublika locupletior. Hactenus ille. Quomodo memorabile Plinius
 existimauit in ærario Romano octingēta tunc auri pondo fu
 isse, cū Cæsar postea sex & uiginti aureorū laterū millia ex æra
 rio abstulerit? de quo loquēs Orosius li. vi. ita inqt: Cæsar Romā Copie æra-
 uenit, negatāq; sibi ex ærario pecunia fractis foribus inuasit, ptu
 līq; ex eo auri pondera IIII. MC. XXV. argēti pondera propè
 DCCC. Orosii nūerus multo minor est Pliniano, ut utrobiq; cor
 ruptū esse appearat. Ego in antiquissimo exemplari ita primū illū locū
 legi: Auri in ærario Po. Ro. fuere Sex. Iulio L. Aurelio C O S S.
 sep̄e annis ante Punicū bellū III. pondo XVI. DCCX. argēti
 XXII. LXX. & in numerato LXII. LXXXV. CCCC. Sex. Iu
 lio Martio COSS. hoc ē belli socialis initio auri XVI. XX. DCCC.
 XXIX. C. Cæsar primo in trouu urbis ciuili bello suo ex ærario
 protulit laterū aureorū XV. argenteorum XXXV. & in nume
 ro HS. CCCC. nec fuit alijs temporibus resp. locupletior. Intulit
 & Aemylius Paulus Perseo rege uicto ē Macedonica præda HS.
 II. III. à quo tempore Po. Ro. tributū pēdere desit. Hæc uerba in
 serēda huic operi duxi, ut legētibus iudiciū integrū seruaretur. Si
 qd tamē cōminisci licet, hūc locū sic restituere possumus ex uetus
 exemplaris & aliorū obseruatione. Auri in ærario populi Ro. fu
 ere sep̄e annis ante bellū Punicū III. pondo septingenta millia ui
 ginti sex: argēti nonaginta duo millia, & in numerato trecenties

& septuagies quinquies. Item Sexto Iulio L. Martio cons. hoc est
 belli socialis initio auri pondo octingēta millia XLVI. Et inferius
 Intulit & Aemylius Paulus Perseo rege victo è Macedonica præ-
 da festertium ter millies. In Cæsar's autem mentione locus mutila-
 tus sic restituendus: Protulit laterū aureorū quindecim, argenteo-
 rum XXXV mil. & in numerato festertium quadringēties. In ha-
 rum summarū æstimatione ineunda in singula pondo centenos au-
 reos solatos statuendos esse arbitror, quia in tanta copia auri ne-
 cessere est partem fuisse mediocris notæ, utpote quod esset cōflatum
 è uasis & supellecili, sic fit ut singula centena millia cēties cente-
 na millia aureorū ualuerint: ita septingenta millia, septingenties
 centena millia ualuerunt. Argenti autem nonaginta duo millia dena-
 rior multiplicata, nongentis uiginti millibus coronatorū æstimatur,
 & trecēties & septuagies quinquies festertium, nongētis quadra-
 ginta circiter millibus. Sed uix uerisimile est sepius plus auri q̄
 argenti fuisse. Quod si uetus exemplar uerū esse aliquis existi-
 mauerit, sic legendū erit fortasse: Pondo sedecies septingēta, argē-
 ti nonages bis octoginta quinq; millia (quanquā in uetusto, uicies
 bis LXX. CCCC. legatur) et in numerato sexagies bis octuaginta
 quinq;. Hæc summa immensa est omnino, quippe sedecies centena
 millia & septingēta pondo intelligo, quæ centes multiplicata mil-
 lies & sexcēties cētēna millia aureorū ualent. Argenti autem summa
 nonages bis decies multiplicata, noningēties uicies centena, præ-
 ter numeratā pecunia. Quæ utrū ad festertia, an ad aureos refe-
 renda sit, mihi non liquet, quare nihil statuo. Si tamē uetus in nume-
 ros sequi placeat, nō uideo quomodo XXII. LXX. CCCC. aliue
 legere possumus quam uicies bis septuaginta millia quadringenta,
 quæ summa argenti ad nūmum relata ducenties uicies septies cente-
 na, & quatuor millia coronatorū effici. Idemq; censeo de eo quod
 sequitur: Belli socialis initio auri pondo XVI. XX. DCCC. XXIX.
 quod si non mēdose legitur, utiq; sic interpretandum est. Sedecies
 uiginti millia octingenta undetriginta, hoc est sedecies cētēna ui-
 ginti

ginti millia. Centena enim antiqui subintelligenda relinquere solebat, eo modo quo in his uerbis quadringenties sestertiū pro quadringenties cētēna millia sestertiū, ut docuimus, & debere ducenties. Hoc more sāpe locutū Pliniū docebimus libro quarto cum locus occurrerit. Cicero in prætura urbana: Accepi (inquit Verres) uicies ducenta trīginta quinq; millia quadringentos quindecim nummos: hoc perinde est ac si dixisset Cicero, uicies bis centena x x x v. millia: ut manifeste ex sequētibus patet, & ex Asconio Pædiano. Ut autem legamus x vi. millia pondo, ut in eo uetus legitur, ridiculū est, cum apud Suetoniū legamus Augustum una donatione in Cellam capitolini Iouis sedecim millia pondo auri, et quingenties sestertiū contulisse. Quare lectionis fides sit penes uetus exemplaria, si usquam esse potest hodie: uerborū aut̄ inter pretatio, sit penes antiquitatis studiosos. Admirari nunc Plinium subit, sāpēq; in hoc opere subibit, q̄ res tot memorabiles omnis ævit Plinij h̄e memoriae prodere cōcupiuit, si per tot seculorū cariem, incuriam, ignoraniā, & cōpendiarie scriptio[n]is discrimina pertinax exēplarium fides ad nos euadere potuisset: ut si quando nullis adnūen[t]ibus, & inuentis uetusioribus libris restauit potuerit, unum eum autorem studiosi harū literarum habeat, cui totius prop̄e uetus statio cognitionem explicatā acceptam referre possint: utiq; quod ad eas res pertinet, quis inter scribēdam rerum gestarū historiā locus esse nō solet. Cūiis rei reputatio magnū mihi negotiū in hac cōmentatione exhibuit, cū res partim conclamatas, partim etiā elatas, tot doctorū hominū præiudicio semianimes à rogo referri posse atq; etiam à tumulo nō diffiderem. Ne quid autē cōminisci uidear, penes me futura antiqua exemplaria profiteor ut nulli non adire licet quē quidem initiatū his sacris esse sensero. Credibiles fortasse has summas atq; etiā omnino credibiles facit locus Suetoniū in Vespasiano his uerbis: Sunt contra qui opinētur ad manubias et rapinas necessitate cōpulsum summa ærarū fisciq; inopia, de qua testificatus sit initio statim principatus, professus quadringenties milles

lies opus esse ut res publica stare posset. Si enim Vespasianus pre-
travit se quadringenties millies sestertiūm cogere posse ad instau-
randam dignitatem imperij Romani quæ à Nerone & successorē
bus per luxus inusitatos exhausto ærario, cōciderat: simillimum ue-
ri esse potest eo tempore quo imperium Romanum in senatus auto-
ritate & populi potestate situm erat, potuisse ex orienti Aphricæq;
spolijs & uectigalium residuis, quartam eius summae partē in æra
rio coactam esse: maxima enim superiorum summa non excedit
centies millies sestertiūm, id est bis millies & quingenties centena
millia aureorū nostrorum. Hæc adnotauisse non ab re fuit ut arbi-
tror, & si nihil habui quod hoc loco statuerem. Existet enim for-
tasse aliquis qui uetus istis exemplaribus diligenter euolutis, uel uerū
similiora inueniet uel commentationi nostræ fastigium imponet,
admonitione hac nostra extimulatus. Magnam autem esse summā
pecuniae quam Cæsar ex ærario protulit ex calculo intelligere li-
cet. Si enim x v. mil. laterum aureorum, fuerunt, nō dubito cētum
& quinquaginta millia pondo auri fuisse, cum quilibet laterculus
decem pondo minimum fuerit: qua ratione fiunt aureorum solato-
rum centies quinquagies centena millia. Si autem huic summae ar-
gentū & estimatio addatur, cū eo quod in numerato fuit, immēsa fiet
summa. Quod uero in uulgatis exemplaribus & quibusdam anti-
quis legitur, & numero pondo trecenta, omnino corruptū est: nu-
meratam enim pecuniam non libris sed sestertijs significabant an-
tiqui. Appianus in secundo bellorum ciuilium: Thesauros (inquit)
à nemine contactos usq; in illum diem militibus rapere concessit,
quos olim execratione proposita conditios fuisse memorant, ut nisi
in tumultu belli Celtici non promerentur: Ex quibus uerbis intelli-
gimus Cæsarem usq; ad fecem ærarium exhaustisse: quanquam Pli-
nius dicat tunc ærarium locupletissimum fuisse, sed intelligimus
prælibatum à Pompeio & senatu. Tranquillus & Plutarchus de
hoc siluerunt, ut & ipse Cæsar in commentarijs suis. Lucanus in
tertio Pharsaliæ de hoc loquens, ita inquit:

- Tunc

— Tunc conditus imo
 Eruitur templo multis intactus ab annis
 Romani censu*s* populi, quem Punica bella,
 Quem dederat Perses, quem uicti præda Philippi:
 Quicquid parcorum mores seruasti auorum,
 Quod dites Asie populi misere tributum,
 Victoriq; dedit Minoia Creta Metello,
 Quod Catō longinqua uexit super æqua Cypro.
 Tunc orientis opes, captorumq; ultima regum,
 Quæ Pompeianis prælata est gaza triumphis
 Egeritur, tristi spoliantur templa rapina,
 Pauperiorq; fuit tunc primum Cæsare Roma.

Quibus uerbis magna uis auri argentiq; significatur. Sic autē hic Pliniū locutū esse credo, conjecturā ex alijs autoribus faciens, & ex alijs ipsius locis: argumēto erūt etiam ea quæ postea dicentur à nobis, si quis diligēter animaduertat. Hanc autē de prauationē exēplarium induxit antiquorum librariorum institutum, qui numeros & summas sua quanq; notula scribebant: aliter enim seftertios nummos, aliter seftertia, aliter seftertiū gignendi casu notabant, aliter libram, & talentum: aliter & denarium, & mille & millies non eodem modo. Quare per tot secula ueri rerū numeri alijs atq; alijs subinde traducibus exemplariū inserti, ad nostrā auorūq; memorā peruenire nō potuerūt, præsertim accedēte librariorum culpa, qui pleraq; oculis solis, pauca etiā mente trāfigunt. Age quis illud libri octauī tueri possit? Metellus Scipioni triclinaria Babylonica octingēti millibus uenisse iam tunc posuit in capitalibus criminibus, quæ Neroni principi quadringēti millibus seftertiū numerorum. Si stragula Babylonica octingēti millibus ab homine priuato cōparata sunt, quonā modo memorabile est Neroni principi profusissimo quadringentis millibus stetisse? In antiquis duabus exemplaribus quadringenties seftertiū legimus, in uno antiquissimo quadringēti, sed ita ut conspicue deletilem membranæ locum

Numeros
deprauato
rūratio.

Insigne pre-
tiū triclinia-
riū Babylono-

cum cerneret, & quadringenties principio fuisse intelligeres. Est alioquin locus non uno aut altero uerbo corruptus, in antiquorum enim nullo capitalibus criminibus legitur, sed uel in Catonis, uel in Capitonis: nec posuit, sed ponit: nec Scipioni, sed Scipio in reto. Locus igitur sic restituendus: Metellus Scipio triclinaria Babylonica sestertiū octingentis millibus uenisse iam tunc, ponit in Capitonis criminibus, quæ Neroni principi quadringenties sestertiū nuper stetere: hoc sensu, ut Metellus Scipio Capitonem accusauerit, & ei obiecerit quod triclinares tapetas quibus triclinia uel sternebantur, uel obtendebantur, uiginti millibus aureorū nostrorum parare ausus esset: quæ tamen postea Nero decies ceteris millibus parauisse ad ornatū aureæ domus. Capitonis Cossutiani meminit Tacitus libro decimo sexto. Crimina, inquit, oblitterari non sinebat Capito Cossutianus, præter animā ad flagitia præcipitem inimicus Thraceæ, quod autoritate eius concidisset, iuuantis Cilicum legatos dum Capitonem repetundarū interrogant: cuius accusationis meminit etiam Iuuenalis Satyra octaua, Capitone Cilicum piratam uocans: sed de hoc Capitone intelligi dictū Plinianum non potest, quia & is Thraseam Petum reum peregit sub Neroni, quo nomine quinquagies sestertiū præmij loco tulit: Accusatoribus (inquit Tacitus) Eprio & Cossutiano quinquagies sestertiū singulis, Ostorio duodecies & quæstoria insignia tribuiuntur. Quo ex loco intelligere possumus, quod ille sceleratissimus princeps etiā perdiuus luxu & prodigentia fuerit, qui duobus caluniatoribus ad accusandum uirū egregiū subornatis, ducenta quinqua ginta millia coronatorū dederrit, id est centies sestertiū. Semel in uniuersum testatus sum, me ita in hoc tempore locuturū, quasi iam olim coronati nostri percussi fuerint, ut expeditius transfigere hoc negotium possim. Capitonis Fonteij meminit Horatius in primo Sermonum æqualis Mecœnatis. Hunc igitur uel patrem eius Metellus hoc nomine accusasse uidetur. Capitalem aut luxum Romæ fuisse non comperimus ne exilio quidem multatum, tæteti probrose obiijc

obijci solitum, ut de Lucio Crasso uidebimus. Quare Tranquillus
 de Cæsare adhuc priuato loquens: Tabulas operis antiqui semper
 animosissime cōparasse eum multi prodi derunt: seruitia recētiora
 politioraq; immenso pretio, & cuius etiā ipsum puderet, sic ut ra-
 tionibus ueraret inferri. Quo modo igitur capitalibus uerbū apud
 Plinium cōgruere potest? Vt inā autē eo in loco Plinius per omnia
 emendari posset, ut in eo quod sequitur in eodē capite: Vidimus iā
 & bidētum uellera purpura,occo, cōchylio, sesquipedalibus libris
 infecta, uelut illa sic nasci cogēte luxuria. Ego ut uiuentū non bē-
 dentium lego, sic sensu exposcēte, ita sesquipedales libras nō intel-
 ligo. Quod si labris legamus, tamē sesquipedalibus nō cōgruit. Po-
 tius igitur sesquipondialibus legendū censuerim, eo sensu fortasse,
 ut libræ purpuræ & conchylij centenis & quinquagenis drachmis
 cōstaret. Nam de pretio purpuræ loquēs libro nono ita inquit: Ne Purpure
 pos Cornelius qui diui Augusti principatu obijt: Me, inquit, iuuē-
 ne uiolacea purpura uigebat, cuius libra denarijs centū uenibat:
 nec multo post rubra Tarētina: huic successit dibapha Tyria, quæ
 in libras denarijs mille nō poterat emi: hac Lētulus Spinter ædi-
 lis curulis primus in prætexta usus improbabatur: qua purpura q̄s
 non iam, inquit, triclinaria facit? Spinter ædilis fuit Cicerone cō-
 sole. Dibapha tūc dicebatur quæ bis tintæ esset, ueluti magnifico Dibapha
 impendio, qualiter nūc omnes penè cōmodiores purpuræ tingun-
 tur. Quod sequitur corruptū est: In cōchyliata ueste cætera eadē
 sine buccino, præterq; ius tēperaturæ & que pro in diuisio humanæ
 potius excremto dimidia, & medicamina addūtur. Vbi sic legen-
 dum censeo: Vis tēperatur aqua. Sed ex uerbis Plinij purpuræ et
 conchylij pretia magna apparet fuisse. Coccus aut quo hodie uti-
 mur in laneis uestibus, nō excedit in libras singulas nostras binos Coccī pre-
 aureos: quod uero in serica ueste cramesinū appellant, non absimi-
 le estocco, radicibus adhærens cuiusdā herbæ in Germania: nec
 excedit quaternos ducatos in libras, ut negotiatores nostri aiunt.
 Ex quo apparet multo pretiosiores, et maioris luxus uestes antiquo
 k rum

Purpura ignota. rum fuisse. Purpura hodie negotiatoribus ignota est, etiam si Damasci in usu esse quidam affirmant, sed pretium antiquis pretijs non respondet. Athenaeus libro duodecimo diphilosophiston, de luxu locum loquens: Theopompus autem, inquit, libro decimoquinto autor est mille viros Colophoniorum per urbem errantes uideri solitos in ueste purpurea, quod regibus tum rarum erat, et magno studio affectatum: purpura enim argento rependebatur. ὅπερ καὶ Βασιλεῖσι αὐτοῖς νιον τότε ἦν καὶ πήστρούλας. οἰσοδέσιος δὲ ἦν ἡ τρηφύρα πρὸς αὐτὸν γύριον ἐξεταζομένη. Cicero in Philippica secunda. Cœchyliatis Cn. Pöpeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos uideres. Quā obrem desinere mirari haec tam celeriter esse consumpta: non modo unius patrimonium quāuis amplum, ut illud fuit, sed et urbes et regna tanta nequaria deuorare potuisset. Tranquillus in Nerone: Et cum interdixisset usum amethystini ac tyrii coloris, summisissetque, qui nundinarum die paucas uncias uerberet, præclusit cunctos negotiatores. Quo in loco perculit lego, id est fortunis euerzit. De hac Plinius ita inquit libro supradicto: Non est satis abstulisse gemmæ nomen amethystum: rursum absolutus inebriatur tyrio ut sit ex utroque nomine improbum tyriamethystus. Olim etiam purpura, id est sanguis pisciculi cum coco quo nunc uitimur, miscebatur, id quod idem autor testatur his uerbis: Quin et terrena miscre, cocoque tintillum tyrio tingere ut fieret his bissernum. ubi prisca his schymū habent: quare hyssinū lego, ex eodem Plinio libro tricesimo quinto in mentione purpurissi, et ex Virruvio libro octauo his uerbis: Fiunt etiam purpurei colores infecta creta rubiae radice et

Plinius locus. Purpura insigne Romanorum imperatorum fuit. Plutarchus in Crasso: Fertur eo die Crassum non purpureum (ut Romanorum imperatorum mos erat) sed atrum paludamentum induitum ad orum. milites processisse. Quapropter purpura pro summo magistratu

Purpura ponitur à Plinio libro decimo, capite uigesimoprimo de gallis lo- magistratu quæte: Ut planè dignæ alii tantum honoris tribuat Romana purpu- summo. ra. Et ideo imperio Romano ad monarchia deducto principes ipsi qui

qui etiā, ut olim, imperatores dicebātur, quoniā regium nomen Romæ infaustū inuisumq; erat, purpurā pro insigni imperorio seruauerunt, ut autor est Capitolinus in Maximinus & in Gordiano. Plinius libro uigesimo secundo. Paludamentū imperatoriū cocco tinctū fuisse dicū his uerbis: Iam uero infici uestes scimus admē rabilis succo: atq; ut sileamus Galatiæ, Aphricæ, Lusitanæ granis coccū imperatoris dicatū paludamētū, transalpina Gallia herbis tyrium ac cochyliū tingit, omnisq; alios colores, nec querit in profundis murices, sese obijciendo dum præripit escā beluis marinū. In titulo de uestibus holobryzis, uel holoseris nunc murex nūc con chyliū nūc purpura uocatur, qua solus princeps utitur. Hæc obiter dicta sint propter uerbū sesquipedalibus, quod in Plinio corrupū esse apparet. Sesquipondiū aut̄ sic latinū est, ut dipodium & centipondiū, seu centūpondiū apud M. Catonē & Plautū. Est Sesquipon dium.

aliud ibidem ulcus quod quia persanare non poteram, ne attin gere quidē potius esse duxi. Cæterum quod de censu senatorio & equestri diximus non mirū uideri debet, ut Romæ senator esse non potuerit, qui minorem censum triginta millibus coronatorū in cen su habuerit: hoc enim statutū eo demū tempore fuisse uidetur in quo imperium Romanū in Asiam transit, aut certe extra Italiam promotum est. Quare Plinius libro decimoquarto luxuriā posteriorū temporū & rerum honestarū incuriam infectans: Reges, inquit, innumerī honore artū colebātur, & in ostentatione has præferebant, opem & immortalitatē sibi per illas prorogari arbitrantes. Quare abundabant & præmia & operæ uitæ: posteris laxitas mundi, & rerum ampliudo damno fuit, postq; senator censu legi cœptus, iudex fieri censu, magistratū ducemq; nil magis exornare q; censu: postquam cœpere orbitas in autoritate summā & potentia esse, captatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo, pessum iere uitæ prætia, omnesq; à maximo bono liberales dictæ artes in contrariū concidere, ac seruitute sola profici cœptū, eodem tamen habendi quo eat spes omnū tendente uoto. Sic enim legen-

Census eque stris senatoriūq;.

Luxus Re manorum.

dum cēso ex uetustae lectionis obseruatione, licet in exemplaribus quæ circunferuntur, aliter extremum membrum legatur. Iudicem autem fieri censu Plinius ideo dixit, quod equites etiā iudices uocabantur, propter equitum decurias quæ ex equestri ordine erant. Idem libro tricesimotertio. Laquearia quæ nunc & in priuatis domibus auro teguntur, post Carthaginem eversam primo inaurata sunt in capitolio censura L. Nummij. Inde transiere in cameras, parietes quoq; qui iam & ipsi tanq; uasa inaurantur, cum sua ætas uaria de Catulo existimauerit, quod tegulas æreas capitolij inaurasset primus. Idem paulo superius. Et nos fecimus quæ posteri fabulosa arbitrentur. Cæsar qui postea dictator fuit, primus in ædilitate munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo usus est, ferasq; argenteis uasis incessere tum primū uisum: mox (quod etiam in municipijs emulantur) C. Antonius ludos scena argentea fecit. Idem L. Murena. Item paulo inferius: Claudi successor Nero Pompeij theatrum operuit auro in unum diem, quo Tiridatē Armeniæ regi ostenderet: & quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambientis urbem? Idem Plinius libro uicesimono de mediis loquens: Multos prætero medicos, celeberrimosq; ex ijs Casfios, Carpetanos, Aruncios, Albutios, Rubrios. CCL. sestertia annua mercede ijs fuere apud Principes. Q. uero Stertinius imputauit principibus, quod sestertijs quingenis annuis contentus esset. Sexcena enim sibi quæstu urbis numeratis domibus ostēdebat. Dux centa et quinquaginta sestertia, id est sex millia ducentos quinquaginta aureos annua mercede celebres multos medicos Romæ à principibus habuisse dicit. Stertiniū uero etiā summam altero tanto maiorem, hoc est duodena millia quingētenos, cum priuato quæstu & urbico denaquina millia cogere posset. Quapropter hoc etiā imputabat principibus, quod centum sestertia quæstus eorū gratia cotineret. Sequitur apud Plin. Par & fratri eius merces, a Claudio Cæsare infusa est: censusq; quamquam exhaustis opibus Neapolii exornata ita auctus, ut hæredi sestertia CCC, relinquaret: qua drin-

**Stipendium
medicorum
Rome.**

dringenā Aruncius solus. Sic locum legit Hermolaus Barbarus quibusdam uerbis contra fidem exemplariorum additis, quod diuinare est non emēdare. Ego ex uetusſe lectionis obſeruatione ſic legendum ceneo: Cenſuſq; quanq; exhausti operibus Neapoli exornata hæredi ferſteriū trecenties reliquere: quantū Athena id est Aruncius ſolus, ut intelligamus Arunciū cognomento Athenā dictum. Sensus est autē non qualis ab Hermolao ponitur, ut trecenta duo fratres reliquerint hæredi, quod Plinius pro re prædicanda posuit, ſed trecenties, quæ cētuplicato maior est pecunia, hoc eſt ſeptingenta quinquaqintaquinq; millia. In quo insignis fuit & co cors noſtra auorūq; memoria omniū hallucinatio, ut antea dictum eſt, qui nescio quo fato uelut iure quodā ſic errore recepto, omnes uniuersiſq; pedibus ierunt in eius ſententiā quē primū horū uerborū intelligentiā feſellā: quanq; partim eorū rem egregie latinā multis in partibus gafferint, partim græcorum penetralia, atq; etiā adytā reſerarint, ut acriore ui animi atq; ingenij q̄ ego, ſic maiore operæ pretio. Quo nomine ſimul eorū memoriam & colo & ueneror, ſi mul eorū monumentis propemodū acceptum fero quicquid literarum ſtudio doctrinæ (quantula in me eſt cung;) affeſcutus ſum: id quod eō magis ex animi ſententiā dico, quod nullius docti uiri quicq; eo nomine uoci de teo, quod quidē à prælegente acceperim, ut Phe miu ille Homericus qui ſeſe & vñl dñl dñl uocat. Alioquin & doctorum obſeruantifſimus, & omnia eorū uaria cupiēs. Sed ſic fuit fatū meū, ut mihi tanti & libris operā ſatis multā, præceptoribus longe rariore q̄ tōſoribus dederim. Cuius ſortis etiā magnopere me pœnitet, interdū etiā ſuppudet, quod tamē celare plerosq; nō poſsum, palam omnibus fateri non erubesco, utiq; cum ea re cōmemoranda argumentū mihi ueniē præſtruere uidear. Iuuat igitur doctiſſimorum hominū luculentā culpam in rebus arduis meminiffe, non quod uendibilius inueniū meum ea re fieri ſperem, ſed quo mihi, iure etiam optimo, ueniam erratorū haud dubiam ſpondeā, præſertim ſi nec inauſpicato conatu nec irrito in communē ſtudioſorū

causam incubuisse inueniar. Sequitur eodē loco Plinij: *Tum Crinas Massiliensis arte geminata ut cautor religiosiorq; ad siderū motus ex ephemeride mathematica cibos dando horasq; obseruan- do, autoritate eum præcessit, nuperq; sestertia C. reliquit muris pa- triæ, mœnibus quoq; alijs penè nō minori summa extructis.* Lego sestertiū centies, non sine uetus & lectionis astipulatu, alioquin quonāmodo cētum sestertia sufficere mœnibus Massiliæ possent? aut cur Plinius magnā hāc summā esse diceret? Sequitur ex eodem capite: *Per quæ effectum est, ut nihil magis prodeesse uideretur q; multiudo grassantiū: neq; enim pudoris æmuli pretia summunt.* Notum est ab eodē Charmide unum ægrum ex prouincialibus se- stertijs ducentis conductum: Archontio uulnerum medico sestertijs centum cōdemnato ademisse Claudiū principē, eidēq; in Gal lia exulanti & deinde restituto, acquisitiū non minus intra paucos annos. Lego: *Neque enim pudor sed æmuli pretia summunt,* & Archontio uulnerū medico sestertiū cēties Claudiū ademisse: bo nis eius confiscatis. Sententia enim Plinij hāc est, q;q medici Ro- ma multa nefarie admateret artis suæ licentia, potius tamen esse expissæ, ut plures essent q; pauci: quia olim cū pauci essent, pretia immodica aut stipulabātur ab ægris aut quovis modo exprimebāt, nullo enim pudore deterrebātur, ut immensis mercedibus abstine- rent, sed mutua (ut fit) æmulatione minoris operas suas addicere tunc coepérūt, cum multi extinere medici. Cum aut uellet Plinius impudēciam flagrantium docere, Charmidis facinus tanq; exem- plum improbitatis medicæ cōmemorauit, qui ægrū unū prouincia lem sanandū, quinq; (ut ita dicā) millibus coronatorū conduxit. Ve aut doceret q; quæstuosa tunc medicina esset, uulnerariū Archon- tiū dixit ducetis quinquaginta millibus aureorū cōfiscatione amis- sis, intra paucos annos totidē in exilio quæsuisse. Huius dicti fir- mamentū erit, id quod ab eodē autore libro xxvi. dicitur, ubi de lichenibus loquitur: *Siquidē, inquit, certū est Manilium Cornutiū ex prætorijs, legatiū Aquitanice prouinciae sester. ducetis elocasse*

in eo

in eo morbo curandū sc̄e. Sic enim legi debet ille locus etiā si aliter
in chartaceis libris legatur. Præter loca supradicta etiā aliū eodē
cap. in trāfītu emēdatim⁹, ubi enim legitur: Itaq; Hercule in hac
artū sola euenit, ut cuicūq; medicū se profitēti statim credatur, cū
sit periculū in nullo mēdacio maius: nō tamē illud intuemur, adeo
blanda est spirādi per se cuiq; dulcedo. Legosperandi pro se, non
spirandi per se. Hæc de medicorū mercede ex hoc Plinij loco di-
cta sunt à me, fide forisfasse maiora nōnullis uidebuntur, utpote ab
hodierno nō modo censu, sed etiā sensu aborrētia. Itaq; cū hæc scri-
bere coepissem, in mentē mihi uenit, eā me rationē in his cōmenta-
rijs sequi esse necesse, quā geometræ & mathematici in demōstran-
dis sp̄eculamētis suis instituerūt. Quomodo enim illi ex primis p-
bāt ordine sequētia, et simul atq; theorema quoddā compererūt, illi
statim ut cōfecto adnectūt assūtūq; aliud, & illi rursus aliud atq;
aliud serie perpetua, cū sequētia cōsistere sine antegressis nequeāt.
Nā absq; hoc foret, res ipsi in cōmūnē sensum haud incurrites ru-
dibus adhuc animis & probare demōstrarēq; nō possent, minutisq;
eos assensionibus usque adeo obstringere, ut cū prægressa pro cōp-
tis habere se fateātur, subeūtia quoq; inficiari nequeant, cū hæc ex
illis necessario cōfiant. Ut igit̄ur Mathematicis necesse est primū
quodq; deinceps iheorema, ita ei quicum disputant approbare, ut
omnē fatendi tergiuersationē atq; etiam dubitationē eximant: sic
nos præcedentia (ut arbūror) ueluti propositiones quasdam planè
demonstratas tenemus, ex quibus hæc quæ nūc agimus, ratione nō
solum probabili, sed etiam propemodum necessaria, aſtruere posſu-
mū. Verum enīmuero quando in lectorum animis quamlibet per-
suasim (de meo enim coniecturam facio) identidem (ut ita loquar)
rebellaturam hæſitationem uideo, non committam ut hactenus cō-
testatis acquiescens, non omnino compos propositi euadam. Spe
enī decidisse uidebor, si re in iudicium hominum deducta, non
protinus secundum nos ab omnibus pronuntietur. Evidēt ut
Castor & Pollux iudiciorum præſides obſtare mihi omni ope nu-

Mos mathe-
maticorū in
demonstratō
onibus.

mineq; contēdant, plures tamē ego tribus ingeniorū ferā. Proinde libens facio, ut re quanq; probata, rursus autoribus amplissimis de nuntiem testimoniu, atq; interim argumentis ualidissimis causam meā ita affirmē, ut omnē ambigentibus animis dubitationē abstergam. Interea exēpla ad id quod agebamus cūtabūtur. Tacitus lib. xiii. de Nerone nondū deterrimo principe loquens: Sed nobilē familiæ honor auctus est, oblatis in singulos annos quingenis sesterijs, quibus Messala paupertatē innoxia sustentaret. Aureo quoq; Cottæ & Atherio Antonino annuā pecuniā statuit princeps, q̄q per luxū habitas opes dissipassent. De eode Trāquil. Nobilissimo (inqt) cuiq; sed à re familiarī destituto, annua salario & quibusdam quingenia cōstituit. Et de Vespasiano: Expleuit cēsum senariū, cōsulares inopes quingenis sesterijs annuis sustentauit. Si ergo senatores quidā Romani iam cōsulares facti duodecim millia & quingentos aureos annuo stipendio à principib; habuerūt, cur incredibile sit id quod de medicis dictū est? Artes aut̄ hoc iēpore penè dixerim damnosas, olim non modo Romæ sed etiam in Asia quæstuosas uel locupletatrices potius fuisse autoritatibus docebo.

**Adnotāda se
natoribus sa-
laria cōstitu-
ta.**

**Artes olim i
pretio habite
&**

**Rhetorū an-
nua salario.**

Iam primū idem Tranq. de Vespasiano principe avaritia infamī, et si cætera penè optimo: Ingenia (inquit) & artes uel maxime fūi: primus è fisco latinis græciq; rhetoribus annua centena cōstituit: præstantes poëtas necnon artifices coēmū. Annua cētēna nō minus duobus millibus & quingenis aureis fuerūt: quæ si nūc in breuiario principis anniuersario legerentur, non dico uni nominē expēsa, sed in uniuersum lūeratorū genus, p̄digij instar ee crede retur, portetiq; prima quaq; occasione procurādi ab ijs quidem magnis uiris, qui ærariū nostrum litero penè arbūrio expensant. Ex quo intelligere licet unde Fabius Quintilianus saltus illos coēmerū qui à Satyrico celebrantur. Primus enim Romæ ex Hispania ueniens stipendiū è fisco accepisse dicitur ab Eusebio sub Domitiano, quod tamē non esse uerū ex dicto loco Trāquilli deprehēditur. Huius ætatis aliud est iudiciū, præsertim in Gallia, suo sibi suffragio

gio à ludo poëtico oratorioq; explosa , ut antea dictū est . Viginti
talentis unā orationē Isocrates uēdidiit ut autor est Plinius in vi.
id est aureorū nostrorū duodecim millibus . Idē libro xxxij. Ho-
minū primus & aureā statuā & solidam Gorgias Leontinus Del-
phis in tēplo sibi posuit, septuagesima circiter olympiade. Tantus
erat docēdæ oratoriae artis quæstus. O tēpora, o mores. Isocrates
Athenis, id est in urbe eruditissima, orationē unā tati uēdere olim
potuit, quāti nūc Gallia prouinciarū locupletissima eadē & docto-
rū hominū elegantissima, nec Latias nec Græcas Athenas æstiman-
das esse putat: & nos mirabimur ab omnibus nobis uerba dari qui-
buscū negotiū habemus, cū nec līteras ipsi sciamus, nec imperio eas
obtinendo tuendoq; conferre quicq; aut cōducere putemus? Thucy-
didē imperatore Atheniēses (inquit idē Pli.) in exiliū egere, rerū
conditorē reuocauere: eloquentiam mirati, cuius uirtutē damnaue-
rant. Thucydides ab exilio publico decreto reuocatus est, ut histo-
riā scriberet quæ nunc extat. Nūc uero quis dabit historico quantū
daret acta legenti? ut inquit ille Satyrographus. Vnde fit ut res à
maioribus nostris gestas iam cōmemorare non possimus, q; qui ter-
ra edūi auos citare nequeunt. Quanq; non magnopere fortasse re-
fert nostri tēporis res gestas obliuione trāsmitti, qui nihil aut pau-
ca līteris celebrāda gessimus: certe multa silētio potius mandanda
sunt. Quominus mirū est summos rerū nostrarū arbūros nullo in
numero beneficiariorū habere instituisse līteratos homines , ut qui
res gestas prodere æternæ memoriae gaudeat. Alexāder Magnus
inter spolia Darij Persarū regis unguentorū scrimio capto , quod meri Pinda-
erat auro gēmisq; ac margarinis pretiosum, uarios eius usus amicis
demonstrantibus, quādo tædebat unguentii bellatorē & militia sor-
didū : immo Hercule (inquit) libroru Homeri custodiæ detur, ut
pretiosissimū hūani animi opus q; maxime diuini opere seruaretur.
Idē Pindari uatis familiæ penatibusq; iussit parci cū Thebas cape-
ret. Aristotelis philosophi patriā condidit, iātæq; rerū claritatī tā
benignū testimoniu miscui: autor idē Plinius. Diu addubitaui an

Thucydides
ab exilio re-
uocatus ob hī
storiā quā cō
didit.

Alexāder ho
meri Pinda-
riq; cultor.

id quod sequitur adderē. Veritus sum enim ne temporū nostrorū iniquitas fidē historiæ derogaret, in cachinnoſq; tandem res memorabiles abirent: ad extremū tamen literarū amor, & ueri admiratio peruerit ut subscriberē. Apud Athenæū libro ix. Dipnosophi starū Laurentius uir Romanus unus eorum ita inquit, de tetrace aue loquēs: νομίζων ὃ ή, πρότερος αριστούλφ μνήμης οἵτινες τὸ γῶν
ἐν τῷ πραγματείῳ (οκτακόσιας ἐλιφέντων τάλαντων περὶ αὐτοῦ οὐδὲν) οὐδὲν ξυρόν ποτε τὴν γῆν
wv isoploev) οὐδὲν ξυρόν ποτε οὐτόλεγόμενον. Ego autem existimans uirū doctissimū Aristotelem dignā hāc auem putasse, de qua

Præmiū qd' aristoteles ab Alexādro accepit pro historia anima lium.

mentionē ficeret, cū tractatū illū eius tot talentis estimatū adijssem: (nam Stagiriten ipsum octingenta talenta ab Alexādro accepisse fama est ob historiā animaliū) nihil quicq; in eo de ea aue inueni. His Athenæi uerbis elogii habemus summi regis Alexādrī in doctrinæ literarū indicaturā, qui unū tractatū Aristotelis præceptoris sui quadrigenitis & octoginta millibus aureorum nostri temporis estimauit ac redemit. De hoc loquens Plinius lib. octauo ita inquit: Aristotele in his magna secuturus in parte, præfandū reor, Alexādro magno rege inflamato cupidine animaliū naturas nescendi, delegataq; cōmentatione Aristoteli summo in omni sciecia uiro, aliquot millia hominū in totius Asie Græcieq; tractu pārere iussa omnīū quos uenatus, aucupia, piscatuiq; alebāt, quibūq; uiuaria, armēta, aluearia in cura erant, nequid usquā genū igno raretur ab eo: quos percontando quinquaginta fermē uolumina illa præclara de animalibus condidit. Si quinquaginta uolumina re ēte legiūr apud Plinium, non omnia ad nos peruererunt: nostræ tamen etati gratulandum, quod libri de anima eorū præstantissimi nō interciderunt, nā innumera propemodū uolumina eum scripsiſſe ex Laërtio nouimus. Quām male autem cum promis condicērarij nostri ageretur, si eius regis & mulos principes haberemusq; ἀλογε aūt abigeretur ab aula forices illi prætoriani diuisorū assēclæ, qui nobis sericati ob oculos incurruunt arroſo argento princi- galis

pali tumidi. O mirifica officina, quæ quis sordidos homines, se-
quimense politos ad unguem nobis reddat. O inania, o ingrata, o
pudenda deniq; literarū studia, quibus aduersis fatis nequicq; inta-
bescimus, quos isti non sapietis amore captos sed mente potius pu-
riat. Verū ut qd̄ instat agamus, idē Plinius libro supradicto: Me-
dicinæ scientiā (ingt) in Theombroto Ptolemæus rex Megalensi
bus sacris donauit centū talentis, seruato Antiocho rege. Et libro

xxix. Erasistratus Chrysippi discipulus Aristotelis filia genitus
Antiocho rege sanato, centū talentis donatus est à rege Ptolemæo
filio eius: ut incipiamus & præmia artis ostendere. Erasistratū &
Theombrotū uel eundē fuisse intelligimus, uel Pliniū nō eundē au-
torē utrobiq; secutū. Cetiū talēta l. x. millia aureorū ualuisse post
paulo docebimus. Idē li. vii. Aristidis Thebani pictoris una tabu-
lam centū talentis rex Attalus licitatus est. Octoginta emit duas
Cæsar Dictator, Medeam & Aiacem Timomachi, in templo Ve-
neris genitricis dicaturus. Candales rex Bularchi picturā Ma-
gnetum exiūj haud mediocris pari rependit auro. In antiquis legi-
tur, medio crissanti, quare sic legendū censeo: mediocris spatiū re-
pendit auro. Nā rependere pari auro nunquā à Plinio dictū est:
& alioqui Plinius mediocri magnitudine tabulæ, pretij magnitu-
dine significare uoluit. Rependere auro plena est locutio. Cicero
de Orato. Cui pro Gracchi capite aurū erat repensum: quod Pli.
ipse li. xx xiii. imitatus est his uerbis: Hæc paulatim exarfitra-
bie quadā non iā auaritia, sed fames auri, utpote cū Septimuleius
C. Gracchi familiaris auro repensum caput eius excisum ad Op̄i
miū tulerit, id est πρὸς χρυσὸν ἀντίσθησονδύλω, uel τὴν καφε-
άλω πρὸς χρυσὸν ἴσασιον. Quāta aut̄ autoritas artibus olim fu-
erit, etiā ex eo cōj cere possumus quod idē libro xxxv. inquit de
Paphilo pictore loquēs: Docuit neminē minoris talento annis x,
quā mercedē Apelles & Melanthius ei dedere, & huius autorita-
te effectū est Sicyone primū, deinde & in tota Græcia, ut pueri De honore
ingenui ante omnia graphicē, hoc est picturā in luxo doceretur, picturæ.

Præmia me-
diorum me-
morabilia.

Pretia picta-
rū tabularū.

reci-

recipereturq; ars ea in primum gradum liberalium. In uetus tis tam
men penè omnibus legitur, ut pueri ingenui omnia anti graphicen:
licet hoc Hermol. ex uetus tis restauisse se dicat. Quare sic suspicor
Plinium scriptū reliquisse: Ingenui omnia ante graphicē: quasi hæc
fastigium doctrinæ puerili imponeret: quod tamen admonēdi ani-
mo dictum à me existimari uelim, non enim facile mutandam esse
structuram ueterē censco. Non nihil hanc opinionē mē intendit
id quod sequitur: Semper quidē honos ei fuit, ut ingenui eam exer-
cerent, mox ut honesti, perpetuo interdicto ne seruitia docerētur.
Cæterū quod hic dicitur neminē docuisse minoris taleto annis de-
cem, non cōsentaneū mihi uisum est, ut cum tāta pretia tabularum
legeremus apud Pliniū, idem tamen docēdi pretiū tam parū po-
neret, atq; ita poneret, ut admirari nos uellet. Quare cum exēpla-
ria antiqua adirē, repperi nō annis sed annuis legendū, nec decem
sed x l. ut sit: docuit neminē minoris taleis annuis quadraginta,
quanq; in antiquissimo scriptū erat quingēta, in pagella quidē, sed
in margine quadraginta. Ut minimū aut̄ annuis decē legendum,
hoc est aureorū sex millibus, quod longissime abest ab eo sensu qui
ex impressis percipitur, absurdissimo illo quidē, cum etiā pluris ho-
die pictores instituantur. Atqui ne decoxisse doctrinā eam Apel-
lī putemus, qui tanti picturam didicit, idem autor de eo loquens alī
quanto post ita inquit: Pinxit & Alexandrū Magnum fulmen te-
nentem in tēplo Ephesiae Dianæ uiginti taleis auri: digitū emine-
re uidetur, & fulmē extra tabulā esse. Immane tabulæ pretiū, acce-
pit aureos mensura nō numero. Vel ut ex uetusissimo lego tabulæ
pretium in nūmo accepit aureo, mēsura non numero. Viginti auri
talenta ut minimū centū ac uiginti millia aureorū coronatorū ua-
lent: quod tamen exquisitius postea uiderimus. Strabo libro decimo
quarto de Co insula loquēs, & urbe eius cognomini: In suburbanō
est Aesculapij tēplum ualde nobile, simulachris multis refertū, in
quīs est Apellis Antigonus: fuit etiā pridem Venus è mari emer-
gens, quæ nūc diuo Iulio Cæsari dicata est Romæ, quā Augustus
hono-

honori patris cōsecravit, ut generis autorē. Fama est Cōis pro tabula centum talenta ex imperato tributo remissa esse: φασὶ δὲ ζεῦκτοις ὄντι τὸ γραφῆς ἔκαστον τολμάντων αὐτοῖς τὸν προσεχθέντος φόρον. Interpres eo in loco lapsus Anadyomenen id est emergentem Venerem: nudam transtulit, quasi apodyomenen. Est enim ἀναδύομενος emersus, cui opponitur καταδύομος, quanquam οὐ aliud significat. Homerus:

καρπαλίων δὲ ἀνέδυτο πολὺς ἄλας ἡγήτ' ὅμηχλον.

Plinius libro supradicto: Venerē exeunte è mari diuisus Augustus dicauit in delubro patris Cæsarīs, quæ anadyomene vocatur, uersibus Græcis tali opere dum laudatur uictosed illustrato. Huius enim inferiorē partem qui reficeret non poterat inueniri. Ego tamē ex uetus melius posse legi puto, uersibus græcis tali opere dum laudatur uicto. Sed per tot lustra huius inferiorē partē corruptā qui reficeret non potuit inueniri. Per lustra autē censores olim sarta testa ædium sacrarū tuēda locare solitos esse notū est. Romanorū igitur res nummaria ita propemodum cōstituta fuit. Græci drachmis, minis, & talētis usi sunt. Talentū multiplex fuit auctore Festo: Atticū autē sex milliū denariorū fuisse dicit. τόλαντον (in q̄t Suidas) μνῶν ἵσιν ξένικον τοε. ἢ δὲ μνᾶς δραχμῶν ἐκαρόν. Talētum inquit minarum est sexaginta, mina autem drachmarum centum: hoc etiam legimus in uersibus illis qui apud Priscianum leguntur, & Fauni esse dictuantur:

Cecropium superest post hæc docuisse talentum:

Sexaginta minas, seu uis, sex millia drachmas,

Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis.

Priscianus de pōderibus: Scrupulus, inquit, sex siliquæ. Drachma scrupuli tres. Uncia drachmæ octo, scrupuli XXIII. unciae XII. libra. Libra uel mina Attica drachmæ LXXV. Libra uel mina graia drachmæ XCVI. Talentum Atheniense paruum, minæ sexaginta: magnū minæ LXXXIII. & unciae quatuor. Ad hoc probandum citat Liuī: sed quoniā uerba Liuī apud Priscianū corrupta leguntur.

Anadyome-
ne Apellis.

Talentū.

legitur, ab autore ipso repetēda sunt, qui libro quarto de bello Macedonico de Tito Quintio loquens Græciæ liberatore: Ingens, in quā, numerus erat bello Punico captorū: Quos Annibal cū à suis nō redimeretur, uenūdederat. Multitudinis eorū argumentū est, quod Polybius scribit centū talētis eam rē Achæis stetisse: cū quin gētos denarios pretiū in capīta quod redderetur dominis statuisserunt: mille enim ducētos Achaia ea regione habuit. Hactenus Liuij us. Ex cuius uerbis intelligimus in cētum talentis millies ac ducenes quingētos denarios esse, hoc est sexcēties mille: quod perinde est ac si dicas, cēties sex millia denariorū. Ita planū fit in quolibet talēto sex millia denariorum fuisse: cū centesima pars eius summa sint sex millia. Rem per se odiosam q̄ potuī facillime explicui, sicq; ubiq; facturū me coparaui, ne qui hūc librū in manus sumpserint, idētide neceſſe habeat eo tātisper deposito palimpseſtū sumere: Sic appellat tabellā deletilē qua calculatores utūtūr, quāq; Cicero pro charta utitur deletiūia. Addit hoc Priscianus, denartos eo tempore nūmos argēteos fuisse filiquarū pondere uicenarū quaternarū, id quod Liuij in eo libro ostēdit de triūpho eiusdē Quintij loquēs his uerbis: Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorū, tetrarchiā uocat, triū ferē denariorū in singulis argenti est pōdus: quo in loco Liuij nō tetrarchiā sed tetradrachmū lego: non ex Prisciano apud quē inanis areola pro hoc uerbo relicta est, sed ex Cicerone & Polluce libro nono de uocabulis rerū ad Cōmodum Cæsarem: qui autor didrachmū, tridrachmū, & tetradrachmū numismata olim fuisse tradit, eumq; nūmum ab Atheniensibus bochum appellatū esse ab eius pecudis nota, indeq; ficta ab Homero arma hecatombœa & enneabœa. Id etiā ex Prisciano satis intelligi potest qui nummos illos Atticos fuisse scribit duarū & septuaginta filiquarū. Idem Liuius (inquit ille) ostēdit libro xxxvii. ab urbe condita, magnū talentum Atticū octoginta habere libras et paucō plus: cū supradictorū cōputatio manifestet octoginta tres libras & quatuor uncias habere talentū, quod est denariorū sex millium.

Liuij;

Palimpseſtū.

Didrachmū.
Tetradra
chmum.
Arma Heca
tomboea Ho
mero.

Liuij uerba hæc citat: Talentū ne minus pondo LXXX. Romanis ponderibus pendat: uel sic decreuit senatus, ut nō plus q̄ ternæ libræ & quaternæ unciae singulis talētis desint. Hactenus Priscianus. Cuius cōputationē sic accipio: (nihil enim aliud addidit.) Cū unūquodq; talentū sex millia denariorū penderet, octo quoq; millia drachmarū pep̄dīsse ratione prædicta. Hæc octo millia si in cētenarios pariliaris, octoginta utiq; libras cētenarias habebis. Atqui cū libra antiqua quā Liuius secutus est, drachmarū fuerit sex et nona ginta, supererunt quater octoginta drachmæ, id est trecentæ & uiginti: ex quibus ratione dicta tres libræ conficiūtur, & insuper tertia pars libræ, id est due & triginta drachmæ. Ita in talenta singula ternæ libræ cum triente tribuuntur ultra octoginta libras. Sciendū aut̄ (inquit ille) quod secundū Liuij cōputationē centum minæ Atticæ, quarū singulæ LXXV. drachmas habent, faciunt talentum magnū. Minus aut̄ talentū sexaginta minæ secundū Dar danū faciunt. Maius aut̄ & minus fuisse docet Terentius in Phormione cum inquit: Si quis daret talētum magnū. Italica aut̄ mina drachmas habet (ut supra dictum est) nonaginta sex, quæ libra est XII. unciarū, hoc ē denarij LXXII. Qua cōputatione LXXXIII. libræ Romanae & quatuor unciae, quod magnū talentū esse diximus, cētum minas Atticas faciūt. Seneca in decimo epistolarū ad Nouatū: XXIII. seftertia, inquit, id est talentū Atticum paruum XXIII. enim seftertia sexaginta libras habent. Hactenus apud Priscianū legitur. Quo dicto Priscian⁹ ipse sibi cōtrarius est. Hac enim ratione talētū magnū septē millia & quingētas tantū drachmas habuisse probatur, quod Liuij supradicta ratione octo millia habebat, quippe cū singula tetradrachma, id est quaternarū drachmarū nūmos ternis denarijs cōstimatorū, sene quoq; millia denariorum octonis millibus drachmarū cōstimatorū: at hoc quām sit consentaneum cum postremo dicto uideamus. In promptu est enim unū cuiq; uidere, cū centū libræ cētenarie decem millia drachmarū ualeant, si inde quartam partem eximamus, ut libræ iam sint septua-

ginta

ginta quinq; drachmarum, non plus q̄ septem millia & quingēta^s drachmas talentū ualitūrū: quod tamē Liuiana computatione octo millia ualuit. Iā uero octoginta tres libras per numerū drachmarum, id est nonages sexies multiplicemus, fiet in summa septē milia nōgentæ sexaginta octo drachmæ: his si trientē supradictū, id est duas & triginta drachmas addiderimus, quæ ex quaternis illis exuberatibus uncij flunt, numerū omnino octo milliū habebimus.

Quare manifesta est hallucinatio in calculo prædicto, quæ Prisci ani esse ideo nō credo, quod in tribus libris antiquis quos uidi, tratus ille nō uisitatur, uno etiā antiquissimo. Centū igitur minæ Atticæ talentū magnū ut fecerint, non id talentū erit cuius Liuis lo-

Euboicum talentum. co supradicto meminit, sed Euboicū fortasse, de quo idē Liuius li. eodē sic inquit, de pace loquens cū Antiocho facta: Europa abstine te Asiaq; omni quæ cū Taurū monte est decedite. Pro impēsi de inde in bellū factis, x v. millia talentū Euboicū dabitis, quingēta præsentia, duo millia & quingenta cū senatus populūq; Ro. pacē cōprobauerit, mille deinde talenta per duodecim annos. Quid sit aut Euboicū talentū docet Festus his uerbis: Euboicū talentū nūmo-

Cistophori. Græco septē milliū & quingentorū cistophorū est: nostro, quatuor milliū denariorū. Cistophororū aut̄ crebra est mentio apud Liuiū, ut li. eodē in triumpho L. Scipionis: Tulit in triūpho argēti pondo CXXXVII. millia. & paulo superius de nauali triūpho L. Aemylij: Pecunia trāslata nequaq; tāta pro specie regij triumphi tetricima Attica CCXXXIII. millia, cistophori CCCXXXII.

Liuij locus. mil. In superiori exēplo nō tetricinū & cistophori lego, sed tetradrachmū et cistophorū genituo casu. In hoc aut̄ tetradrachma & cistophori, & ubiq; apud Liuiū sic emendandū censeo. Tetricum enim quid sit nemo ut arbitror nouit. Nec tamen dictū Festi cōuenit cū ratione Liuiana, quæ talentū sex milliū denariū facit, nisi etiā corruptū numerū apud Festū aliquis suspicari malit: quanq; alioquin Festus ipse sibi non cōstat, qui alibi talentū Atticū sex milliū denariū facit: Rhodiū cistophorū quatuor milliū,

alia

alia etiam genera ponēs nihil ad rem pertinetia. Quare potius adducor ut talētum apud Liuiū sit octogenariū & proportionē epitrītō habeat, id est sesquiteriā, uel ut alijs loquitur tertiarīa, ad talētum Atticū minus, quod sexagenariū est. Sic enim ratio quadra bia, ut quam proportionē denarius ad drachmā habuisse diciatur: eādem Liuiānū talētum ad uulgare, id est ad Atticū habeat. Libras nunc cētenarias intelligi uolo: nam quod apud Priscianū legitur, ut talētum minus sexagenariū sit, et libræ eius septuaginta quinq; drachmarū, nullo autore confirmari potest. Cum enim Suidas, Pol lux, Festus, græci & latini talētum Atticū sex millium drachmarum esse dicāt & sexaginta minarū, necesse est ut L X . minas non Atticas sed græcas intelligamus & cētenarias, quæ Atticas octoginta faciūt. Talēti magni meminit Plautus in Mostel. his uerbis:

Talētum
magnum.

— Si hercle nunc ferat

Sex talenta magna argenti pro istis præsentaria,

Nunquam accipiet. —

Locus aut̄ ille Liuij qui apud Priscianū citatur, nō libro tricesimo septimo legitur, sed tricesimo octavo, his uerbis: Argēti probi XII. millia Attica talēta dato intra XII. annos pēsionibus æquis. Talētum ne minus pondo LXXX. Romanis ponderibus pendeat. Vbi tamen ordinē uerborū peruersum esse credo: nō enim latine XII. millia talēta, sed talentū dicuntur, quomodo & alibi & in loco superdicto locutus est Liuius. Quare hic Liuiū scripsisse puto, argēti probi Attica talēta XII. millia, uel Atticū talētum. Quod si de talēto dicere ulterius pergam, exitum res nō inueniet, usque adeo de talēto diuersa prodūtur & uaria ab autoribus. Suidas & Hesychius talētum apud quosdā centum & uiginti quinq; librarū fuisse tradūt, apud nōnullos genus fuisse numismatis. Non omittendū id quod Pollux inquit: Talētum Atticū apud Aihen ēses Atticas drachmas capere numero sex millia: atq; uel alios eundē numerum, sed suarū cuiusq; loci drachmarū. Id quod eo pertinere potest quod de talēto Liuiano dictū est, siue Eutoicū siue aliud fuerit: ut quo-

modo

Talentum se
cundum Vi-
truum.

modo Athenis & alibi talētum sex millia drachmarum habuit uer-
nacularum cuiusq; loci, sic Romæ sex millia denariorū habuerit,
quæ tamen æquauerint pondere octo millia drachmarum. Virru-
uius libro decimo de testudine Agetoris Byzantij loquens: Erige-
batur autem machina in altitudinem ad disiiciendum murum cir-
citer pedes centum. Item à latere dextra ac sinistra procurrente
perstringebat non minus pedes cētum. Gubernabat eam homines
centum, habentem pondus talentūm quatuor millium, quod fit qua-
dringenta octoginta millia pondo. His uerbis si emendate legun-
tur, autor est Virruius talentum cētum & uiginti pondo Roma-
na continere, quod genus proxime accedit ad illud talentum quod
Suidas & Hesychius posuerunt. In alijs libris quadringenta nona
ginta mil. legitur: qua ratione talentum centum & uiginti pondo
& semissis fuit: quod ipsum ego non argenti talentum fuisse, sed
negotiatorum & mercimoniale puto, quod duplē fortasse ad
talentum argenti proportionem habebat, ut hodie libra argentaria
& aurificum subdupla est zygotaticæ: & sic singuli homines qui
na paulominus millia pondo Romana mouebant machinali libra-
mento, nostra circiter tria millia & sexcenta, usque adeo diuersa
autores de talento scripserunt. Nihilo tamen secius constituere o-
mnino habeo quid sit talentum, quantumq; sit ad Romanum num-
num relatum, siquidem ad ulteriora progreedi ordine instituto cō-
Talenti men-
tendo. Obseruauii igitur Romanos nō ante talēti uocabulo uti cœ-
tio apud Ro-
manos.
piſſe, q̄ imperij fines ad eas usq; ḡetes prorogauerūt, quæ hoc uoca-
bulo signati argēti utebantur. Tunc aut eos uerisimile est eodē ge-
nere talenti uti solitos, quo genere utebantur ij quibus cum commer-
cia aut belli aut pacis habuerūt, nisi si quādo certis uerbis cōcepta
foedera aliud gen̄s induxerunt, ut in Antiochi foedere prædicto
factū est, quo cautū est de talēti quantitate. Ferè aut talentorū uo-
cabulo usi sunt in rebus Græciæ & Asie. Quare cum Græci &
Asiatici populi sena millia drachmarū et sexagenas minas tribuāt,
ego in colligēdis summis hanc rationē ut potissimam sequar: malo
enīm

enim extenuasse res uideri quam in maius auxisse. Qui nemo talentum apud scriptores rerum in Græcia aut Asia à Romanis gestarum minus fuisse libris sexaginta contèderit, ut arbitror. Denarij autē & drachmæ promiscuā appellationem habebo, autoritate fretus Plutarchi et Pliniū & scribentium concordia. Nec me deterrebit locus ille Liuianus in quo pro trium fortasse quatuor legendum est, quanquam & inter antiquū denarium & drachmā Atheniensem potuit aliqua esse differentia, quod tamen non probbo. Habeto enim antiquissimum in honorem Romuli et Remi percussum, quibus infantibus lupa sub fico ubera præbet. Literæ exesæ uetus statē præferunt. Pondus idem quod reliquis, qui drachmales sunt ab altera parte x litera denariū significare uidetur: sed potius tetradrachmus nummus maligne percussus esse in difficultate reipublicæ Atheniensium, ut aliquando Romæ factuni esse docebimus, ita ut quatuor drachmarū nūmus non multo plus tridrachmo ualeret: id est denarijs tribus. τόλον (inquit Suidas) μνᾶν ξίσιον. οὐδὲ μνᾶς δραχμῶν πέντε οὐδὲ δραχμὴ οὖσαν ξένη. Talentū (inquit ille) minarū est sexaginta, mina autē drachmarū centū, drachma obolorū sex. Sed de minutis postea uiderimus, ne quid addubitatū relinquatur: Nunc talentum aestimabimus sexcenis coronatis nostris, hoc est sexages denis: denos enim aureos in libras cōstitui Aestmatio talenii æremus. Hac ratione cētum talēta centies sexcētos aureos ualent, hoc nostro. est sexaginta millia: quod prōptim est colligere, in digitos tantū calculum deducēti: cēties enim quingēti quinquaginta millia efficiunt, & cēties centū decē millia. Eadē ratione decē talēta sex milia coronatorū ualēt, & uiginti duodecim, triginta decē & octo, quadraginta quatuor et uiginti, quinquaginta autē triginta et mille sexcēta millia. Quod semel dicēdū duxi ne lectores posthac aestimādis summis hæreant. Ita fit ut quod græci L. talēta argenti dicūt, Romani duo decies sestertiū dicāt, quæ summa census est senatoriū, qđ ita postea probabimus ut nemo in posterū ambigat. Veniamus ad historicorū loca, Plutar. in Cæs. Circa Pharmacusane

insulam à piratis capitur, qui per idem tēpus nauibus magnis et im
mensis classibus mare occupauerant: à quibus cum pro eo redimen
do uiginti poscerētur talēta, derisit, quōd quale cepissent uirum,
ignorarent. Proinde quinquaginta se daturū pollicitus est. Tran
quillus in eodem Cæsare: Numeratis deinde quinquaginta talen
tis expositis in litore, nō distulit quin euēstigio classe deducta per
sequeretur abeuntes. Quinquaginta talēta triginta millibus coro
natorum æstimo. Idem Plutarchus: Cæsar ex prætura prouinciam
sortitus Hispaniam, cum proficisciēti creditores magnis clamori
bus impedimento essent, cōfugit ad Crassum, qui Romanorū di
tissimus, aduersus Pompeij in republica potentia acri Cæsari in
genio ac feruore simul egebat. Crasso igitur contra inexorabiles
maxime ac importunos creditores octingētorum & triginta talē
torū sponsione interueniente, Cæsar in prouincia abiit. Hoc perin
de est ac si dicā, CCCC. & nonaginta octo millia aureorum quæ
Cæsar debebat, Crassum fide sua esse iussisse. De quo Idem Tran
quillus: Ex prætura ulteriorē sortitus Hispaniā, retinentes credito
res interuētu sponsorū remouit. Appius in secundo bello ciuilium:
Cæsar deinde in Hiberiā delectus prætor, cum magna facultatū
partem ob ambitū ære alieno deuinxisset, huiusmodi uerbis usus es
se diciatur: Bis millies & quingēties cētēna millia sibi adesse oport
tere, ut nihil haberet. Quæ summa ære nostro maior est bis et sexa
gies cētēnis millibus aureorū. Huius dicti fides ab exemplari Græ
co petēda mihi uidetur. Nam latinis libris de græciis traductis fi
dem post hac nō habere cōstitui, luculētis exemplis cōmonefactus:
numerorum sed mox hoc uiderimus. Græci hunc numerum sexcētas & uiginti
uocabula. myriadas appellant. Lingua nostra millionē uocat decies centena
Chiliades et millia. Hoc si imitari uolumus, chiliada chiliadum, ut græci, dicere
myriades. poterimus, hoc est mille milenarios, uel millies mille. Græci rur
sus myriadem uocat decem millia: ergo decies cētēna millia cētūm
myriadas dicūt, & mille myriadas centies centena millia. Quod
ideo præfandum duximus, ne legētes cōturbentur si uel q̄s uoca
bulis

bulis aliquādo utamur, uel eos autores citemus qui ea usurparunt.
 Plutarchus in Crasso: Apud Romanos omnes constat uirtutes
 quas plurimas Crassus habuit, unius auaritiae sordibus obscuratas
 fuisse. Cuius uarijs clarissimū testimoniu[m] præbet magnitudo diui-
 tiarum quas breui admodū tempore sibi cōparauit: nam cum trecē Crassi diui-
 ta solum talenta ex paterna hæreditate accepisset, priusquam ad-
 uersus Parthos exercitū duceret, septē millium & centū talento
 rum summam coëgisse traditur, cum etiam decimā facultatū sua-
 rum partem Herculi cōsecrasset, & publicū epulum dedisset popu-
 lo, ac tres minas in singula ciuiū capiā cōtulisset. Harum diuinita-
 rum maximam partem (si uerum proferre licet) ex ciuilibus bellis
 atq[ue] incendij comparauit, calamitatibus publicis ad priuatas utili-
 tates abutens. Et paulo post enumeratis p[ro]cedijs quæ & in urbe et
 ruri sectionibus quæsuerat: Seruos præterea, inquit, circiter
 quingentos emit fabriliis artis & architecturæ peritos, nec ijs tantū ad propriæ domus extructiōne usus est, sed ciuib[us] ædificare uo-
 lentiibus eorum operas mercede locabat, ac simul areæ spatiū cui
 cunq[ue] pro arbitrio suo ad ædificiādum uidebat. Cumq[ue] signati ar-
 genti maximā copiā & agros mirifice cultos, in ijsq[ue] cultorū inge-
 tem numerū possideret, minimi tamen hæc omnia facienda uideban-
 tur præ maxima turba seruorū quos uarijs artibus instructos habe-
 bat: lectores, scribas, pictores, argētarios, procuratores, mēsarios
 quos ipsemēt summa diligentia curare, discētibus assistere, plerosq[ue]
 etiā docere cōsueuerat. Aiebat enim præcipuā domini curam circa
 seruos esse oportere, cū sint rei familiaris tanquā animata instru-
 menta. Septē millia & centū talēta bis & quadragies cētena mil-
 lia aureorū nostrorū ualent, & sexaginta præterea: quā summā si
 Crassus post decimatas facultates suas, & largitionē popularem
 habuit, quid existimamus eū integris facultatibus habuisse? quod si
 uerū est eū in singula capiā ciuiū Romanorum ternas minas de-
 disse, ut cētu[m] millia ciuiū fuerint ad donatiū nomina sua dantiū,
 minoris trecētiū myriadibus, id est triges cētenis millibus defungi
 I 3 largi-

largitione non potuit. Quare huc locum suspectum habebat, quod ad minas pertinet anteq; græcum exemplar uidisset, præsertim cum circa hæc tempora censu Romæ acto inuenta sint quadringēta sexaginta millia paulo ante proscriptionē Syllanam. Postea vero q; græcum librū legi, interpretis errorem intellexi. Plutarchus aut̄ ita græce scribit: Πιακησίων ἦν πλείω κεκτημένη Θάσος ὁρχή ταλάντων, εἴτε πλάχη τὰ πρότεραν ἀποθύσας μὲν ταῖς ὑρακλέταις οὐχίτων, ἐν τὸν διῆμον ἵστοσας, τέτης δὲ μῆνας ἔκχριστων ρωμοίσιν σιτηρέσιον ἐν τῷ διῆμον αὐτῷ πλάχηται, ὅμως πρὸ τοῦ μὲν πάρθους σπατέτας, αὐτὸς δὲ τοῖς θέμασις ἐκλογισμὸν τουτοῖς, ἐν τοῖς ἔκχρισταις ταλάντων τίμιμον πρὸς ἴπλακις χιλίοις. Cum enim ab initio non plus trecenta talēta possetisset, postea cū ad rem publicā administrandā se contulisset, interim decimā facultatum suarū Herculi polluxit, epulū priuatim fecit, singulis ciuib; Romanis tesseram annonariā trium mensium dedit: quibus peractis, tamen anteq; in Parthos expeditionem suscepit cū rationē censu sui iniisset, septem millia centūq; talentorū estimationē comperit. Interpres exemplari deceptus minas pro mensibus transtulit. Diximus supra apud Pliniū legendū esse de eodem Crasso in agris festertium bis millies possedit, Quiritiū post Syllam diuissimus. Siquidem bis millies quinquages centena millia aureorū ualeat. Quare Claudijs libertus Pallas Crassus, qui à Cornelio Tacito festertijs ter millies possessō dicitur, uicies & quinquies centenis millibus Crasso fuisse diuior perhibetur, quod etiā Plinius satis significauit his uerbis: Multos postea cognouimus seruitute liberatos opulentiores, pariterq; tres Claudijs principatu, Pallante, Callistum & Narcissum. Diuitiae Nar cissi, aut Narcissi in prouerbiū uenisse uidetur, cū Iuuenalis dicat:

Nec Croesi fortuna unquam nec Persica regna
Sufficient animo, nec diuitiae Narcissi
Indulsit Cæsar cui Cladius omnia. —

Magis id mirum forsitan uideri possit quonam modo Demetrius Pompeij libertus unius ciuiis Romani qui priuatum fastigium, aut certe

Pallas Cras-
so diuior.

Diuitiae Nar-
cissi.

certe ciuile non excessit, tantas opes parare potuerit, de quo Plutarchus in Pompeio ita inquit: Demetrij coniugem qui Pompeij libertus plurimū apud ipsum potuerat, quīq; censum trium milliū talētorum reliquerat, Pompeius præter naturæ suæ mores, nec humane nec liberaliter habuit. De eius liberti insolētia & fastu et opibus multa ab eodē autore alio loco dicuntur. Sed quod de Cæsa re ex Appiano dixeram, id uero uidendū est, fidem enim excedere uideretur, ut ciuis Romanus, id est ante dictaturam tis millies & quingenties æris alieni habuerit. Iam primū Plutarchus de eo ita inquit: Ad impensas aut profusior, breuē ac momentaneā sibi gloriā tā magnis opibus permutare uidebatur, cū tamē re uera paruīs amplissima cōpararet. Antea uero q; ullū iniūsset magistratū, mille ac trecentorū talentū cōflasse & alienū dicitur: mādata dein & illi Appiæ uiæ cura, ingētes prodegit pecunias. Aedilis CCC. et xx. paria gladiatorū exhibuit: circa spectacula, pōpas atq; epulas profusissimis sumptibus usus, uniuersas superiorū munificētias obliterauit. Quas ob res affectā sibi plebē reddidit, ut certatim honores excogitarēt, qbus paria cū illo facerēt. Trānq; de eo loquēs: Depositā prouinciæ spe pontificatū maximū petiūt nō sine profusissima largiūione. In qua reputās magnitudinē æris alieni cū mane ad comitia descēderet, prædixisse matri osculati fertur, domū se nisi pontifice non reuersurū. Plutar. aut autor est dixisse eū matrī, aut pontifice hodie uidebis filiū, aut exulē. Quāta aut summi pontificatus esset dignatio, & q; optimus eius redditus, ex eo coniūci potest quod Trāquillus in Claudio inquit: Postremo etiā seſtertiū octogies pro introitu noui sacerdotij coactus impēdere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut quū obligatā ærario fidē literare non posset, in uacuū lege prædiatoria uenalit pēperederit. Si enim pro sacerdotio uno Claudius tantum conferre non dubitauit, quid existimamus de pontificatu maximo qui caput erat omnium, ut est hodie, & quem principes ipsi assumere solebant, ut ex numismatis apparet. Idē Trāquillus in Cæsare: Crassum Pompeiūq; in urbē

Aes alieni
Cæsaris di-
ctatoris.

Pontificatus
maximus.

prouinciae suæ extractos cōpulit, ut detrudendi Dominij causa cōsulatū alterū peterent: perfecitq; per utrūq; ut in quinquenniū sibi imperiū prorogaretur. Quia fidutia ad legiones quas à republi-
ca acceperat, alias priuato alias publico sumptu addidit. Idē alibi:
Egit cū tribunis plebis collegā se Pōpeio destinatibus, id potius ad
populū ferrēt, ut absenti sibi & quandocūq; imperij tempus exple-
ri coepisset, peñio secūdi cōsulatus daretur, ne ea causa maturius
& imperfecto adhuc bello decederet. Quod ut adeptus est, al-
tiora iam meditans, & spei plenus, nullū largitionis aut officiorū
in quenquā genus publice priuatimq; omisit: forū de manubijs in-
cohauit, cuius area super seftertium millies cōstnuit: munus populo
epulūq; pronuntiavit in filiæ memoriā, quod ante eum nemo fecit.
Quorū ut q̄ maxima expectatio esset, ea quæ ad epulum pertine-
ret, q̄uis macellarijs oblocata, etiam domesticatim apparabat. Et
paulo inferius: Legionibus stipendiu in perpetuū duplicauit: fru-
mentū quotiens copia esset, etiā sine modo copiaq; præbui: ac sin-
gula interdū mancipia & prædia uiruum dedit. & rursus inferi-
us: Tum reorū obēratorū aut prodigæ iuuentutis subsidiū unicum
ac potēissimū erat. Hęc & huiuscemodi alia etiā si post præturā
Hispaniē sem cōiigerunt, tamen eo pertinēt, ut intelligamus Cæ-
sarē ingenio admodū profuso ac magnifico fuisse, & quod nō nisi
summa appeteret. Eiusdē generis sunt quæ sequuntur apud eundē
autorē: Munditiarū lautiuarūq; studiosissimū multi prodiderūt:
uillā in Nemorensi à fundameniis incohata, quod non tota ad anē
mū ei respōderet, totā diruisse, quanq; tenuē adhuc & obēratū. &

Margarīta iterū alibi: Ante alias dilexit M. Brutū matrē Seruiliā, cui et prio-
Cleopatræ suo consulatu sexagies seftertium margarīna mercatus est. Quod
& altera hic dicitur de margarīta sexagies seftertium empta, fidem facit
Seruiliæ. dicto Pliniano de margarīta Cleopatræ cētis seftertium aestima-
ta, id est aureis ducentis quinquaginta millibus. Ego cū inquirere
de unioib; an id uerū esse potuerit, sic rationē ducebā: Dotē omnē margari-
tarum (ut Plinius inquit, & gēmarij nostri confirmant) in cando
re, in

re, in magnitudine, in orbiculari forma, in lœuore & pōdere esse
 scimus, candore nostri nitorē Indicū intelligūt: Quare in unionū
 indicatione oīa hæc obseruat. Cū hæc proderē, percōtatus sum à
 gēmario quodā primi nominis mihi familiari, quē uidisset unq̄ pre-
 tiosissimū unionē, quantū pendere meminisset. Cū de hoc uerba fa-
 ceremus, & ille tricenarios se uidisse respōdisset, idq; ut memorabile
 in præcipua bonitate cōmemoraret, super sermonē adueniū gē-
 marius alter qui dixit pridie se unū tenuisse quadraginta ceratia
 pendentē: hoc enim uerbo in gēmis appendendis utūtur, quod in-
 fra à nobis exponetur. Is igitur cum rei pernoscendi cupidū me ui-
 deret, ait se postridie mihi eum offēsurū in manibus inclusoris aut.
 uascularij, qui illigandū eum monili conduxerat. Ea die ad consti-
 tutam horā non affui: tertio die cum uenisssem ad eum, comperi ab
 inclusore reddiū, cæterū eum esse in dactylotheca principali, tri-
 bus aureorū millibus emptum: auellanæ magnitudine, orbiculatū,
 eximiæ pulchritudinis, pondere, ut dixi, quadragenariū. Ab alio,
 gēmario audiui, quo etiā familiariter utebar, unā se margariū te-
 nuisse exquisita bonitate, pondere tricenariā quatuor millibus au-
 reorū emptā à duce Borboniana Ludouici regis XI. filia, uiragi-
 ne cordatissima eadē & magnificentissima, socrū ducis Borboni-
 ani qui hodie in eo genere principum multorū opinione censemur,
 quos sapientissime Homerus amymonas appellabat, significare uo-
 lens ita omni reprehensione maiores, ut ne nasuti quidem homines
 rhoncos luoris improbi plenos exhalare soliti, & ipse deniq; Mo-
 mus aliquid in eis improbarent. Sed Plinius de unionibus loquēs:
 Pondus (inquit) ad hoc æui semunciae pauci singulis scrupulis ex-
 cessere: hoc pondus sex & octoginta ceratia, & bessem ceratiæ æ-
 quat, cum in uncia centū & sexaginta sint ceratia, & uiginti in
 drachma. Non mirū est igitur si unio omnis æui maximus et omni. Ordo gem-
 dote bonitatis præstatiſſimus, tanq; ea ætate æſtimatus est quo mū. marū autori-
 dus auro & argento exuberabat, ut ex sequentibus liquido docebi-
 tur. Plinius lib. XXXVII. de adamante loquēs ita inquit: Proxi-
Amymones.

mum apud nos Indicis Arabiciꝫ; margaritis pretiū est, tertia au-
 torias smaragdis perhibetur, pluribꝫ de causis. Hactenus Pliniꝫ.
 Ex cuius uerbis intelligimus margaritā in ordine gēmarū adamā
 ti tantū cedere, licet hoc tēpore uix quartæ sit autoritatis. Idem ta-
 men libro nono: Principiū ergo, inquit, culmēq; omniū rerū pretij
 margaritæ tenct, Indicus has mīti in oceanus. Ergo cū eo tpe unio-
 nū inter gēmas prima aut certe secūda esset indicatura, tuncq; re-
 tū pretia ad summū lictitationis exercūssent, & ille Cleopatræ u-
 no pōdere altero tāto præstaret quē prætiosissimum memorie no-
 stræ unionē gēmarū instītores meminerūt, atq; eo amplius scrupu-
 lo nō abhorre à fide puto tāti æstimatiū esse, simul quōd omnibus
 nūeris cōmendationis absolutus erat, simul quōd ad culmen proba-
 tionis & primatū peruererat, & ita inclarerat fama, ut natura
 specimen sui fecisse in duabus margaritis existimatetur, ut ex Pli-
 nio apparet. Huius pretij ratio sic arbitror iniri potest. Quū ex il-
 lo gēmario quererē quāti ex formula æstimaretur plurimo marga-
 rita quæ pōdere quaternaria, & bonitate prima esset, triginta, in-
 quiū, aureis eiusmodi emptā uidim⁹. Quid octonaria, inquā, eius-
 dem notæ quāti æstimares? ait minimū ducētis. Cū ulterius rogi-
 tādo per accessiones pergerē, ita respōdit, ut intelligerē accessionē
 pretij deinceps ex pōdere nō numero, sed proportione fieri, ut quo
 duplicādo pōdere supradicta octonaria margarita paulominus se-
 ptuplex quaternariæ æstimatiōe facta esset, sic in duodenaria &
 uicenaria et ulterioribus maiore deinceps maioreq; sursum uersus
 incremento pretiū augesceret. Qua ratione si pretiū Plinianæ il-
 li statuamus, in immēsum quoddā pretiū abibit taxatio. Maius for-
 tasse miraculū sit Cæsarē centū quinquaginta millibus unionem
 unū emisse, ut adulteræ donaret: de quo Trāquillus ita scribit (ut
 ad rē redeamus:) In primo cōsulatu tria millia pōdo auri furat⁹ ē
 capitolio, tantundē inaurati æris reposuit, societates ac regna pre-
 zio dedit, ut q̄ uni Ptolemæo prop̄ sex millia talētorū suo Pōpeijq;
 noīe abstulerit. Hæc Trāquilli autoritas fidē facere potest ijs quæ
 à no-

Animaduer-
 zenda ratio-
 cinatio

Vnio Serui-
 liæ datius.

¶ nobis paulo ante dicta sunt. Plutar. de eodē loquens : Inter hæc
 (inquit) res Gallica maxime Cæsarē extulit, qui in remotissimis
 locis cū esset, bellaq; aduersus Belgas Britānosq; consereret, aurū
 argentūq; spolia, cæterasq; diuitias ex hostibus partas (tanta herue
 aderat copia) magno numero Romā misit, horū deinde largitiōi-
 bus animos ciuiū tentans, ædilibusq; ad spectacula tribuens, præto-
 ribusq; atq; consulibus eorumq; uxoribus donas, multos sibi allexit.
 Quare in reditu supatis alpib⁹ cū ad ciuitatē Lucanā hibernaret,
 uirorū & matronarū magnū numerū eō accessisse memorat, cum
 plausu lœtitiaq; ingenii sese offerentū . Consulares uiri eō profe-
 cti sunt ducenti, inter quos Pōpeius & Crassus fuere: proconsulū
 quoq; ac prætorū centū et uiginti fasces ante Cæsaris fores inspe-
 cti: alios aut̄ oēs spe donisq; repletos Cæsar dimisit, cū Crasso au-
 tē & Pōpeio fœdus inijt. Idē in Pompeio de initijs ciuilis belli lo-
 quens: Cæsar (inqt) ualidius tū rebus imminebat. Qui cū nondū
 lōge Italīa attigisset, sed uolo ad urbē destinabat milites, ut comitijs
 adesset: multos illic tū ciues pecunijs allicīs, multos etiā primorū
 muneribus demulcēs, inter quos Paulus cōsul ob mille et quingēta
 talēta mutatus est, & Curio tribunus plebis ingēti ære alieno libe-
 ratu⁹ est. Hactenus ille . Ecq⁹ est igitur qui animo cōcipere possit Animosissi-
 tantā corruptoris munificiā, qui alterius tantū cōsulis fauorem mus corru-
 nōgetis millibus aureorū redimere nō dubitarit: q̄q maior illa fuit ptor.
 Curiōis merces, q̄ sexcēties sestertiūm æris alieni habuit, ut autor Curionis &
 est Val.li. ix. Ob illas rapinas Gallicas emanauit ill& trimetrū alienum,

Quis hoc potest uidere, q̄s potest pati, (iābīcū Catulli:

Mamurram habere, quod comata Gallia

Habebat, & cuncta ultima Britannia?

Eo' ne nomine imperator unice

Fuisti in ultima occidentis insula,

Vt ista uestra diffututa mentula

Ducenties comeſſet aut trecenties?

Quo ex loco satis coniçere est, ingentem effe summam trecenties
ſester

Mamurra. festertiūm, quo Catullus Mamurrā praefectum fabrum Cæsaris locupletatū esse à Cæsare spoliata Gallia & Brætania conqueritur: de quo Plinius libro tricesimo sexto sic inquit: Primum Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cælio mōte, Cornelius Nepos tradit Mamurrā Formijs natū præfectū fabrum Caij Cæsaris in Gallia: neq; indignatio sit tali autore inuenīta re. Hic nanq; est Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus, quē, ut res est, domus ipsius clarior quam Catullus dixit habere quicquid habuisset Comata Gallia. Quibus uerbis Plinius in gentem luxum & dificij significauit quod Cæsar is et Mamurra rapinas non modo præ se ferre, sed etiā clamitare uidebatur uoce late exaudibili. Age quid de Luculli diuitijs existimare possum^o, qui cum reipublicæ infensus priuatæ uitæ se dedisset, & eis & prætorijs extruendis, hortis & coenationibus amoenissimis incredibili

Bibliotheca sumptu paratis, et bibliotheca insigni utriusq; linguae libris referata, atq; omnibus obuia & pateti, opes bello quæsitas cōterere nō potuit, cum interim quotidiano epularū apparatu in prouerbii prop̄e uenerit? Vnū de eo dictū Plutarchi referemus quod est in hac fermè sententiam: Quodā die, inquit, cum Cicero et Pompeius Lucullū in foro sedente ociosumq; offendissent, eo salutato dixerunt sese apud eū eo die coenaturos, ea demū cōditione, ut nihil ad solitā coenam eorū causa adderet: quo primū recusante, coenāq; in diem posterum reiūciēte, illi sese dicere neq; diem alium cōstituturos, ac ne potestate quidem illi facturos, ut seruis aliqd in aurē impera memorabilis ret. Hic Lucullus deprehēsum se uidēs, id tandem orare eos iustiūt, luxus Lucul ut uel eorū uenia sibi liceret palam uni ex seruis dicere, ad Apollīli.

nisi eo die se coenaturū: erat aut Apollo triclinij aut coenationis no men, & ordinatas ille ita coenationes habebat, ut taxata coenarum summa unicuiq; loco esset. Eo igitur auditio famuli quid agi ille uel let gnari, coenā continuo appararunt impēdio quinquaginta milium, tanta celeritate & lauitia epularū, ut Pompeius & Cicero constupescerent. Quinquaginta millia, mille ac ducentos quinqua-

ginta

ginta aureos ualent. In Plutarcho tamen Græco hæc uerba leguntur: οὐώσει δὲ μέσπνεῖν ἐν τοῖς ἀστράλων πίντε μυριάδων. Solebat autem coenare in Appolline quinq; myriadibus: hoc est quinquaginta millibus drachmarū, quæ quinq; millibus aureorū à nobis aestimantur & ducentis sestertijs. Huiusmodi multa à Plutarcho referuntur fidē omnino excedētia, si ex præsentī seculo aestimentur. Atheneus libro duodecimo de ijs loquens qui luxu & delicijs olim celebres fuerūt: Νικόλαος Θεος ὁ πριπατητικὸς ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐν γοτθῷ τῷ ισοριῶν, λεύκου λόγῳ φλοιν ἀφικόμενον εἰς ἡώμενον καὶ θριαμβεύσαντα, λόγον τε ἀστρολόντα τοῦ πρὸς μιθριδάστην πρλέμου, οὗτοι λαοι εἰς πρατελῆ δίαιταν ἔκ τοι παλαιότερον φροσύνην. Καὶ φύστε πρῶτον εἰς ἀπαντήσαμεν ἡγεμόνος γενέθλιον, καὶ ερπωτάσθλην δυοῖς βασιλέων πλοῦτον μιθριδάστου καὶ τιγράνου. Nicolaus, inquit, perē pateticus in decimo & in uicesimo historiarū tradit, Lucullū cum Romam post expeditionē Ponticā rediisset & ex eo bello triumphasset, rationes ad ærariū rettulisse ob eius pecuniae administrationem. Quo facto se abrupta licentia ad uitā sumptuosam & elegantem ex ciuili & prisca frugalitate Romanorū contulisse, idq; exemplum Romanis prodidisse, ut pote qui duoru regum opulentianis in cēsum suum uertisset, publica uictoria ex Mithridate ac Tigra ne parta, ad priuata cōmoda usus. Ex quibus uerbis intelligimus ut & ex locis pluribus Ciceronis orationū, imperatores Romanos rationes quidē speciosas ad ærariū referre solitos, sed ita tamen ut reliquorum luculēta fragmenta apud se retinerent. Ne minimum igitur Gallicarum rerum disp̄satoribus tanquam uiris ingeniosis & solertibus, publica fama plaudat: semper enim huiuscmodi fuerunt qui ex publicis actibus immodice crescerent, ut Athenis Pericles & Phalereus. Varro libro tertio de re rustica de piscinis Luculli loquens: Contra ad Neapolim L. Lucullus postq; perfodisset montem, ac maritimū flumen immisisset in piscinas quæ reciprocæ fuere, ipse Neptuno non cederet de piscatu. In baiano aut Ardeat tanta ardebat cura, ut architecto permiserit, ut suam pecuniā consu-

Piscinæ. consumeret, dummodo produceret specus è piscinis in mare, obie-
Etaculo quo æstus quotidie ab ortu lunæ ad nonam proximā introē-
re ac redire rursus in mare posset, ac refrigerare piscinas. Colu-
mella libro nono: Attamen ijsdē tēporibus quibus hanc memorabat
Varro luxuriem, maxime laudatur seueritas Catonis, qui nihilō-
minus & ipse tutor Luculli, grandi ære seftertiū millium qua-
dringentorum piscinas pupilli sui uenditabat. Tum enim celebres
erat deliciae popinales, cum ad mare deferebantur uiuaria: quorū
studiosissimi uelut ante deuictarū gentium Numantinus & Isauri-
cus, ita Sergius Aurata & Licinius Murena captorū pisciū lēta-
bantur uocabulus. Macrobius libro tertio Saturnaliū: Piscinas autē
q̄ refertas habuerint pretiosissimis pisciis Romani illi nobilissimi

Piscinarij. principes L. Philippus & Hortensius, quos Cicero piscinarios ap-
pellat, etiam illud indicium est, quod M. Varro in libro de agricultura
refert M. Catonē qui post Uticæ perijt, cum hæres testamento
Luculli esset relictus, pisces de piscina eius quadraginta millibus
uendidisse. Locus aut̄ Ciceronis à Macrobio significatus legitur lib-
bro primo ad Atticū his uerbis: Sed posteaq̄ primū Clodij absolu-
tione leuitatē infirmitatēq; iudiciorū perspexi, tū autē beatos hoīes
(hos piscinarios dico tuos) non obscure nobis inuidere, putauit mihi
maiores quasdā opes & firmiora præsidia eē quærēda. Plin. libro
nono: Eadē ætate prior L. Murena reliquorū pisciū uiuaria inue-
nit: cuius deinde exēplū nobilitas secuta est, Philippus, Hortensius,
Lucullus, exciso etiā mōte iuxta Neapolim maiore impēdio q̄ uillā
ædificauerat: Euripū & maria admisit; qua de causa Magnus Pō-
peius Xerxem togatiū eum appellabat: quadraginta ipsius piscinæ
à defuncto illo uæniere pisces. Ex antiquo tamē melius legiūr XL.
seftertijs è piscina defuncto illo uæniere pisces. Quare apud Co-
lumellam nō millium quadringentorum, sed quadraginta legen-
dum uidetur, quod tamen idem autor grande æs appellauit: nos
mille aureis eam summā taxamus. Idem Plinius libro eodē: Mure-
narū uiuariū priuatim excoginauit C. Hirius ante alios, qui coenis
trium-

triumphalibus Cæsar is dictatoris sex millia numero murenarum mutua appendit, nam permutare quidē pretio noluit, alia' ue merce. Huius uillā inter q̄ modicum XL. millibus piscinæ uendiderunt. Hoc dictū Plini⁹ eo pertinet quod supra diximus de magnificetia Cæsar is: quantū enim æstimamus reliquarum epularū apparatum fuisse, cum murenæ sex millia numero fuerint, quis uenales tot re periri nō possent? Verū ille locus Plini⁹ emendandus est, partim ex uetus in quibus ita legitur: Huius uillā intra q̄ modicū XL. pi- scinæ uendiderunt (mille aut̄ adiectitiū uerbū est) partim ex Varrone et Macrobio. Varro libro supradicto. Illæ aut̄ maritimæ pi- scinæ nobiliū potius exinanīt marsupium quam replent. Primum enim edificatur magno, secundo implētur magno, tertio alāetur ma- gno. Hirius circū piscinas suas ex edificijs duodena millia sester- tiū capiebat: eam omne mercedē escis, quas dabat piscibus consu- mebat. Nec mirū: uno tēpore enim memini hunc Cæsari sex millia murenarum mutua dedisse in pondus, & propter pisciū multitudi- nem quadragies seftertia uillam uenisse. Duodena seftertia Varro magnum sumptum uocauit, nos trecentis aureis æstimamus. Sic igitur locum Plini⁹ lego: Huius uillam intra quam modicam qua- dragies piscinæ uendiderunt, id centum aureorum millibus. Villā intra quam modicam intelligo minorem etiam mediocri. Hoc enim modica significat quod notius est quam ut exempla requirātur. Ve- rum huius emendationis Macrobiū autorem habeo, cuius haec uerba trāscribēda duxi ex libro supradicto: Autor est Plinius C. Cæ- farem dictatorem cum triumphales coenas populo daret, sex mil- lia murenarum à Caio Hirio ad pondus accepisse. Huius Hirij uil- lam quamuis non amplam aut latam, constat propter uiuaria quæ habuit, quadragies seftertiū uenudatam. Sic autem intra quam à Plinio dictum est, ut supra q̄ & extra quam dicuntur ab autori- bus, et infra q̄. Cicero: Stomachi aut̄ partes quæ sunt infra q̄ cibis deuoratur, dilatātur: Arteria aspera ostiū habet adiunctū lingue radicibus paulo supra quam ad linguā stomachis adnectitur. Hic

locus

Plini⁹ locu-

Intra quam-

Infra quam-

Supra quam-

Plinij locus. locus admonere nos debet q̄ Plinius corruptus sit in huiusmodi re-
rum descriptione ut antea diximus. Subiungā nūc aliqua eodē per-
tinentia quo illa præcedentia. Plinius libro decimo: Pauonem cibi
gratia Romæ primus occidit orator Hortensius adijciali coena sa-
cerdotij. Saginare primus instituit circa nouissimū Piraticū bellū
M. Aufidius Lurcho, exq; eo quæstu redditus is sexagena millia se-
stertiū habuit. Varro libro supradicto: Ex pauonibus M. Aufi-
dius Lurcho supra sexagena millia nummū in anno dicitur cape-
re. Quod Varro nūmū Plini⁹ sestertiū dixit, ne de hoc postea
dubitetur quod antea diximus, nummum & sestertiū idem fuisse
Romanis. Quoniammodo aut uillatica pastio sexagena millia quotā
nis reddere uno nomine, id est pauonū sagina potuerit, docet Var-
ro his uerbis: Primus hos Quintus Hortensius augurali adijcialē
coena posuisse dicitur: quē multi secuti cū pretia eorū extulerūt,
ita ut oua eorū denarijs quinis ueneāt, ipsi facile quinquagenis,
grex cētenari⁹ facile quadragena millia sestertiū reddat, ut qui
dem Albutius aiebat, si in singulos ternos exigeret pullos, perficē
sexagena posse. Idem paulo superius: Hi ad cōstituēdos greges pa-
rantur bona ætate & bona forma: pascuntur omne genus obiecto
frumento, maxime hordeo. Itaq; Seius his dat in mēses singulos hor-
dei modios singulos, ita ut foecura det uberior⁹ & ante q̄ salire in-
cipiat: hic à procuratore ternos pullos exigit, eosq; cum creuerint
quinquagenis denarijs uēdin, ut nulla ouis hūc assequatur fructū.
Sexagena sestertia quinadēna millia denariorū ualeat ut diximus:
si ergo in singula capita cētenarij gregis ternos pauones redditus
annui statuas, trecentos pullos habebis: quos si grādiores factos et
saginatos quinquagenis denarijs uenūdatos intelligas, quina de-
na millia denariorū in summa erunt, id est quinquagies trecentena.
Rursus sexagena millia sestertiū æstimatione nostra mille ac
quingentos aureos ualent, et quinquaginta denarios id est selibrā
argentii quinq; coronatis æstimare solemus. Si igitur trecentes quē
nos uel quinques trecentenos aureos multiplices, mille ac quingē-
tos in

tos in summa inuenies, ita ad numerum cōuenit quod de nōmo ac de
 nario sestertijsq; diximus. Apud Varronē mēdoſe legiūr: itaq; ſe
 nis his dant: pro Seiū his dat. Seianē enim uillæ apud eū fit men-
 tio & alioquin modius ſex pauonibus in mēſem non ſufficeret, quē
 uix uni ſufficit, ut poſtea docebimus. Idē alibi de uillatica paſtione
 Seiū loquēs: Certe inquit Merula ibi uidi greges magnos anſerū,
 gallinarū, columbarū, gruū, pauonū, necnon gliriū, pisciū, aprorū,
 ceteraeq; uenationis, ex quibus rebus ſcriba librarius eius in annos
 ſingulos plus quinquaginta mil. à uilla capere dicebat. Axio admi-
 rāte: certe noſti, inqt, materteræ meæ fundū in Sabinis, q; eſt ad
 uigesimū quartū laſidē uia Salaria à Roma. Quid ni inquiā: atquē
 in hac uilla qui eſt ornithon, ex eo uno quinq; millia ſcio ueniffe tur-
 dorū denarijs ternis: ut LX. millia ea pars reddiderit eo anno uil-
 læ: bis tantū q; tuus fundus CC. iugerū Reate reddit. Quid LX. in
 quā Axius? LX. LX. derides? LX. inquā. Sed ut ad hūc bolū perue-
 nias opus erit tibi aut epulū aut triūphus alicui?, ut tūc fuit Scipio
 nis Metelli, aut collegiorū coenæ q; nunc innumerabiles excandefā
 ciunt annonam macelli. Reliquis annis omnibus & hāc expectabis
 ſummam. Quotus enim quisq; eſt annus quo nō uideas epulum aut
 triumphū, aut collegia coepulari? quæ nūc innumerabiles intendūt
 annonā. Nōne itē L. Albutius homo (ut ſciatis) apprime doctus: dice-
 bat in Al'ano fundū ſuū paſtionebus ſemper uinci à uilla? agrum
 enim minus dena millia reddere, uillā plus uicena. Idem ſecundum
 mare quo loco uellet ſi parafet uillā, ſe ſupra cētum millia ē uilla
 recepturū. Age nō Mar. Cato nuper cū Luculli accepiffet tutelā,
 ē pifcinis eius XL. millibus ſeſtertiū uēdidiſt pifces? Ternis dena-
 rijs, id eſt duodenis nūmīs turdos ueniffe ad epulū adijciale dicit:
 id eſt ære noſtro denis ſolidi turonicis & ſemiffe. Si igitur quin-
 quies duodena millia uel duodecies quin a numeres cum quinq; tur-
 dorū millia fuerint, LX. millia nūmorū efficies. Turdi apud
 nos hyeme non altiles ſed aucupio capti & continuo occiſi, ueneat
 ſumnum ſenis denariolis, id eſt ſolidi ſemiffe. Florentiae altiles au-
 mculas

culas comedì adipe omnino obesas, magnitudine alaudæ, sapore admodum suavi, quæ tribus solidis nostris emptitari dicebantur, sæpe etiam pluris. Verum hoc adnotandum, quod ager ducentorū iugerum triginta millia reddere non poterat, cum uillatica pastio XL. millia uno nomine redderet. Triginta millia ære nostro se-

Luxurie Rō manorum. ptingentos quinquaginta aureos ualent. Romane luxurie rationem inire in uniuersum ex Pliniū uerbis possumus, qui libro octauo de suis loquens ita inquit: Et adhibetur ars iecori foeminarum si cut anserum: inuentū Marci Apriū fico arida saginatis, uel (ut in recētioribus libris) carica à satietate necatis, repente mulsi potu dāto. Neq; alio ex animali numerosior materia ganeæ: quinquaginta propè sapores, quum cæteris singuli. Hinc censoriarum legum paginæ, interdicta q; coenis abdominalia, glandia, testiculi, uulue, sincipita uerrina. Placuere autē ḡ feri uescicæ. Catonis censoris orationes aprinū exprobrat callum: in tres tamē partes diuiso apro, media ponebant lumbos aprimos appellata. Solidum aprum Rōmanorū primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus, pater eius Rulli qui Ciceronis in consulatu legem agrariam promulgauit: tam propinqua origo nunc quotidianæ rei est, ḡ hoc annales notarūt. Ex his uerbis intelligimus Pliniū tēpore solitū fuisse solidos apros inter fercula epularum apponere, etiam in quotidianis luxuriosorum epulis, quod etiā Seneca attestatur. Sed nihil maius est quam ficiis aridis sues saginare, ḡ mulsum ijs obijcere. Huiusmodi sues

Theriotro phium. ex uiuarijs petebantur, quæ theriotrophia dicuntur, quale fuisse in Laurentina villa Hortensi oratoris apud Varronem legimus. Eo

Porcus Troianus. dem pertinet porcus Troianus cuius in lege Fannia sumptuaria mentio facta est, qui mensis inferebatur alijs animalibus farctus, ut olim equis ille Troianus armatis inclusis grauidus in urbe Troianam illatus esse dicitur. Sed in uerbis Pliniū suprascriptis ego

Pliniū locus. duo uerba emendanda sic censeo, ut legamus, placuere autem ḡ feri sues. Iam Catōis ḡc. ex uetusti obseruatione in quo legiūr, ḡ feris uescicam: nullibi enim ut arbitror, uescicæ aprinæ fit metio inter

inter fercula antiquæ luxuriæ. Videamus de mancipijs Romanis. Plinius libro septimo: Preium hominis in seruitio geniti maximum ad hanc diem (quod equidem compererim) fuit grammaticæ artis Daphnidis Gn. Pisaurense uedente, & M. Scauro principe ciuitatis IIII. M. DCC. seftertijs licente. Excessere hoc in nostro æuo, nec modice histriones, sed libertatem suam mercati, quippe cum iam apud maiores Roscius histrio IIII. M.D. Annia mercasse prodatur. Sic in omnibus impressis exemplaribus legitur, in ijs etiā quos Hermolaus castigando Plinio obseruasse se dicū: quo magis mirum est Hermolaum connuentibus oculis hæc uerba prætermisſe, cum tamen eodem capite unum uerbum mutauerit contra fidem uetustæ lectionis, in quo ego ei non assentior. Quomodo autē summum preium hominis serui esse potest tria millia & septingenti seftertiij, cum Columella libro quarto dicat, de uinitore seruo loquens: Sed ego plurimorum opinioni dissentiens pretiosum uinitorem in primis esse censeo: is' que licet sit emptus sex uel potius seftertiūm octo millibus, cum ipsum solum septem iugerūm totidem millibus nummorum partum fit. Quod si apud Plinium seftertia genere neutro intelligas, immane erit preium, etiam præterquam quod latine loquentium consuetudo refragatur, ut alibi diximus. Plutarchus in Catone maiore: Cum Babylonie supellex hæreditate ei obuenisset, ut quam primum uenundaretur curauit: nullam eius uillam tectorium habuisse, nec ullum mancipium ultra mille et quingentas drachmas emisse dicit: quasi non delicatus & formosus, sed colonis ac robustis stabularijs & bubulcis sibi opus esset. Mille & quingentæ drachmæ sex millia numerū ualent. Quod cōuenit cū dicto Columellæ, q̄ sex uel potius octo millibus uult emi uinitorem, quem pretiosum uocat, id est centum quinquaginta uel ducentis aureis nostris emptum. Luius libro nono de bello Macedonico de censura eiusdem Catonis loquens: In censibus quoque ac cipiēdis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit: ornamēta & uestem muliebrem, et uehicula quæ pluris q̄ quindecim millium

æris essent, in censum referre viatores iussit. Item mancipia minora annis xx. quæ post proximū lustrum decē millibus æris aut eo pluris uenissent: uti ea quoq; decies pluris q̄ quāti essent estimarē tur. Et his rebus oībus terni in millia æris attribuerentur: hæc æstimatione maior est tribus millibus septingētis sestertijs: Verū ex Linij loco intelligimus non impune olim id est censuræ tēpore fuisse ijs qui pretia rerū ultra modū intēdissent: propter quod emanauit dictū illud Plinij in loco supradicto eodē capite statim post uerba prædicta: Nisi si quis in hoc loco desiderat Armeniaci belli paulo ante propter Tyridatē gesti dispensatorē, quē Nero III. C. XXX. manumisit: sed hoc pretiū belli non hominis fuit, tam Hercules q̄ libidinis non formæ Paronetemi Spadonis Seiano III. M.D. mercāte à sutorio prisce: quam quidem iniuriam lucrificit ilie, mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli uacabat. Quo in loco Peronetomi libentius legerim quam paronetemi: quod quid significare possit non uideo: πριονίζει fortasse nomen Spadoni accōmodatum quasi exactis genitalibus etiam insibulatus. Legimus apud Senecam in epistola ad Lucillium libro quarto seruos anagnostas id est lectors literarū peritos cētum millibus nūmorū emptos, quod tuni maximū habebatur pretium. Caluifius (inquit) Sabinus memoria nostra fuit diues: hic eruditus uideri uolebat. Hanc itaq; cōpen diariam doctrinam excogitauit: magna summa emis seruos, unū qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum: nouem præterealyricis singulos assignauit. Postq; hæc familia illi cōparata est, suavit illi Satellius stultorū diuīnum arrosor Et quod sequitur arrisor, ut grāmaticos haberet analectos, cum dixisset Sabinus cēteris milibus sibi constare singulos seruos: minoris (inquit) totidem scrinia emisses. Quin et apud Flinium ipsum eodē in libro de exemplis similiudinum loquentem ita legitur: Toranius M. Antonio iam triumuiro eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans alpes, ut geminos uendidit: tāta unitas erat. Postquam deinde sermone puerorū detecta fraude à furente increpatus Antonio

tonio est, inter alia magnitudinem pretij requirente: (nam ducen-
tis mercatus erat sestertijs) respondit uersutus ingenij mango ob-
id ipsum se tanti uendidisse: quoniā non esset mira similitudo in ul-
lis eodem utero editis. Tranquillus de Cæsare: Seruitia recentio-
ra politiora'q; immenso pretio cōparauit, & cuius etiam ipsum pu-
deret, sic ut rationibus uetaret inferri. Proinde uel refragāte exē
plarium fide, hunc locum ita lego: Mar. Scauro principe ciuitatis
CCC. millibus DCC. sestertijs licente. Excessere hoc in nostro æuo
nec modice histriones, sed libertate suam mercati, quippe cum iam
apud maiores Roscius histrio CCC. L. annua meritasse prodatur:
uel potius, sestertia quingenta annua meritasse. Nota enim sestertijs
potuit immutari in aliam notam, ut alibi sāpe, sicut tria III. in
locum triū CCC. irrepserant. Meritasse aut uerbum nō sine admo-
nitione uetusti unius exemplaris lego. Quod aut sequitur: nisi si quis
in hoc loco desiderat Armeniaci belli paulo ante propter Tyrida-
tem gesti diffēsatorē, quē Nero III. CXXX. manumisit: suspectū
mēdi habeo, ut fortasse cēties uicies legendū sit hoc modo: Quem
Nero sester. cēties uicies manumisit: nam in uetusto III. C. XX. le-
giur. Sestertium enim antiqui lōguriolis binis & semisse notabāt,
quā nota facile fuit in tria iota decidere. Omnia statuendum est
nōnulla etiā cōtra fidē quantūuis uetustæ lectionis emēdare cū ar-
gumētis ad hoc ualidis impellimur, ut alibi in eodē libro, ubi Plini⁹
exēpla numerosæ sobolis ponit: Extat, inquit, in monumētis etiā me-
diorū, & quibus talia cōsectari curae fuit, uno abortu duo puerpe-
ria egesta. In omnibus libris sic legi, præterq; in uno uetustissimo
ubi duo dicit puerperia legiur, cū anxie obseruarē propter Aristote-
leū qui duodecim dicit lib. VII. de histo. animaliū. ὅδη γένος
τοῦ οὐρανοῦ καὶ τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῶν περιπολῶν τοῦ οὐρα-
νοῦ εἰντονα. Iam cōtigit corruptione in locis muliebribus facta, et de-
cem et duodecim superfoetatos partus egeri. Quare hic duodecim
puerperia lego. Illud eodem in loco magis suspectum habeo q; emen-
dere ausim: Quarto partu Dacorū nota in brachio reddiur. Ari-

Plinij locus.

Sestertijs
nota.

stotelem: ἦδη δὲ ἀπέδιλκε τῇ Σιούτων τὴν παραβολὴν. οὐοντος ἔχοντος τίνος σίγμας ἢ τοῦ βραχίονος, οὐδὲν γάρ δικαιόεσθαι, οὐδὲν διδοῦντα τὸ χωρὶς τοῦ αὐτῷ περιφερεῖται μέλον. Iā tale quod aliquando & in tertia prolem redijt: siquidem habetis iniusti puncti notā in brachio, filius sine ea nota natus est: ex eo uero nepos eodem in loco brachij nigratē quandā confusam rettulit. Pliniū autē eo in loco Aristoteleē esse secutū facile est utriusq; autoris collatiōe iudicāre: ut fortasse non Dacorū sed uel decorum uel dedecorū legendū sit, pro eo quod Aristoteles stigma dixit. Veruntamen emendationem illam superiorem insigni aliqua autoritate confirmare oportet ne dubitandi argumentū cuiquam relinquamus. Audiamus igitur Macrobiū libro tertio Saturnalium de saltatione histrionica & histrionibus ita loquentem: Cæterum histriones non inter tur-

Roscius. & Cicero testimonio est. Quem nullius ignorat Roscio Aesopū. & Aesopo histrionibus tam familiariter usum, ut res rationesq; eorum sua solertia tueretur: & certe satis constat contendere eum cum ipso histrione solūum, utrum ille sēpius eandem sententiam uarijs gestibus efficeret, an ipse per eloquentiæ copiam sermone diuerso pronuntiaret. Is est Roscius qui etiā Lucio Syllae charissimus fuit, & annulo aureo ab eodem dictatore donatus est. Tanta autē fuit gratia & gloria, ut mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solus acceperit. Aesopum uero ex pari arte ducenties sestertiū reliquissime filio constat. Hactenus ille. Mille denarij quatuor millia nummū ualent, id est centum aureos nostros: quā mercedem si per singulos dies anni accepisse Rosciū intelligeremus, fieret summa annua mercedis triginta sex millia & quingenti, quæ computatione Romana sestertiū quater decies et sexaginta millia dicitur. At ea summa tribus partibus maior est ea quam Pliniū posuit, id est trecentis & quinquagenis millibus. Quare mille denarios diurnos suspicari possumus Macrobiū intellexisse, ludorum tantum diebus accepisse Rosciū. Cicero in ea oratio Salarium ne quam pro Roscio habuit, mercedem publicam Rosciū restuisse dicit

dictū his uerbis: Roscio cur tantifuerit ut sociū fraudaret, causam Roscianum
 requiro. Egebat? immo locuples erat. Debebat? immo in suis sum-
 mis uerbabatur. Avarus erat? immo etiā anteq̄ locuples, semper li-
 beralissimus munificentissimusq; fuit. Prch deūm hominūq; fidem
 qui LLS. CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. quæstus facere noluit:
 nam certe LLS. CCCLIII. CCCLIII. CCCLIII. merere & potu-
 it & debuit: is per summā fraudem & malitiā & perfidiam LLS.
 LIII. appeti? & illa fuit pecunia immanis, hæc paruula: illa ho-
 nesta, hæc scridida: illa iucunda, hæc acerba. Cur hi numeri ter le-
 gantur nō intelligo: sed CCCL. M. legendū puto, ut ex tribus III.
 fiat M. Est aut̄ alioquin oratio illa uel orationis fragmentū potius
 & mutilatū & in numeris suspectū: magnā tamē fuisse mercede
 Roscij ex eo intelligimus, quod eodē in loco orationis sequitur: x.
 his annis proximis (inquit) seftertiū sexagies honestissime cōse-
 qui potuit, noluit: labore quæstus recepit, quæstu laboris reieciū: po-
 pulo Romano adhuc seruire non destuit: sibi seruire iampridē de-
 stuit. Hoc tu unq̄ Fāni faceres? sed si hos quæstus recipere posses,
 non eodē tempore & gestū & animā ageres? Dic nunc te ab Ro-
 scio LLS. l. III. tribus circumscriptū esse, qui tantas & tam infini-
 tas pecunias nō propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam
 liberalitatis repudiarit. Infinitas pecunias Cicero sexagies seftertiū
 appellat: nec mirum, cum centum & quinquaginta aureorum
 nostrorum millia esse iam docuerimus. Ergo singulis annis sexcen-
 ta seftertia, hoc est quindecim aureorum millia Roscius merere re-
 cusauit. Quod tum intelligimus factum fuisse, cum diues esse coe-
 pit, cum etiam ad extremum annulo aureo, id est equestri ordine
 donatus sit à Sylla. Re autem acrius pensata, Plinij dictum
 de annis trecentis & quinquaginta seftertijs, uel de quingentis
 potius, intelligo de Roscij mercede in seruitute existente: siquidē
 in eadē oratione Ciceronis legimus Panurgū seruū comedū tanti
 operas suas locasse, qui Panurgus Roscij fuerat seruus. Sunt hæc
 uerba ex oratione transcripta. Panurgū tu Satiri propriū Fannij

dicis fuisse, at ego totū Rosciū fuisse contēdo: quod erat enim Fan-
 niū, corpus est: quod erat Rosciū, disciplina. Facies non erat, ars
 erat pretiosa: nō enim illū ex trūco corporis spectabat, sed ex ar-
 tificio comicō aestimabat. Illa mēbra merere per se nō amplius pote-
 tant XII. aeris: disciplina quæ erat ab hoc tradūta, locabat se non
 minus LLL. CCCLIII. Nihil aut̄ certi constiui potest ex illa ora-
 tione quā nō nisi impressam uidimus. In uolumine aut̄ antiquo ora-
 tionū Ciceronis quod legere nobis cōtingit, illa oratio cū duabus ali-
 is deerat. Quantū tamē ex illo fragmēto colligi potest, Panurgus
 ille comœdus qui cōmunis inter Rosciū & Fanniu erat, à Flauio
 quodam imperfectus fuit: qui iudicio damni iniuriæ cōuentus, līte
 transactione decisa, CCCL. sestertia Roscio dedit pro parte sua:
 quare cū Fanius partē à Roscio auferre uellet tanq̄ in rem cōmu-
 nem Roscius transegisset, Cicero primā actionē Fannij depellere
 uolens, Rosciū aut̄ pro media tantū parte decidisse, quippe qui am-
 plius neminē eo nomine petitorū non spopondisset: deinde etiā cō-
 tendit Fanniu alterū tantū à Flauio abstulisse eodem nomine: pro
 pter quod Plinius non frustra dixit: Excessere hoc in nostro æuo
 nec modice histriones, sed libertatē suā mercati: aucto enim in im-
 mēsum peculio histrionicis mercedibus, facile libertatē quatumuis
 magno emebant. Quod si quis apud Macrobiū non mille denarios
 sed mille nummos legat, erit summa annuæ mercedis paulo, id est
 quindecim tantū millibus maior q̄ apud Pliniū. Ut aut̄ denarios
 mille etiā quotidianos per annum totū meruisse Rosciū credā, & ni-
 hil in Macrobio mutandū censem, facit id quod sequitur: Aesopum
 ex pari arte ducenties sestertiū reliquisse filio. Ut enim triginta
 tantū annua aureorū nostrorū millia mereret, oportuit eum duode-
 uiginti annis ut minimū arte exercuisse, ut ducenties sestertiū
 hæredi relinqueret. Plus aut̄ quotannis meruisse ex eo cōiecturā
 facio, quod uix annis duodeuiginti uox perdurare potuit ad actus
 fabularū: deinde (quod maius est argumentū) inuictato luxu ui-
 tam transegisse dicitur: quare ut tantū luxuriæ restaret, oportuit
 eum

eum maiora multo stipendia ac magis opima fecisse: de quo elogium illud extat Plinius lib. x. his uerbis: Maxime tamen insignis est in hac memoria Clodij Aesopi tragicorum histriorum patina sexcentis sestertiis taxata, in qua posuit aues catu aliquo aut humano sermone uocales, numerum sex millibus singulas coemptas: dignus prorsus filio a quo diximus deuoratas margaritas. De filio autem lib. ix. locutus est his uerbis, cum Antonij & Cleopatræ mentione ficeret: Non ferrent tamen, inquit, hanc palmam, spoliabunturque; etiam luxuria gloria. Prior id fecerat Romæ in unionibus magnæ taxationis Clodius Aesopi tragœdi filius, relictus ab eo in amplis opibus heres: (Ne triumphatu suo nimis superlatius Antonius penè histrionis comparatus) et quidem nulla sponsione ad hoc productus, quo id magis regium erat, sed ut experiretur in gloria palati quid saperet marginæ: atque ut mire placuere, ne solus hoc sciret, singulos uniones conuiuiis ad sorbendū dedit. Quo in loco non triumphatu sed triumviratu Plinius locus, lego ex uetusto libro. Docuimus supra hanc patinam Aesopi patrum quindecim millibus coronatorum nostrorum stetisse. Plinius dicit uniones magnæ taxationis filium conuiuiis singulis sorbendos dedisse. Quod si ducenties sestertiū ad id sufficere potuit, conjectura asequi possumus immāne esse summam ducenties sestertiū, praesertim cum Cicero sexages sestertiū infinitam pecuniam appellauerit. Athenaeus lib. xiiii. de quodam Amoebo citharoedo loquens, ita inquit: Mihi uero nihilo inferior esse uidetur antiquo illo Amoebo, quem Aristeas in lib. de citharoedis scribit Athenis habitasse, domumque prope theatrum habuisse: cumque in theatrum catalogatus prodiret, talentum unum Atticum in dies singulos merere solitum esse. ον φιστιν αριστος εν τελε ποδει κιθαρῳ διων, εν αετιων κατηγορυντας, πλισιον το θροπου οικογοντας, οτε διζηλθοι ασαμδην ο τάλαντον απικηρυξιμέρος λαεμβανειν. Qui hoc de citharoedo Athenis merente credere sibi persuaserit, quid de Aesopo et Roscio Romæ credere habebit? cum talentum Atticum DC. aureis nostris ualuerit. Restat igitur ut credamus Rosciū non minus sex & triginta millibus aureo

rū nostrorū meruisse annua mercede, dūtaxat publica, ut in ludis Romanis & Megalēsibus, cōpitalijs, secularibus, & alijs qui publico sumptu fiebāt. Nā & priuatis ludis, ut funebribus, & alijs qā magistratibus priuato apparatu fiebant, multas etiā pecunias meruisse eos intelligimus. De publicis meminit Iuue. satyra vi.

Si gaudet cantu nullius fibula durat

Vocem uendentis prætoribus.—

Bxemplū priuatorū est apud Trāquillū in Cæsare: Edidū spectacula uarij generis: munus gladiatoriū & ludos etiā regionatum urbe tota, & quidē per omnes linguarū histriones. Ludis Decius La berius eques Romanus mimū egit, donatusq; est quingentis sesterijs & annulo aureo. Inde illud Iuuenalīs VIII. satyra:

Consumptis opibus uocem Damasippe locasti

Sippario, clamosum ageres ut phasma Catulli.

Idē Trāquil. in Aug. Fecisse ludos se ait suo noīe quater: p alijs magistratib⁹ qui aut abessent aut nō sufficeret, ter & uicies: feciūq; nōnunq; uicatum ac pluribus scenis per oīm linguarū histriones. Et post paulū: Ad scenicas quoq; & gladiatorias operas & equitibus R.o. aliquādo usus est: spectādi uoluptate teneri se neq; dissimulauit unq; & saepe & ingenuo professus ē. Itaq; corollaria et præmia alienis quoq; niueribus ac ludis, et crebra & grādia de suo offerebat. Idē in Vespa. Ludis per quos scena Marcelliani theatrī restiuita dedicabatur, uetera quoq; acroamata reuocauerat, Apollinarii tragœdo CCCC. Tarpeio Diodoroq; cū haroedis CC. nonnullis cētena, qbus minimū, quadragena seftertia super pluriā coronas aureas dedit. Ex dictis liqdo apparet unde Aesopus tātē luxuriā sufficere potuerit, qđ ante hæc tēpora fuerit: sed quib⁹ erat nō minus studiū artis histrionicā, & maius fortasse, quo magis primores urbis Romæ populu huiusmodi spectaculis cōciliare sibi conabātur eo tēpore quo oīa in populi erāt potestate. Quātā enim esse eā munificentiā putamus, quæ unico histrioni una donatione decē millia aureorū dederū? Quāq; Cæsar Laberio quarta parte plus dedit.

Hanc

Hanc tamen Aesopi prodigientia Apicius nepotinis helluationibus Apicij luxurias exuperasse dicitur, ob quod in proverbiū Apianae cœnæ uenerunt: de quo Martialis in v. Epigram.

Dederas Apicii bis trecenties uentri:

Sed adhuc supererat centies tibi laxum.

Hoc tu grauatus, ne famam & sitim ferres,

Summa uenenum potionē duxisti.

Quod perinde est ac si diceret: Apicii sexcenties sestertiū, id est quindecies centena aureorū millia (de nostris semper loquor, ijsq; coronatis) inexplicabili illa in gloriā helluatus, cū fosset adhuc ducentis quinquaginta millibus (quod ceteris laxū appellat) uitā lauto et elegāti uictu & ducere, tamē uenenu miser haufisti, ne patrimonio tanto supereresset, quod iamā te desertū uidebatur. Lōge autē falsus est in hoc Calderinus, qui bis trecenties pro sex millibus, uel sex centis millibus intellexit, cum septingenties centena millia Martialis significauerit, quomodo & alibi in 11. Epigram.

Illa illa diues mortua est Secundilla,

Centena decies quæ tibi dedit dotis.

Millia enim subaudiendum, ut apud Iuuenalem:

— Et rūu decies centena dabuntur

Antiquo. — Quomodo idem alibi:

Optima sed quare Cæsonia teste marito?

Bis quingenta dedit: tanti uocat ille pudicam.

Id est, decies centena millia, quod decies sestertiū dicitur. Plautius propterea Apicium nepotum omnium altissimum gurginem appetit, lib. x. Phœnicopteri linguā præcipui saporis esse Apicius docuit, nepotum omnium altissimus gorges. Et in ix. M. Apicius ad omne luxus ingenii mirus. Suidas: ἀπίκης μαρκός οὐδιαράτη μυρίον ὄνομα ἔδι τε ἀσωτία καὶ πλυτελέα, ἵκεντος μυριάδας ἀρρυπίου κατακαλώσας εἰς τὴν γαστέρα. Apicius M. cuius adhuc nomen perdurat in luxum & in usitatos sumptus insigne, multas argenti myriadas in uentre absumpserat. Martialis ex Seneca sumisse

**Apicius popi
næ p̄fessor.** p̄fisse id uidetur, qui libro de consolatione ad matrē Albinā ita in-
quist: Apicius nostra memoria uixit, qui in ea urbe ex qua aliquādo
philosophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt: scientiam
popinæ professus, disciplina sua seculum infecit, cuius exitū nosse
operæ pretium est: Cum sesteriūm millies in culinā congesisset,
cum tot congiaria principū et ingens capitolij uectigal singulis co-
mesatiōibus haufisset, ære alieno oppressus, ratiōes suas tūc primū
coactus, inspexit: superfuturū fibi sesteriūm cēties cōputauit, et ue-
luit in ultima fame uiicturus in seftertio centies si uixisset, ueneno
uitā finiuit. Quāta luxuria erat cui seftertiūm cēties egestas fuit,
immo cum putat pecuniae modū ad rē perimere? (Sic enim lego)
Sestertiūm cēties aliq̄s extimuit: et quod alij uoto petūt, ueneno fu-
git. Hactenus Seneca: quē si secutus est Martialis ut mihi uidetur,
apud Martiale nō bis trecenties, sed ter trecenties legi debet. Is Ap̄-
cius Tyberij t̄pe fuit ut ex x. c. epistola eiusdē Senecæ ad Lucilliu-
patet his uerbiis: Mullū ingētis formæ Tyberi? Cæsar missum sibi
cū in macellū deferri et uenire iussisset, amici, inqt, oīa me fallūt
nisi istū nullū aut Apicius emerat aut Publius Octavius. Ultra spē
illi cōiectura processit: licitati sunt, uicit Octavius: et ingētē cose-
cutus est inter suos gloriā, cū v. seftertijs emisset pīscē quē Cæsar
uēdiderat, ne Apicius quidē emerat. Idē Martialis in eodem v.

Infusum sibi nuper à patrono
Plenum maxime cēties Syriscus,
In cellariolis uagus popinis
Circa balnea quatuor peregit.
O quanta est gula centies comeſſe?

Admiratur gulā quæ cc. & l. millia aureorum uorare potuerit.
Nō omittendū uidetur id quod à Plinio eodē loco dicitur: sed q̄ lo-
Plinijs locus. cus ille uulgo corrupte legitur, ideo eū ex animi mei sentētia obser-
Preiū nulli uatis ueteribus libris referā: Asinius, inqt, Celer è cōſularibus hoc
pīscis. pīscē prodigus Claudio principe, unū mercatus fester. octo milli-
bus: quæ reputatio aufert trāuerſum animū ad cōtemplationē eorū
que

qui in cōquestiōe luxus coquos emi singulos pluris q̄ equos quirīta bāt. At nūc cocī triūphorū pretijs parātur, et cocorū pisces: nullus que prop̄ īā mortalīs cēstīmatur pluris, q̄ qui peritissime cēsum domini mergit. Meminit Liuius lib. ix. de bel. Maced. de triumpho Maniliū loquēs: Epule quoq; ipsæ et cura et sumptu maiori ap̄ parari cōceptæ: tū coccus uilissimū antiquis mācipiū et cēstīmatione & usu, in pretio esse: & quod ministeriū fuerat ars haberī cōcepta. Vix tamē illa quē tū cōspiciebātur, semina erāt futuræ luxuriae. Hēc uerba cōgruūt cū Pliniano dicto, qui triūphorū pretijs cocos emptiatis principū Romanorū temporib⁹ admiratur, cū olim Ca to & alijs seueriores urbis magistratus cōciones queribūdas ad populū haberēt: (quod quirītare à crebra Quiriiū appellatione uocatur) ob id quo dñeunte luxuria cocī iam equorū pretijs pararē tur. Octo millia nūmū ducētos aureos cēstīmare solemus: uerā apud Macrobiū nō octo millia legitur, sed septē. Asinius, inq̄t, Celer uir cōsularis ut Samonicus refert, nullum unum septē millibus. nummū mercatus est. In qua re luxuriā illius seculi licet cēstīma re, quōd Plinius secundus temporib⁹ suis negabat facile nullū re peritum qui duas pōdo libras excederet: at nunc & maioris pondēris passim uidemus, & pretia hēc insana nescimus. Hactenus Ma crobius. Iuuenalis de hoc dubitans Satyra quarta ita inquit:

— Nullum sex millibus emit

Aequātem sanè paribus fēstertia libris:

Vt perhibent qui de magnis maiora loquuntur.

Ita in cōtrouersia apud autores duo millia manēt. Cocū igitur plinius antiqua cēstīmatione nō pluris cēstīmavit q̄ ducētis aureis, quāti Columella uinitore uult emi: nō igitur pretiū hominis maximū tria millia & septingēti sunt fēstertiū ut supra docuimus, sed treccēta millia. Multa huiuscē generis restabant, nisi hic liber iusta iam magnitudine excreuisset. Quare hactenus de nūmo aereo argenteoq; dictū sit, quorū explicationē aurea (ut ita dicā) cōmētatio ex cipiet, ampliore ipsa orsu ac teretiore filo supradictis attexenda.

Quirīo.

GVLIELMI

BVDAEI PARISIENSIS A' SECRE
tis regis Franciae, de Asse & partibus eius, liter
T E R T I V S.



ONGVM IAM ITER
emensis partim remigio, par
tim uelificatu, cum scopulos
omneis præteruecti uidere
mur: Plinius nobis manus im
prouisus iniecit: ac cōsistere
coactos, etiam propemodum
retro cōuersis uelis inhibuit,
apud quem libro trigesimo
tertio sic legiūr: Aureus nū.

Aureus. mus post annos LXXII. percussus est quām argēteus: ita ut scrupulū ualeret sestertios uicenos: quod efficit in libras ratione se
stertiū qui tunc erat, sestertios nongentos. Post hēc placuit XL.
millia signari ex auri librī: paulatimq; principes imminuere pon
dus: minutissime uero ad XLV millia. Si enim hēc uerba emendata
sunt, causam haud dico quin stilum uertere cogar: omniaq; retexe
re quæ magno cum labore adhuc comprobasse uideor. Etenim cum
duodenæ sint unciae in libra Romana: & in uncia, quaterna et uī
cena scrupula, fiunt in asse scrupula ducenta octoginta octo: est
enim scrupulum ducentesima octogesima octaua pars assis, ut in
quā Columella: si ergo scrupulum auri uicenos sestertios ualeat, et
uicenario numerum illum multiplicemui: fiet summa quinq; millia
septingēti sexaginta sestertiū: quibus si semuncia addamus, ut sit li
bra cētenaria quā ante instaurimus, fiet sex millia sestertiū: siqui
dem

dem quatuor drachmæ, id est semuncia xii. scrupula ualent: quæ uicies multiplicata ducetos quadraginta efficiunt: ita fiunt sestertijs sex millia, uel denarij mille & quingenti in auri libra: quæ ratio prorsus cū Pliniano dicto discrepat. Deinde quod sequitur. Post hæc placuit x l. millia signari ex auri libris: quonamodo explicari potest: nā si nongenti sestertijs in libra, quonamodo xl. millia? quod si millia æris intelligere libeat, nō ideo magis negotiū procedet, cū xl. millia æris sedecim millia nūmūm ualeat: & ea ratio quam sequimur xv. millia æris auri librā ualere deprehēdit siquidem auri scrupulū uicenis sestertijs ualeat. In hoc nodo dissoluēdo cū diu aestuarim nihil cōminisci potui quo locū hunc certo restituere. Morum aut antiquis fuisse nouimus, ut nō modo numeros notulis significarent exarandi cōpendia sectates, ut nos quoq; facimus: sed etiā ut denarios & sestertios & sestertia proprijs quodq; notis scriberet. Priscianus etiā illas in Verrinis Ciceronis ad tempora sua exti Notæ numeri
tisse testatur, q̄q; Prisciani opusculū illud de numeris & pōderibus rorum anti-
que,
lariā fuisse ex eo cōjicere possumus: quod mille per M. purā scribebant: & per eandē literā singulis apostrophis hinc & hinc circumscripā, decē millia: eaq; rursus sic multiplicabat per apostrophos, ut centū millia significare uoletes, I. literam unitatis notam ternia utrinq; apostrophis cingeret. Apostrophus aut dextera, similis est omnino literæ C. quæ tertia est in alphabeto, qua numerus cētenarius, ut nūc, sic olim notabatur. Ita facile fuit uel duas uel tres apostrophos pro duobus aut tribus C. fallere, id est pro ducētis & tre cētis, apud eos quidē qui rationē numerorū antiquaria ignoraret: quanq; et is autor siue Priscianus siue aliis fuit, parū sibi constare uideatur in ijs notulis declarādis. Iā apud Valerij Probus x. litera quæ tertia est à fine alphabeti nostri, nota est denarij nūmi, additæ tamē à dextro latere uirgula trāuersa eadēq; litera pura, id est sene uirgula, nota est decē milliū: apud Priscianum aut utrinq; apostropho circūscripta, Idē Probus additū quālibet numerorū figurā, si ei

si ei præponatur linea ex transuerso directa, tot significare mille
 narios, quot per se ac pura unitatū nota est: ut uerbi gratia, \overline{I} . mil
 le, $\overline{\text{v}}$. quinq; millia, $\overline{\text{x}}$. decē millia, C iudicē alias literas: Id
 quod mihi tractū à Græcorū more uidetur. Quare simile ueri est
 numeros antiquorū autorū ad nostrā etatē magna ex parte corru
 ptos peruenisse, qui quidem notis scripti fuerunt. Librariorū enim
 ignoratiæ et sœpius incuriae accessit emendatorū uel temeritas uel
 hallucinatio, qualis est illa apud Tranquillum de censu senatorio
 quā antea adnotauimus. Multos apud Pliniū locos huiusmodi de
 prehendimus, quorū partim explicati sunt, partim post explicabun
 tur. De asino uidimus quadringentis sestertijs empto apud Var
 ronē, apud Pliniū nūmis totidē: C iudicē de auiculis uocalibus. No
 tabo nunc etiā alios duos interea dum C alij in ordinē suū reiſci
 untur. Apud Pliniū igitur lib. xiii. de cūrinis mēsis ita legiūr:
 Extant hodie M. Ciceronis in illa paupertate, C quod magis mē
 rum est illo æuo, emptæ libris xi. Cum his memorantur et Galli
 Aſinij, quæ libris xi. uenundatae sunt: et duæ à Iuba rege uendē
 te, quarū alteri pretiū fuit libris xv. alteri paulo minus. Interiē
 nuper incendio quā Cerhegus decedens libris xiiii. permutea
 rat: lati fundi taxatione si quis prædia tati mercari malit. Sic q
 uidem legitur in codicibus Venetæ impressionis etiā antiquæ, quam
 Hermolaus secutū se esse testatus est: qui tantū ipse admonito lati
 fundij pro lati fundi legendum esse, nihil præterea dixit. Ego im
 pressos codices cū antiquis conferens, ita in duobus legi: Et quod
 magis mirū est illo æuo emptæ his memoratur, et Galli Aſinij xi.
 uenundatae. C rursus: Incendio ac tegus descendens his permuta
 ti lati fundi taxatione. his aut pro sestertijs legi facile est coniſce
 re, quod uerbū antiqui interdū per aspiratione C s. literā ſic ſcrē
 bebat $H\bar{s}$. quod duas libras C semis significabat, aspiratio aut ex
 duplii ll. conſtat. Hunc locū igitur ſic reſtituendū puto ex uetu
 Pliniū loc. ſtæ lectionis obſeruatione: Extant hodie M. Ciceronis in illa pau
 pertate, et quod magis mirū est, illo æuo, emptæ ſestertijs xi. me
 morantur

morantur & Galli Afinij seftertijs x i. uænundatae: sunt & duæ à Iuba rege pendentes, quarum alteri pretium fuit seftet. xii. alteri paulo minus: interijt nuper incendio attegijt descēdens seftertijs x iiii. permutata latifundij taxatione. In mentione aut̄ Ciceronis antiqui codices seftertijs tantū habent sine numeri adiectione. Cæterū uidere est pauculis in uerbis quot errata fuerint: attegijt aut̄ legendum puto pro Maurorū casulis, quod nō sine stomacho à Plinio dictū est, ut ex supellectili rusticæ domūculæ mēsa seftertijs x iiii. parata sit, id est trecētis quinquaginta aureis, quod Plinius pretium appellat latifundij, id est agri late patētis. Iuuenalis Satyra decimaquarta:

Dirue Maurorum attegias.—

Apud eundē Plinium li. decimonono in prædictis exemplaribus ita legitur, ubi hortorum memīnū: Etiam ne in herbis discriminē inuentū est: olusq; differentiā facere, in cibo etiā uno asse uenali? & in his aliqua quoq; sibi nasci tribus negant, caule in tantū signato, ut pauperis mensa non capiat: syluestres fecerat natura horridos ut quisq; demeteret passim. Ecce altiles spectātur asparagi, & Ra uenna ternus libris rependit. Hæc uerba Hermolaus, et qui ante eū Pliniū emendauere, pari conniuetia trāsmiserunt: cum tamē quædam ex antiquis exemplaribus emendari potuerint, quibus obserua tis sic legere locū hunc instīui: Etiam ne in herbis discriminē inuentū est: opesq; differentiā fecere in cibo etiā uno asse uenali? & in his aliqua quoq; sibi nasci tribus negāt: caule in tantū saginato, ut pauperis mensa nō capiat. Syluestres fecerat natura corrudas, ut quisq; demeteret passim, ecce altiles spectātur asparagi. Saginatum caule dixit Plinius non signatū, ut altiles uerbum satis significat. Anii. qua aut̄ exemplaria horridas nō horridos habent: & opus non olus, & fecere nō facere, in uerustissimo legimus. Plinius ipse alio loco eodē in libro: Hortorū iudicamus corrudā: hunc intelligimus sylvestrē asparagū. Ex his uerbis satis apparent Pliniū loco su periore corrudas non horridos scripsisse. Idem: Omnum hortensio

rū laudatissima cura asparagi: de origine eorū in sylvestribus curis abude dictū. Est et aliud genus incultius asparago, minius corru da, passim etiā in montibus nascens, referit superioris Germaniae campis, non inscito Tyberij Cæsar is dicto, herbam ibi quandā nasci simillimam asparago, uel (ut in antiquis codicibus) non inficeto Ty. Cæsar is dicto. Cæterum quod sequitur in superiore loco: Rauenna ternis libris rependit, haud scio an ternis sestertijs repe dit legi debeat, uel ternis nummis. Plinius alibi: Nullū gratius ijs solum q̄ Rauennatiū. Quod si ternis libris legamus, ad pōdus refe rendum est, propterea quod saginatos & aliles appellauit: sed il lud non cōuenit propter uerba quae sequuntur: Heu prodigia uen tris, mirum esset non licere carduis pecori uesti, non licet plebi. Ut autē libris pro assibus intelligā adduci nō possum, cum legisse me non meminerim, nec id pretium esset quod plebem à macello arceret. Eiusdē aut̄ annonae fuit duracina persica tricensi nummis aut uicenis uenire, & asparagos singulos ternis nummis. In eodem capite obiter & alia emendabimus: Aues ultra Phasidem amnem peti, nec fabuloſo quidē terrore tutas, immo ſic pretiosiores, alias in Numidia atq; Aethiopia in sepulchris aucupari, aut pugnare cū feris, mandi ab eo cupientem quod mādat aliis: Lego ex antiquis: Alias

Plinij locus: in Numidiæ atq; Aethiopiæ sepulchra, aut depugnare cum feris mandiq; capientem quod mādat aliis: ſic enim ſensus argutior & magis Plinius. Ibidem: Hortoru Cato prædicat caules: hinc pri mum agricolæ existimabantur prisci, & ſic statim faciebant iudiciū num quae eſſet in domo materfamilias (etenim hæc cura fœminæ dicebatur) ubi indiligens eſſet hortus. Lego ex antiquis: & ſic statim faciebant iudiciū nequā eſſe in domo matrēfamilias, id

Nequam. eſt parū frugi, nec ad rem augendā acrem, hoc enim nequā ſignificat: ut ſeruos nequā dicebant qui bonæ frugi nō eſſent. Et paulo in ferius: Nam carnis desideria etiam erāt in exprobratione: legendum gari, id eſt liquaminis: Refordet enim præcedēii mēbro: Damnantes pulmetaria quae alio egerent pulmetario. Et rursus infe-

rius: Hortos uillæ iungendos non est dubium, riuosq; maxime habendos si cōtingat profluvio amne. Si minus è puto pertica organis' ue pneumaticis tollendo non haustu rigādo. Lego: Si cōtingat præ fluvio amne: si minus è puto pertica organis' ue pneumaticis uel tollenonum haustu rigando. Liuius libro octauo de bello Macedonio circa principiū: Collectis rursus animis in arietes tollenonibus libramēta plumbi aut saxorū stipites robustos incutiebant. Hu iusmodi tollenonū meminit Vegetius libro quarto: Dicuntur et tollones à quibusdam à tollendis rebus uel hominibus: hic aut à Plinio pro eo haustorio accipitur, quod à græcis celoneū dicitur. In uetus codice tollon nouū legitur: in alijs uel tollēdo nō: ex quibus facie erat cōjccere tollenonū esse legēdum. Sunt et alia in eodē capite mēdosa, quæ intacta ideo relinquēdo duxi, quia cōminisci nihil potui, aliqua etiā uix digna q; attingātur, ut illud in quo Hermolaus conflctatus est: In remedio Saturnica signa: ubi saturica ex uetusissimo lego pro Satyrica, more antiquo. Quod autē sequitur: Tot generibus usq; ad infimā plebē descendente anima: legēdū mihi uide tur annona, etiā si nulla autoritate exēplaris ducar. Hæc aut ideo cōmemoranda duxi, ut labefacta ē esse exēplariū Plinianorū fidē lectores merito iudicare possint: qui hæc & huiuscemodi alia toto hoc opere sparsa, accurate perpēderint, nec unius aut alterius loci autoritate rebus cōtestatisſimis fidē derogandā ēsse: quanq; dictum Pliniū supradictū huiusmodi est, ut res ipsa & mutilatū & corrumptum ēsse locū clamaret, cum eius loci mēbra mutuo collidantur. Si enim auri scrupulū uicensis ſestertijs ualuit, quonā tādem modo in libra ſestertiij tantum nongenti? ſed ſint ſane nongenti in libra ſestertiij, qui igitur fieri potest ut à noningentis ad x.l. millia peruenit ſit? Quare relinquetur, ut Plinius hoc in loco ſuo ſibi testimonio refellatur & concidat. In uno ueneranda uetus statis libro ita legebatur: quod efficit in libras ratione ſestertiij q; tūc erāt d. nongenti: poſt hæc placuit x. x.l. ſignari ex auri libris: ex quo cōjcio non millia x.l. ſed nūmos Pli. reliquissē ſcriptū: et locū mutilatum poſt

Tollenone.

uerbum festerij. In omnibus enim libris antiquis erant pluraliter legitur: & XL. signari non XL. millia: quod autem anticipates notae fuerint inter numeros & millia patuit ex supradictis. Nec eodem tamē pertinet longa hæc disputatio ut ueritatis assertionem in hoc loco positam pute, aleaq; huius operis in hoc uno cardine uerti. Nec enim usque adeo exilibus argumentis nixus sum, ut si Plinius ipse reuiuiscat, & hunc locum agnoscere uelit ita ut lectionatur, aut si dies olim forte autographum Pliniū, aut eius ætatis uolumen & quale protulerit (ut id fieri posse credamus) non ipsi etiā Plinio iudicem ferre ausim uniuersam antiquitatē ni hoc perperam, ac falso scriptū sit, ut & alia quædā quæ postea dicuntur. Dixi supra argentea me numismata Romanorū diligenter expendisse, ut id quod ratiocinatione & autoritate uetus colligebā, reapse quoq; cōprobarem: in auro uidem faciendū quum statuisse, quatuor & uiginti numismata (tot enim aurea eoq; plura habebā) in altera lāce posui, & ex aduerso sex uncias nostras statui. Quo facto cum leuius aurū esse inuenirem, grossulorū duorum additamento cum pauculis minutis rem ad æquilibrium perduxī. Has minutias nostrates granæ uocant. Nos momēta latine appellare possumus. Hæc quatuor & uiginti sunt in denario nostro, quod scrupulum latine uocatur. Quomodo enim in uncia latina quatuor & uiginti sunt scrupula, sic in nostra quatuor & uiginti denarij: & ut drachma tria scrupula pendet, sic grossus tres denarios. Verū hæc numismata cū singillatim penitus in ijs fuerunt Tyberij Augusti duo, in quibus effigies parū iconicæ uidebātur, unū hac inscriptiōe T Y B. C A E S A R DIVI A V G V. A V G V S T V S, et in auersa facie P O N T I F. M A X I. ubi simulachrum sedens. Alterū utrinq; effigiem habebat, ut eodē habitu, sic sibi dissimilē, cum hoc elogio notis scripto. Tyberius Cæsar Augustus tribuniiæ potestatis quindecies, & in altera parte: Tyberius Cæsar diui filius. Singulorū pondus erat didrachmū, id est denarij bini argentei quadrigati, de quibus Augu. ante diximus. Alterum fuit male imitatū, sed quod Augusti fuisse ex in-

ex indice cognouimus, qui fuit eiusmodi quatenus legi per uetus tam
 potuit. Cæsar Augustus pater patriæ, et in postica facie: Cæ
 sari Augusto: hoc quanquam attirū, grauissimū tamē inuenimus,
 ut bina argentea traheret. Aliud eiusdē principis erat iconica effi
 gie qualis uulgo agnoscitur, à postica parte quadrigatū: lemmate
 tetragramato in infimo margine S.P.Q.R. sign. ficante senatū po
 fulumq; Romanū, et in auersa parte nomen principis ipsius erat.
 Hoc iusto pondere leuius erat circiter granulis duobus, sed ita ut
 deirū d. ceras quod ponderi deerat. Erat enim eiusdē Augusti et Numisma
mismata.
 & Antonij in triuiriato percussum, utrinq; effigiatū, iisdem elo
 gij s qbus & argenteū illud cuius inter argentea meminimus, nec de
 coris characteribus, & cætera inscīte assimilatiū, pōdere nō detri
 to sed iniquo, imminuto sex momētis. Incidit in man⁹ meas et aliud
 in quo erat Augusti effigies pulchre expressa, hoc titulo S. P. Q.
 R. Cæsari Augusto C O S. XI. TRIB. P O T. VI. et in tergo:
 C I V I L. E T S I G N. M I L I T. A P A R T. R E C V P. Per
 cussum in memoriam signorum quæ cum Crasso amissa erant, &
 postea Augusto à Paribis remissa sunt. Appendi & aliorū princi
 pum in quis & Tyberij Claudij Augusti, elegāter percussum hoc
 lemmate: T Y. C L A V D. C A E S. G E R. I M. T R. P. iconi
 cum, cuius imaginem ex Trāquillo agnosceres, à tergo hoc elogio:
 C O N S T A N T I A E A V G V S T I, q̄d q̄d detrū, pōdus tamē
 iustū asseruauerat. Appendi & Neronis Cæsaris et iconica & sci
 te percussa hoc indice: N E R O C A E S A R A V G. I M P. In
 postica facie spīcea erat corona, intus quatuor habens literas ex s.
 C. significantes decretam ei coronam, ambiēte extrorsus hoc elogio:
 P O N T I F. M A X. T R. P O. VI. C O S. IIII. iusto pōdere
 aliquāto leuiora. Vnū præterea Galbæ Neronis successoris iconi
 ce effectū, cum corona spīcea ambiente marginem: in auersa facie
 octo literarū elogio hoc significāte: Senatus populusq; Ro. ob ciues
 seruatos: leuius etiā aliquāto Neronianis. Habuitū & Vespasianū
 superciliosa fronte, & nūctis uultu. Habuit & Neruæ & Traiani

Hadrianiq; principū, elegāter quidē expressa, sed pōdere leuiuscū
 la, octonū circiter detractis minutis: suus unicuique index erat,
 prædictis titulosior: ut in Neruæ. I M P. C A E S A R, N E R-
 V A T R A I A N. A V G. G E R M. P. M. T R. P O. C O S.
 I I. P. P. Imperator Cæsar Nerua Traianus. Augustus, Ger-
 manicus. Pōtifex maximus. Tribunitiæ potestatis. Consul iterum.
 Pater patriæ. Et in Traiani itidem, nisi quòd Dacici titulus ac-
 cesserat. In cuius postica facie statua equestris erat hastam intor-
 quens, accurate expressa, equo uehens incitato, cum honorifico hoc
 elogio: S.P.Q.R. optimo principi. Hoc numisma omnium quæ uidi
 pulcherrimum erat, & facie augustissima: secundū quod Hadria-
 ni successoris eius numisma principalem dignationē atq; autorita-
 tem augustā præferre maxime uidebatur: quod etiam ipsum eque-
 strum statuā habebat, equo non pugnaci, sed uiatorio insidentem.
 Cernere erat asturconem tollutim gradientē, & uelut à lōgis nū
 neribus strigosum: credo ut princeps terrarū peragrator intellige
 retur: sic enim appellatus est. Appēdi etiā Antonini Pij, M. Anto-
 nini cognomēto philosophi, Aurelij & Seueri, imminutiore sensim
 pondere. In quibusdā à tergo est pro elogio: liberalitas Augusti. In
 Aureliano, hilaritas. In Seueriano, æternitas imperij: et i Lucij ve-
 ri, Victoria Augusti alata. M. Antonini philosophi huiusmodi lem-
 ma habebat: M. Aurelius Cæsar Aug. Pij filius. tribunitiæ po-
 statis tertiu, cōsul iherū. et in auersa facie cōcordia simulachrum,
 brachijs leniter expassis, cuius latera altrīnsecus cingebat chama-
 teræ pusillæ singulæ, inuicem auersantes: quibus utraq; manu lacū
 nias stolæ porrigere cōcordia uisebatur. Hic M. philosophus qui ve-
 rus ab Eusebio appellatur et ab Eutropio, Aurelius etiā dictus est,
 Antonini Pij adoptione, ut autor est Capitolinus, qui etiā Fausti-
 na uxoris noīe nūmū percussit hoc indice: Faustina Augusta, Pij
 Augusti filia. Hæc ideo enarraui uerbose fortasse quòd hodie hu-
 iusmodi multa circūferūtur numismata, ex qbus iudiciū fieri uolo sā
 qd aut falso aut temere cēsuisse uisus sim: neq; n. de meis tātummo
 iudicio

iudicio facto acquieui. Aureum autem Romanum Attici numeri instar percussum fuisse existimare debemus coiectura ab argenteo nummo sumpta, de quo ante dictum est: ut aureus Atticus qui stater ab eis appellatur, pondere didrachmus erat, ut autor est Pollux libro quanto de uocabulis rerum. ὁ δὲ χρυσός σωτήρ δύο τετραχρυσάς οὐκ εἶναι. Aureus, inquit, numerus duas drachmas Atticas habebat, de quo etiam infra non nihil dicetur. Quare cum denarii Romanii didrachmali pondere fuisse constet, aureum quoque Romanum didrachmum. I. duorum denariorum pondere percussum fuisse merito iudicare debemus, quia quod opus est argumentis cum numeri ipsis extet, veteris symbola afferantes, ne imponere nobis nouiij pueris possint: proinde cum libra Romana sex et nonaginta drachmarum fuerit, duodequinquaginta nummi drachmi ex ea facti sunt a principio: quibus si semuncia addideris. I. quatuor drachmas, ut ex libra fiat plena mina (Cum libra et mina in re numaria idem fuisse docuerimus) erunt in libra quinquaginta omnino numismata: ut apud Plinium quinquaginta potius quam quadraginta legendum sit. Siquidem (ut dixi) cum illa numismata uniuersa quatuor et viginti expensare, et unius numeri loco pondusculum didrachmum (grossum numerum appellamus) adderentur, minimo minus sex uncias in aequilibrio tenebantur, hoc est librae nostrae argentea rite dodrantale: ex quo intelligimus quinquagenos olim aureos in singulis libris fuisse, duntaxat iusti ac legemini numismatis. Veteros autem numeros extare praeter ea quae dicta sunt, etiam Poponius iurisconsultus admonere nos potest, q. lib. vii. Digestorum in titulo de usufructu sic inquit: Numismatum aureorum uel argenteorum veterum quibus per gemmis uti solet, usufructus legari potest. Avaritia autem principium uel temeritatem initio puderis postea inualuit: id quod hodie apud nos quam obmurmurante hominum sermone nihilominus factatur. In aere enim nostris binum ternumque momentorum intertrimentum lege quoque admittitur: remedium uiri monetales appellat id quod primum clemetia edictali nummulariorum mancipibus indulsum, De re numero cui fraudi esset si quis nummus ex multis leuisculus fefelleret, maria.

Aureus Atticus
stater.

avaritia pro iure suo sumpfit, ita ut nulli iam iusto priscoq; pōdere
 signentur, & qui priscorū extant, auctostentationis gratia in delici
 is habeātur, aut prius accisi demū in cōmercia & ad collybū pro
 deant: hinc fit ut coronati qui cruciati cognominatur, iam cōmer
 ciales non sint, ut superpondiales. Quod si tam animose principes
 imminutæ monetæ crimina exercecerēt, q̄ imminutæ maiestatis ex
 ercent, melius cū rebus humanis ageretur, et minus fallerent adul
 teratores nūmi, quorū iam ipsorum crimen multitudine reorū, &
 interdū potentia atrox esse desit. Sed sic est ferè in omni parte
 sui respublica nostra, ut primorū arbūrio (ne dicā libidime) nō le
 gum præscripto gubernetur: quarū legū nulla tot, tātis, tamq; ter
 rificis uinculis astricta unquā memoria nostra fuit sanctio, ut non
 quilibet in aula ordines ductantū, aut resoluere, aut rescindere,
 aut abrumpere non toto anno uertente potuerit. Romani autē num
 mi imminutōnē sic colligo. In uncia (ut dixi) nostrates grossulos
 octo ponunt, ut Romani octo drachmas, & ternos in grossulo de
 narios qui latine scrupuli dicūtur. In singulis autē denarijs uicena
 quaterna grana momenta' ue, pro quibus & ulterioribus minutis
 uerū latīnum assignare non possumus. In uncia igitur quatuor &
 uiginti denarios ponimus, & granula seu momenta quingenta se
 ptiaginta sex, id est quater & uicies quatuor & uiginti. Atqui
 Romani quaternos aureos in uncias signabāt, et argenteos octonos,
 siquidē argentei bini singulos aureos æquāt pōdere. Ita quater du
 o denos in libras signasse deprehendūtur, id est in duodecim uncia
 s, & binos ex semūcia, quæ minæ, id est libræ argentariae acce
 diū. Sic numerus quinquagenarius in librā impleri deprehēdiatur.
 Agedū igitur fac ex quolibet nummo in argyrocopio, id est in offe
 cina argentaria detracta esse octo granula (quandoquidē hāc de
 cessione in recētioribus ferē deprehendimus) detrimenti scrupulū
 unū in ternis nummis inuenies, & in denis octonis scrupula sex,
 id est aureū unū, & duos aureos in tricensis senis, & in quadrage
 nis quinoris, duos aureos & semissim, & in quinquagenis eo ampli

us auri quadrante. Quod si sesquipla huius detractione posueris, ut in singulos numeros duodenā granula decesserint, in libras quin quageni quaterni numeri signari potuerūt, ita ut eo amplius sextantes lucrifierent. Huiusmodi autē etate Plini signatos fuisse affirmare non dubitē, quippe cū Tyberianis & Claudianis ut grauiſſimis aliorū principiū nummos opponerē, nō anteq̄ decimū granum addidi, prægrauare illi Vespasiani nummū destiterūt, cū interim collybo detritus non uideretur. Quod ne cōminisci uidear, à tergo in eo numero annonā esse dico: quanq̄ in nummo Domitianī nihil didrachmo, id est ponderi iusto deerat, scite quidē ipso assimilato, & in quo uultuosam faciem agnoscere, Vespasianū genitorē linimentis omnibus referente. Illud Augustale ob Parthica signa percussum, duo amplius grana auctarij habebat. In Nervae & Aurelij leuiter quidē detritis undecimi demū pō dusculi addū amēto examen neutrō propensum stabat. Hadrianici autē octo circiner granū detractionē habebant: sunt enim huiuscemodi qui in posteriore parte non equestrē statuā, sed salutē Augusti habent, in II. consulatu eius signati: in antica parte imago est linianic̄ta prioris illius male referēs. Fortasse igitur apud Plinium legi posset: Post hæc placuit L. numeros signari ex auri libris, paulatimq; principes immiuēre pondus: minutissime uero ad LV. numeros: nā ne milia legatur, ratio oīno refragatur, ut antea diximus. Sed eo maxime quod nullia argenti signari ex auro non potuerūt, nec auri pondere immiuto ex XL. millibus XLV. millia fieri, nisi argentei numeri pondus immiutū intelligamus, quod consentaneū huic loco nō uidetur. Ut cūq; locus ille corruptissime legitur: nec nos in eo fallimur quod dictū est, re enim comprobatur. Romanis numismatis pares omnino pondere sunt Anglii nummi qui nobiles appellantur, dūtaxat Eduardei et rosati, pōdere senum scrupulorū. Hoc cum exactis uirorū monetaliū & ex nummulariorū monumentis cōperimus, tum uero examinali experimēto probare uoluimus, hoc tantū interest, quod rosati pondere pares, auri bonitate cedunt:

Eduardei instar omnifariū habent, in prima enim nota auri bonitatis censentur: quæ tamen ipsa à puritate exacta & obryza quadrante scrupuli distat: aiunt enim nullū nummū ad plenā puritatē exactū esse. Sed iam illud uidendū, quonāmodo auri scrupulus uicenos sestertios ualere potuerit: quod anteq; explico hoc præfandū

Plinij locus. habeo, me Plinij locū ita legere instituisse quoad aliud inuenero: Ita ut scrupulū ualeret sestertios duodenos, uel bissexos potius: qđ efficit in libras ratione sestertiorū qui tūc erant, denarios nongentos. Et inferius: Paulatimq; principes imminuēre pondus, minutissime Nero ad quinquaginta quinq; nūmos, ut intelligamus Neronē numisma extenuasse eo tempore quo donationibus immodicis et prodigiis impēdījs exhaustus, à senatu cēties sestertiū annū exigerē coepit. Verū esto, ut recte apud Plimiū sestertijs uicenis lega

Auri pretiū. tur: Auri nūc uncia ad puritatē excōcti aestimatione principali se decim frācīcīs, et quadrāte et eo amplius denarijs quinq; ualeat: hāc aestimationē finiti marū gentiū cōmercia intenderūt, pluris enim aurei nostri permūtātur qđ per edictū liceat, cōnuentia tamē principali approbante, quod temporum difficultate constitui uix potest, id quod experimēto uno & altero cogniū est: fremēte neq; quā homine uno primario qui id se effecturū per oīa numina deie rārat, præconialibus interdictis alijs super alia personātibus, quæ q̄libet minacia, & ab hoīe irāe impotētissimæ manātia (cuius tunc ferociæ recta & utilia consilia cedebant) publicū tamē cōsensum per uincere non potuerūt. Nos autē ratione in argento instituta, neutrā harū aestimationū sequemur, sed mediocrē, & eā quā Mei curiali (ut ita dicā) arbitratu approbare, id est negotiatorū opinione possimus: id enim genus hominū auri argētiq; rationē calleri maxime mihi uidetur, uidelicet cōmercijs id assequentes. Etenim quāti unūquodq; sit numisma externarū gentiū iudicio cōdiscunt, pp̄e quæ aurū argentūq; nostrū nullo respectu characteris, exposatū tantū appēsumq; aestimāt: & ut auri argētiq; grauis rationē euariare cū nūmularia et cōsistere necesse est, sic & quandē reiarbitramen-

baramentū, in cōciliabulis & emporijs recte atq; ordine fieri exī
stimator. Auri igitur unciæ sedecim francicos, & octo solidos cū
semisse pretiū statuemus, & pro ea summa nouē nostros solatos ta
xabimus, ratione ducta quasi singuli solati sex & triginta solidis
& semisse ualeant: et si cum hæc proderē duodequaginta solidis ob
locarentur. Qua ratione libra Romana centū & duodecim aure
os solatos & semissē ualebit, tantiidē enim nec pluris singula pon
do aestimabimus Romanis & Asiaticis opibus aestimandis, ut exte
nuasse magis rerū miracula q̄ auxisse uideamur. Tamē si potera
mus cūrā reprehensionē aurū argentūq; ex tēporis huius cōditione
aestimare; præsertim cum Italia & omnes penē prouinciae prolixē
us ista aestimare q̄ Gallia solitā sint. Cuius rei luculenta testimoni
a proferre possem, si quorundā nostratiū ē ministerio quæstorio
quæstus immodicos cōmemorare uellem ex collybo factinatos: dum
in Italia res gessimus, aureis tunc nostris uice mercis exportatis.
Tanti igitur numismata Romana aestimare poterā, quanti aurum
argentūq; infectum nūc permutatur: modo ne nota uetus tatis in
pretiū cederet. Sit igitur auri uncia primæ indicaturæ sedecim Vncia auri.
francicis, & octo duodenarijs & semisse, quali nota percussi sunt
Eduardei prædicti, & Galliæ quondā uernaculi, qui pecude uillo
sa signati sunt, nunc inuentu rari: ut pleriq; antiqui aiunt eos nū
mularij nulli nummo bonitate secundos esse. Quod ut intelligatur
scire hoc oportet, auri bonitatem in quatuor & uiginti caractis
indicaturæ consummari, ultra id nihil exquiri posse. Indicatura Auri indica
est quam lingua nostra legem uocat, id est notam gradumq; boni-
tatis: eadem lingua caractas à ceratio uerbo græco uulgari in
scita deflexit. Est enim ceratum minutū ponderis uocabulum, à Ceratum.
grano siliquæ ductū, qui fructus est arboris Italicae prædulcis, di
gitorum hominis longitudine, & pollicis latitudine: nos in hac ur
be importatum uidimus: intus sunt grana quæ ceratia dicuntur no
mine cū fructu cōmunicato. Theophrastus tamen aliter appellat:
propterea Columel. li. III. Siliqua, inquit, græca quidā ceratum
uocant.

Quāti auri
libra Roma
na aestima
tur.

Vncia auri.

Auri indica
turæ.

Ceratum.

uocant. Utitur eo uocabulo Dioscorides. Aiunt Genuæ carubam uocitari. Ex quo factum esse arbūror, ut nostri pondusculi certam minutiam eo nomine appellēt. Tradunt enim nummulariorū plācita quatuor & uiginti ceratia in auri libra esse, & in singulis certernas uicena quaterna grana, et in his rursus singulis uicenās quaternas carubas, et postremo in carubis totidem minutula. Sed hic ceratium nō ad pondus sed ad indicaturā referendum est. Ceratio enim ponderali gēmarij tantū utuntur, non aurifices, nec nummularij. Antiqui scrupuli appellatione in ea re utebātur. Pli. lib. XXXIII. de lapide Lydio loquens: His coticulis perīci cum ē lima rapuerint exp. rimētum, protinus dicitū quātū auri si: in ea, quātū argēti, uel æris, scrupulāri differētia mirabili ratione non fallēte. Scrupulū dixit quod caractā nostri dicūt. Aurum itaq; nummariū īam dictum, licet non sit exacta probitate, in primā tamen notam cedet, quod quadrante tantū ceratijs à primario absit, q̄q; rarissimū sit primariū inuenire. Huius semuncia octonis erit francicis et quaternis solidis & quadrāte solidi æstimatione nostra, & quadrans unciæ, id est binæ drachmæ, quaternis francicis & binis solidis, id est duodenarijs. Qua ratione scrupulū, id est tercia pars drachmæ quod denarium à nostris dicitur, ternis denis solidis & besse ualet. Est aut̄ ea ratio argēti, ut quo purius inueniri non possit: id

Argentū Par- cineraceum & Parisinū uocetur, Parisiis ad summā bonitatē exco-
risinū & ci- stum. Apud nos enim non pridē uir quidam obscuræ sortis chryso-
neraceum. nerlysum instituit, id est lauādi auri officinā, rem omnino quæstuo-
Chrysoply- sam, sed paucissimis hominibus cognitā: huius est id artificium, ut
sium. ui aquæ medicatæ quam chrysulcā appellant quantulamq; auri
partem argēto aut cuius metallo illitam aut confusam, nullo dispe-
dio adimat, ita ut inauraturis nihil iam depereat mundo, nisi quod
usu interterriur. Res omnino stupēda, auri argentiq; quo tacunq;
portionē ex ære eximere, etiā (quod magis mireris) nanēte uascu-
li forma quassa interdū & inani, ueluti quadā idea à materia ab-
stracta. Is moriens filio artem cum patrimonio non mediocri reli-
qui*

quit, qui nūc unus Chrysoplytæ appellatione dignus esse existimat. Chrysoplytur, usque adeo ea in arte præstat, alioquin à paucis tentata, cæteres Parisiæ rum ualeatudini noxia, fumus enim bullietis eius aquæ haustus uita ensis. lia tabefacere dicitur, et eum artificem magna uigilatia satagare circa ajuā necesse est, occasioneq; horarū identidem obseruare, et temperaturæ modū nosse, quapropter in ea functione alieno sæpe ministerio uititur emin. si ipse respectans. Imprimis iam locuples eo artificio factus, ac secunda etiā fama celeber: Cointius appellatur. Quæ aut aqua uim habet chrysulcæ (id est auri ab argento abstrahendi) in ea aurū fidit cum aqua deferbiuit, argētum aut aquæ confusum uisit, & demū auro exempto alio artificio ab aqua elicitur & eluitur. Argenū igitur cineraceū et Parisinum in prima indicatione censemur. Tametsi à summa puritate sex granis absit, id est quadrante denarij. Hoc argentū uulgo granallū dictum in frusta formatur similia rametis ligni à terebra cōolutis, quæ formam accipere dicitur cum excoctū & feruēs in aquā demittitur, sensim enim casitando & pessum eundo, in lemniscos plerunq; uel in claviculas configuratur, quanq; & alias temerarias accipi formas. Est etiā cineraceum è Germania aduentitiū quod in pastillois grandiores uel in quadras formatur leuiter pustulosas, & nostro bonitate secundū est. Huiusmodi ab antiquis pustulatiū ut arbitor Pustulatiū. dictum est. Est aut ea ratio indicaturæ in auro argentoq; communis, ut quod excoctissimum sit uel aurū, uel argenū, in eo alieni metalli pars omnino decoqui non possit: ut uerbi gratia in auro sexta & nonagesima pars cuiuscunq; massæ, in argento octaua & quadragesima. Si quidē non eadē est formula in auri, argentiq; exploitatione: nam omne corpus aureū in quatuor & uiginti ceratia partituntur, & pro modo tēperaturæ uarias notas auri faciunt. Summa aurē ma autē nota auri in quarto & uigesimo est ceratio ad quadraniē nota, absoluto, id est ut quadrans tantum ceratij in tota massa æreus sit aut argenteus. Argenteā aut massam in duodena denaria partiuntur, quæ latine duodena sunt scrupula. Culmen igniur boni atis in

XI. scrupulis & duodeciminti granulis esse aiunt. Hæ igitur notæ non reapse primæ sunt, sed pro prima nota cedunt: quandoquidem experimento cognitum esse fertur chrysurgicam diligentiam progredi porro non posse, etiam si uulgo aurum & argetum omnibus numeris absolutū appelletur. Præfetti tamen nummulariorū quos pro uiris monetalibus habemus, affirmat aurum non ad ultimū modo quadrantem excoqui posse, sed etiam eo amplius ad ultimi quadrantis quadrātem, ita ut ad bonitatem numeris omnibus absolutā nihil præter quadrantis quadrātem desit, quem ipsi appellant sextamdecimam caractæ: eum enim quadrantem qui deest exquisitæ auri uel argenti probati, quartā cerati appellantes, in octauas binas partiuntur, & octauam rursus unam in binas sextas decimas. Decoqui igitur aiunt octauam et alteram sextamdecimam summa industria posse, alteram sextamdecimam non posse. Argentum vero ita decoqui posse ut nihil præter merum argentum superfit: & huiusmodi in hac urbe fuisse dicebat cum hæc scriberem: uerum legē cautū olim fuisse, ne cui argyrocopij mācipi fraudi esset qui nūmum percuteret, si auri quod primæ notæ ascriberetur ultimi cera tij dodrans tantū aureus esset: uidelicet id prouidente legislatore, ne auri excoquendi difficultate nūmulariorū mancipes in multā inciderent, & nummi ipsi sæpe in publicum cōmitterentur: eam tamen mentem fuisse, ut pleriq; nummi exacta indicatura signarentur. Sed auaritia hominum factum, ut omnibus omnino nummis quadrans ille decederet, dum passim remissione summi iuris mancipes quasi iure suo uti coepérūt: & id quod intra spem uenire relictum erat, ab omnibus & semper pro iure usurpatū est. Huius rei argumentum esse quod quadrātale illud subsidiū non lucro redemptorum cedere, sed principū solūtū sit, quibus hoc lucrum refundere monetarij redēptores, hoc est argyrocopiorū mancipes, publico nomine sæpiissime coacti sunt uirorum monetarium seueritate: hodieq; ita factū mari diebat, licet in alio genere: ut si argyrocopiorum conductores (quos magistros nummulariorū uocant) relatis pyxidibus

dibus deteriora aliquāto fecisse numismata iudicentur: quod note
præstitutæ deest, id resarcire principi populi nomine cogantur.
Pyxidas appellant uascula in quibus numismatis cuiusq; officinæ
specimina conduntur. Reliquū est ut colligamus qualis fuerit argē
ti ad aurum analogia. Diximus in uncia octonas esse drachmas, et
in drachma terna scrupula: hac ratioe scrupulus festerium unum
& triente caput, cum drachma & denarius quaternis festerijs ua-
leant. Si igitur scrupulū auri uicenos festerios ualuit ut ex Plinio
didicim⁹, auri ad argentū ea fuit proportio quæ est quindecim ad
unū, cū uiginti festerios quindecim argēti scrupula ualuerit, quo
scilicet unū auri scrupulū ualuit. Hoc autem tempore ea ferè est aurē
ad argētum analogia, quæ est duodecim ad unū, paululo tantū mā
nor: siquidē cum uncia auri edito regio sedecim francicis & qua-
drante taxata sit, & argentii uiginti septem solidis et semis: si un-
decies hāc summā solidorū numeres, fiet quindecim frācīci & duo
solidi et semis, et minor erit summa: quod si duodecies multiplices,
fient sedecim frācīci & semis, et paulo summa exuberabit. Quod
si aestimationē à me instituūta spectes, eadē erit ratio: hoc est si ana-
logiam duodetrīginta solidorū (tanti enim uncia argenti aestima-
ui) & sedecim francicorū & octo solidorū spectaueris, quanti au-
rum primariū aestimandum censi: sex enim solidis tantū exubera-
bit summa, ut prior illa quinq;. Ut autem quindecuplex esset auri ad
argentū olim analogia, fieri potuit propter auri penuria, quā Ro-
mæ tūc fuisse Plinio auctori credēdū est, q lib. x x x i i i . sic inquit:
Romæ quidē non fuit aurū nisi admodū exiguum lōgo tpe: certe cū
à Gallis capta Vrbe pax emeretur, nō plus q mille pondo effici po-
tuere. Nec ignoro M. Crassum duo millia pōdo auri rapuisse suo
et Pōpeij tertio cōsulatu è capitolini Iouis solio, à Camillo ibi cōdi-
ta: & ideo à plerisq; existimari duo millia pōdo collata. Sed quod
accessit, ex Gallorū præda fuit. Et paulo inferius: Ergo(ut maxi-
me) duo tātū M. pōdo cū capta est Roma anno CCC. LX II II. fue-
re, cum iam capiū liberorū cēsa essent CLII. Mil. et rursus infra:

Frequen-

Pyxides ar
gyrocopiorū
Auri ad ar-
gentum ana-
logia.

Frequentior autē usus annulorū non ante Gn. Flaviū Annij filiū deprehenditur: hic nāq; publicatis diebus fastis tantā gratiā plebis adeptus est, alioquin libertino patre genitus, ut & dilis curulis crearetur, præteritis C. Petilio & Domiño, quorū patres cōsules fuerant: quo facto tanta senatus indignatione exaruit, ut annulos ab eo abiectos fuisse in antiquissimis reperiatur annalibus. Hoc primū annulorū uestigium extat. Promiscui autē usus alterū secundo Punito bello, neq; enim aliter potuissent trimodia illa annulorum Carthaginē ab Annibale minti. Idē inferius: Nulloſq; omnino annulos maior pars gentiū hominumq; etiam qui sub imperio nostro degūt hodie habet: nec signat oriens aut Aegyptus etiā nunc, literis cōtentis solis. Multis hoc modis ut cætera omnia luxuria uariauit: gemmas addendo exquisiti fulgoris, censuq; opimo digitos onerando, mox etiā effigies uarias celādo, ut alibi ars, alibi materia esset in pretio: alias deinde gemmas uiolari nefas putauit. Ac ne quis signandi causa in annulis esse intelligeret, solidas induit: contra uero multi nullas admittunt gemmas, auroq; ipso signant, ut Claudi Cæsaris principatu repertū. Ex his uerbis Pliniū intelligimus annulos aureos non ornamenti causa sed signandi institutos, siue aurea pala siue gemmea: id quod satis ex libris iuris ciuilis intelligitur in mentione obſignandorū testamentorū. De iure autē annulorum aureorū nos alibi diximus. Tyberio autē principe (inquit idem autor) anno ab urbe condita DCCLXXV. annulorū autoritati forma cōstituta est: quo tempore statutū ne cui ius esset annuli aurei gestandi, nisi cui ingenuo ipsi patri auroq; paterno ſestertia CCCC. census fuissent, & lege Iulia theatrali in quatuordecim ordinibus sedendi. Romæ autē argentū magis q; aurum olim abundauit Romæ. daffe ex eo coniūcere possumus, quod idem autor alibi eodem libro inquit his uerbis: Sed præter alia quidē miror populū Ro. uictis gentibus in tributo ſemper argentū imperaffe, nō aurū: ſicut Carthagini cum Annibale uictæ argenti pondo annua in L. annos, nihil auri. Nec potest uideri penuria mundi id euenisſe, nam Midas

¶ Croesus in infinitum possederat. Quo in loco numerus pondo
deest in omnibus libris, ex Liuio restitutedis, qui pacem factam ea
conditione inquit, ut decem millia talentum descripta pensionibus
æquis in annos quinquaginta soluerent. Aut igitur Pliniū nume-
rum omisisse calculi exigendi tædio dicendū est, aut locū sic resti-
tuendum: Argēti pondo annua sedecim millia in quinquaginta an-
nos. Hoc aut sic colligo. Si decē millia talentum in quinquaginta an-
nos pensionibus æquis distributa sunt, oportuit ducenta singulis an-
nis pēnitari: at talētum octogenariū accipio, id est uel Euboicū uel
Aegyptiū: quare ex ducenario numero per octogenariū ducto sum
mam sedecim milliū pondo colligo. Non me latet Hermolaū Barba-
rum in loco Pliniū supradicto pro illis uerbis: sed præter alia: lege
re, sed spartaci: ita ut ad præcedētia referatur. Cui lectioni anti-
qua exemplaria astipulantur. Quod si quis sequi malit, sententia à
uerbo equidē incipienda erit: ¶ illa duo uerba, sed spartaci, in su-
periore sententia includēda. Plinius: Talentū autē Aegyptiū pon-
do octoginta patere Varro tradit: Vbi fortasse capere Plini⁹ scri-
psit, qđ postea literis trāspositis corruptū est. De Euboico testimo-
niū est apud Liuiū lib. VII. de bello Maced. de pace cū Antiocho
facta loquentē: Pro impēfis in bellū factis xv. millia talentum Eu-
boicorū dabitis: quingēta præsentia, duo millia ¶ quingēta cū se-
natus Populuq; Roman⁹ pacē cōprobauerint: mille deinde talēta
in XII. annos. Vbi non mille sed millena lego. Et libro sequēti ubi
de confirmatione eius pacis loquitur: Argēti probi XII. millia At-
tica talenta dato intra XII. annos pensionibus æquis: talentum ne-
minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat: Quo in loco
non Attica talenta, sed Euboicorum talētum lego. Nisi intelliga-
mus Atticum magnū ¶ Euboicum idem fuisse, ut utrūq; Liuius
pro eodem usurpauerit. Penuria igitur auri fieri potuit, ut auri ad
argentum quindecuplex proportio priscis temporibus fuerit: ideo
scilicet quod Romani studiores argēti quam auri tunc fuerunt.
Pollux libro nono de uocabulis ad Commodū Cæsarem, aurū ad
argen-

argentum decuplam proportionem habuisse his uerbis affirmat: *Αργυρίον ὅτι τοῦ ἀργυρίου δεκαπλάσιον ἔν: σφῶς ἐν τοῖς μενονδρού παραχθεσίναι μόνοι.* Quod autem aurum decuplum argenti esset, non obscure ex Menandri comedia quae sponsio uel pēgnus dicitur, uel depositū apud argētarium potius, intelligere qui uis possit. Cum enim quodā in loco talenti aurei pondus dixisset, alio loco de eodē loquēs, decatalatum dixit, id est talentis decē aestimabile. Herodotus aurū *πτοκοισθετέον* dixit, id est terdecies argento aestimabile uel terdecies argēto repēdendum, ut infra dicetur. Ecce autem rursus aliud aliudque occurſaculum. Si enim ea fuit auri analogia ad argētum quam diximus, quoniammodo stare illud Tranquilli dictū poterit in Cæſare: In Gallia fana templaque deūm donis referta expilauit, Vrbes diruit sēpius ob prædā quæ ob delictū: unde factum ut auro abūdaret, ternisque millibus nummūm in libras promercale in Italia prouincijsque diuenderet. Multis iam testimonij docuimus absoluta nūmi appellatiōe sestertium nūnum intelligi, sestertiumque quartā tantū partē denarij fuisse: quare etiā drachmæ, cum denarius drachmali pondere fuerit. Porro etiā ratione & experimēto i.libra docēte didicimus binos denarios aureis singulis repēdi: & cētenos in librā (quæ duodenarū unciarū est et semunciae) signari solitos. Cui consequens est ut in libras singulas quadringentos nummos adnumerare debeamus. Quia ratione tria numerū millia septem libras et se librā conficiunt. Ita apud Tranquillum auri ad argētum analogia àmidio minor est quæ esse ex Plini lectione collegerim: & quarta parte minor quæ Pollux esse dixerit. Ita quicquid hactenus astruximus, corruat in se se necesse est. Age nonne Plinius quodā loco libri tricesim tertij ita inquit: Miscuit denario trium uir Antonius ferrū, miscuit aerī falsæ monetæ. Alij è pondere subtrahunt, cum sit iustum LXXXIIII. è libris si gnari. Quo in loco notandum quodā idem autor inquit, legem latam à Mario Gratiiano, ut ludus i.schola Romæ institueretur probā di numismatis, ut ægre fallere possent adulteratores nūmi. Igitur

Auri ad ar gentum pro portio.

Ludus probā di numisma tis.

(iv)

(inquit Plinius) ars facta denarios probare: tam iucuda è lege plebe uti Mario Gratidiano uicatim totas statuas dicauerit: mirūq; in hac artiū sola uitia discūtur & falsum denarij spectatur exemplar, pluribuiq; ueris denarijs adulterinus emikur: vbi tamē non iucuda è lege plebe, sed iucunda lege plebi lego: admonitus ab antiquis ex exemplariis. Alioqñ absurdā erit locutio. Sic supra: Nō miscuit æri Plinijs locus, falsæ monetæ, sed miscetur æra. Verū si hoc uerū est qđ Plin. dixit, nos luculēto errore lapsi sumus, uel Plutar. potius et Appian⁹ cæteri⁹, qui ceteros denarios in libra statuūt, cū Plin. eo minus se decim statuerit; qui etiā libro sexto de publicano rubri maris loquēs qui ad Taprobanē tēpestate delatus percōtāie regi enarrauit Romanos & Cæsarē: Rex aut, inquit, mirū in modū inter audita iustiā Romanā suspexit: quod pares pōdere denarij essent in captiua pecunia, cum diuersæ imagines indicaret à pluribus factos: & hoc maxime sollicitatus, ad amiciā legatos misit. Hoc dictū Plinijs pugnare uidetur cū eo quod Plinius libro XXXIII. dixit de immitione ponderis. Sed hoc Claudi⁹ tempore cōtigisse à Plinio dicētur: et de denario dictū est, non de nummo aureo. Quare prius ad illud Tranquilli respōdeo: & olim id potuisse & hodie fieri posse ut libra auri nō pluris q̄ septē libris & semissē argenti uaneat: fac ut aurū obryzum decuplex q̄ argentū fuerit purū, id quod Pollux inquit, potuit Cæsar aurū ex donarijs tēplorum & priuatis expiationibus congestum ita conflandum temperandumq; curasse, immo ut non hoc affectauerit Cæsar, potuit aurum ex omnibus nostris conflatum simul & colliquefactum in eam indicaturam rediſſe quæ uno quadrante à primaria distat. Id hodie nostri duodecim cenarium uocant. Vasa enim raro ex auro tenuissimo et mollissimo uicenarium, fiunt: ideo quod illud aurum usuram non fert atq; attrectationem sine magno intertrimento. Quare aurū uasculariū et usuale: fere uicenariū aurifices e Te ducūt: q̄q & deterius multo reperiūr cōſul to etiā tēperatū nō mō fortuitū. Plerūq; tamē Parisijs celatores et inclusores i sigillis et catellis spirisq; et mūdo muliebri duo et uicena Aurum duo-

et uicenariū.
Aurū unde-
uicenariū.

rio utuntur, quod duodecima parte à purissimo distat. Est etiam in usu undeuicenarium quod coticularium uulgo uocant. Qui autē spē didiora gestamina habere uolunt auro numismatico utuntur, quo aurei nostri percussi sunt: quorū legūima & iusta nota uno tantum ceratio indicatur & deficitur. Nō pridē aurifaces in aureolis gesta minibus solo undeuicenario utebantur: quod coticulariū ideo uocatur quod in infra eam nota aurū celare lege municipalī ueitum est. Superiores autē note nunc passim in officinarū usu sunt usq; ad numismaticam. Extant hodie nūmi in Germania signati ex auro do- drantali, id est duodeuicenario: in quo quarta pars æris uel argēti mixta est: uisuntur etiam hodie Philippei & Gulielmi Hollādini ex auro ferè septunciali, id est cui sesquiquadrās æris mixtus est, quos quindecim ceratijs temperatos appellat. Aurū primariū aestimatione quā nunc sequimur, ualeat in uncias senis denis libris et octonis solidis & semisse: qua ratione ceratiū $\times 111$. solidis & octo denariolis ualeat. Esto igitur (uerbi gratia) proportio auri ad ar- gentum quæ est duodecim ad unum: hac ratione libra auri Roma- na duntaxat summae note quaternis millibus & octogenis nūmis uænalis esse debuit, & auri uicenarij quaternis millibus, & duode- uicenarij ternis millibus & sexcenis. Eadēq; ratio est in ceteris te- peraturis, accedēte decadenteq; semper auri portione pro eo quan- tum est æris quod in auro remansit. Fieri igitur potuit, ut Cæsar aurum promercale tribus nūmūm millibus in libras habuerit, tū ob auri abundantia, tum ob crassitudine, etiā ut maiorē decupla pro portionem auri ad argentū statuas. Chrysurgorū tamen placita auri appellatione non dignatur quod infa dodrantem descendit. Fortasse etiā ternis millibus pro quaternis apud Suetoniuū legitur, mihi enim antiquū uidere non cotigit: sed eo suspectos numeros ha- beo quod in Tyberio ita legitur: Corinthiorū autem uasorum præ- tia in immēsum excreuisse, tresq; mullos $\times \times \times$. millibus nummūm uænisse grauiter conquestus est. Si enim hoc uerū esset, quonāmo- do aut Plinius hoc tacuisset, qui prodigum appellat Asinium Cele- rem

rem quod nullū unū Claudio principe octo millibus nūmū eme-
rit? Aut Iuuenalis qui sex millibus emptū nullū satyrice exclama-
uit? Præterea quis credat tres pisces decē auri libris emptos? (Tan-
ti enim empti sunt si aurum tribus millibus uenijt:) & pisces eos
qui Plinio autore binas libras pōderis raro admodum exuperat.
Restat nunc ille scrupulus uel scopus potius de denariorū nume-
ro in libra testimonio Plini, contraquā toto hoc opere censuimus:
quem si eximere uel amoliri quoquo modo possim, rursus ille alter
existet de millesis festerijs quæ libro tertio de institutione iuris à
Iustiniano principe pro uno aureo accipiuntur, ut antea diximus.
Evidem tot difficultatibus offensus hāc nostrā cōmentationē sub-
inde interpellatibus, marinū illum deū Protei nomine à poëtis de
cantatiū, retētare mihi uisus sum. Protei aut nomine uetus statē esse
à prisca adumbratā in præsentia interpretabor. Etenim senex ille
fingitur, ad id etiā nomine accōmodato. Is cū oīa nouerit quæ sint,
quæ fuerint, quæ mox uentura trahātur, siquādo è specu emerget
& in lūtore apricans de rerum ueritate cōsulitur, omnia transfor-
mat sese in miracula rerū: nec prius in sese redire dicatur, q̄ omni
ope omnibusq; (ut aiunt) ungulis corruptus, manibus uinculisq; te-
netur. Nam fine ui nō ulla præcepta dabit: neq; illū orādo flectes:
uim duram ac uincula capto iniicias necesse est, si ueritatis docu-
mentum ab eo elicere uelis. Hunc Proteum non modo ego nunc ca-
ptare, sed etiā uincire iā uideor, necdū tamē satis arctis nexibus
retinere. Siquidem ueritatem rerum nunc in uasto quodam sinu ue-
tustatis abstrusam, nunc in mendis exemplarium uelut in alto quo-
dam gurgite obscuritatis obrutam in lucē ac sole elicere conor,
haud intempestiue ut arbūtor: quippe eo demum tempore quo lingua
Romana maiorum æqualiumq; nostrorum diligentia prope
modum redditia sibi creduntur: ut si hāc ætas paucarum adhuc re-
rum caliginem dispulerit, prisca omnino lux oborta nobis existi-
mari possit. Veritatem igitur adhuc attigisse magis, atque etiam
nunc palpare, quād in potestate habere ipse mihi uideor: idq; adeo

o magis quod numerosa quædā cohors antiquorū scriptorū enarratrix ex aduerso stare mihi uidetur, & Proteū ipsum altrinsecus refectare. Proinde instaurato cōmentādi impetu rursus eodē incūbendum: quandoquidē forte (ut spero) fortuna ex alterius operis diuerticulo quod in manibus erat, in parergon huiuscemodi transuersum me rapuit impetus animi fortasse incōsultus. Verū multitudine rerū obuiam sese ingerēte lōgissime digressus, instinutum cursum quē magnopere urgebā, nō modo differre, (ut sperauerā) sed etiā destituere atq; obliuisci coactus sum. Excreuit enim opus, quadruplo iam amplius q̄ pro destinatis modulis. In quo iam ipse in altū iterū iterūq; raptus sum, haud sine quadā utiq; culpa: ut qui expassis uelis periuicacie in altū magis ac magis quo res cunq; tulisset, q̄ in latu quoddā certū meditatus uela facerē. Quare ultro cūrōq; iactatus emanisse tandem me sensi, cū coelū undiq; et undiq; pōtus esset: uidelicet in eo culpa fuit, quod inexplorata improuisa que rei absoluēd& difficultate strenue magis q̄ cōsiderate has mihi uices depoposci. Cum enim hoc opus (ut n̄ a loquar) menses abhinc circuer decem locaretur, dīgitō præcupide sublato me obstrinxī. Itaq; cū renūtiare eam redēptionem nequeā, & prædes annotationes meas, & omnē industria meam atq; etiā existimationem dede-
rim, & identidem appeller ab ijs ad quos res emanauit, quasi iam dies & cesserit & uenerit, omnino uetustati ipsi ut uenerād& quē dem, sic maligne ueritatē promenti, nec mihi unquam ueritatis dispendio sacrosanctæ, manus iniicienda nobis est. Quam enim inter dum ueritatem ipsa ad manum etiam spicidam porrexit, rursus in tenebras ac caliginē condit: & cum rē profligatam speramus et ad lucem nos peruenisse, tum uariæ illudunt species: adeo nunc in summa manu imponenda operisq; ardui colophone labor propè oī effusus. Atqui certū est nobis nihil eorū quæ dicta sunt antea inter lūmire, cū satis animaduersa sint, & cōprobata. Quid igitur? Pro teo uim adhibere cum flecti oratione nō poterit: & planè affirma re corrupta esse exemplaria aut si quid eo facinorosius erit atq; con-
fiden-

fidentius, cuius tamen inuidiam laudatis autoribus summis amoliri à me possim, itaq; oppositis. Neq; enim cum hoc cōmiserimus, nostrum id exēplum erit: Et magnos in hoc uiros crimineq; maiores unitabimur. Iam primum ad Iustiniāni dictum satis iam responsū est: Cētenarij etiam olim dicti sunt non qui centum sestertia possebāt, sed qui centum millibus æris censi erant, ut ex Liuio apparet in classium descriptione, & ex Plinio libro tricesimo tertio his uerbis: Maximus census CX. millia as. iū fuit illo rege, & ideo hæc prima classis. Quod si lex Papia post nūmum argētum signatū lata sit, centenarij etiam dici potuerunt qui sestertia centum in cēsu habebant, quomodo ducenarij iudices dicti sunt equites Romani, qui dimidiatiū censum equestrem habebant, de quibus Tranquilus in Augusto: Ad tres inquit iudicū decurias quartā addidit, quæ ducenariorum uocaretur, iudicarentq; de leuioribus summis: iij autem ius annulorum non habebant, autore Plinio his uerbis: Di uo Augusto decurias ordinante maior pars iudicū in ferreo an nulo fuit: iijq; non equines sed iudices uocabātur. Ut autem pro mille sestertijs unus aureus haberetur, nulla autoritate antiqua defendi potest. Etenim docuimus supra aureum unum pro cētum sestertijs cessisse Galbæ rēpore: qua ratione quinq; millia sestertiū in auri libra fuerūt, et auri ad argētū proportio ea fuit quæ est duodecim & semissis ad unum. Restat locus ille Plinijs d e quatuor & octoginta denarijs. Et alter libro tricesimoquinto longe nos retro agens, quo in loco sic legiūtur: Timomachus Byzatinus Cæsaris dī Etatoris ætate Aiacem ei pinxit & Medeam, ab eo in veneris genitricis & de positas, octoginta talentis uenundatas. Talentū aut Atticum ut ait Varro, x vi. sestertijs taxatur: nos talentū Atticū sexcētis coronatis taxauimus, & singula sestertia quinis et uicenis. Qua ratione fit ut talentum quatuor & uiginti sestertia ualeat, quod Plinius sedecim ualuisse dicit. Ita fit ut aut in his uadis hære re neceſſe sit atque consenescere, aut aliquid non uulgare, nec mediocre cōminisci, quādoquidem certū est retro actu non defungi.

Centenarij.

Ducenarij
iudices.

Quod ad prius significatur illud pertinet: Alij è pōdere subtractū, cum
sū iustū LXXXIIII. è librī signari: Hoc affirmare non dubita-
uerim qđ Hermolaus in glossematis suis suspicatus est eo loco, ubi
talenti meminit, Pliniū nō LXXIIII. sed LXXXVI. scriptū re-
ligisse. Ita enim fateri scriptorū autoritas cogit: cui ut asti pulatur
id qđ apud Priscianū legitur, librā duodenarū unciarū sex et no-
naginta drachmas habere, ita Plinianæ lectioni refragatur, in li-
bra eadē Romana denarios duos & LXX. fuisse. id enim ibidē le-
gitur. Alioquin piaculi instar esse nō potē Plinio in hoc non assen-
tiri, qui de re nummaria & auri argentiq; temperatura parum ac-
curate scripsit, nec pro eo quanta eius esse solet ceteris in rebus
tradendis diligentia. Quod non magnopere mirandum est: quo-
eius enim quisq; hodie eorum qui literas didicerunt, disertus in ea
re inueniuntur: ut uel numerum nummorum in libram nostram sta-
tuere certo possit, nedum rationem indicatur et tenere? Nihil ta-
mē de Plinio, id est de ingenio rerum omniū capaci, temere affir-
mare uelim, nisi aut eum non semper idem de eodem dixisse, aut
(quod uerius est) corruptū eius permultis in locis librum esse. Iam
primum libro XXI. Drachma, inquit, Attica (ferè enim Attica
obseruatione medici utuntur) denarij argentei habet pondus: ea-
demq; sex obolos pondere efficit. Nos aut supra docuimus in scrū-
pulo binos esse obolos, & in drachma terna scrupula, quod cū Pliniū
dicto congruit. Docuimus ex Plutarcho idem esse denariū &
drachmam. Si Plutarchi testimonium nō satis est, audiamus Stra-
bonem qui libro quinto Geographiæ circa finē sic inquit: Casilinū
oppidū situm est ad flumen Vulturenū. In eo Prænestini uiri quin-
genti et quadraginta cum Annibale tunc florente usque adeo resti-
tere, ut urgente fame medimnus frumenti ducentis drachmis uae-
niret, eo euentu ut uenditor fame mortuus fit, emptor incolmis
euaserit: ὡς θ' ὑπὸ λιμοῦ διακροῖσθαι προχειρίσης μετά-
μυρου, ὃ μὴν πωλήσας ἀπέθανεν, ἵστωθη δὲ ὁ προάρδιος. Valerius
de hoc loquens libro VII. non medimnū sed murem fuisse dicū his
uerbis:

uerbis: In illa obsidione & fide cum trecenti Prænestini permanerent, euenit ut quidam murem captum ducentis potius denarijs uendere q̄ ipse leniendæ famis gratia consumere mallet. Sed credo deorum prouidentia effectum, ut & uenditori & emptori quē uterq; merebatur existū attribuerint. Valerius denarios latine dixit, quod Strabo græce drachmas. Plinius libro VIII. nūmos ducentos dixit non denarios. Venerisse murem ducentis nūmis Casilinū obfidente Annibale, eumq; qui uēdiderat fame interiisse, emporē uixisse, annales tradūt. Vsque adeo uel uaria antiqui de re eadem tradiderunt, uel nūmis apud Pliniū pro denarijs legiur. Rursus Plinius eodem in loco libri XXI. Mna quam nostri minam uocat, pendet drachmas Atticas centū. Idē libro XII. de thure loquens: Micas cōcussu elisas mannā uocamus: etiā tamen inueniuntur guttæ que tertiā partem minae, hoc est XXXIX. denariorū pondus Locus Pli. sequent. In uetusto exemplari non XXXIX. sed XXIX. id est un detriginta legitur: in duob⁹ alijs manuscriptis XXVIII. legitur. Pliniani nū Si XXXIX. probamus ut omnia impressa habent exemplaria, mihi meri corru- na centū & decem & septem denarios habet: si XXIX. septē & plissimi, octoginta: si XXVIII. quatuor & octoginta: & conuenit cum dicitur Plinius libro XXXIII. nisi quod illic de libra dicatur, hic de me- na: id quod si admittamus, Plinius secum ipse pugnabit. Ad illud alterum de talento Attico quod ex Varrois autoritate à Plinio sedecim sestertijs taxatur, id est quadraginta librī, dico in antiquis omnibus codicibus non XVI. sestertijs legi, sed sedecim alijs: quod quomodo restituendum sit nescio. Sed q̄ dubia sit fides numerorum summarumq; in Plinio & pecuniae uocabulorū multis iā exemplis docuimus: quibus tamen & unum aut alterum addemus ex eodem XXXV. libro; quo enim in loco de parethonio loquitur, sic habent impressi codices: Pretium optimo in pōdo sex librarum, ubi manu scripti habent: Pretium optimo in pondo C.XI. denarij. Unus uetustissimus sic: In pōdo C.XI. & denarij uerbum addi- erat lectoris manu: & C. loco deletili scriptum. Et paulo inferi-

us de usta in impressis libris: Optima nunc Asiatica habetur, premium eius in libras æris quini: in manu aut scriptis: Pretium eius in libras xvi. denarij. Et paulo superius de L. Nümio: Nam cum in præda uendenda rex Attalus sex millibus sestertium emisset Aristidis tabulam Liberum patre continentem, pretium miratus, suspicatus aliquid in ea uirtutis quod ipse nesciret, reuocauit tabulam. At talo multum querente. In reliquis non sex millibus sester. sed sedecim libris legitur, pro sedecim talentis, ut arbitror. Græci enim sestertijs uocabulum non nuerunt: et alioquin sex millia sestertiij non erat pretium quod Nummius Corintho expugnata miraretur, & ob id addicta tabula reuocaret. Strabo lib. viii. de Corinthi euer siōe loquens, hanc tabulam Romæ se uidisse affirmat in æde Cereris cōsecrata, opus omnino speciosum, propter quod etiam emanauit prouerbium apud Græcos, οὐδὲν πρὸς τὸν διόνυσον, id est nihil ad Licetum patrem, hoc est, nihil hoc præ Aristidis Libero patre: Quod prouerbium usurpari solet quoties res impares cōponuntur. Talentum autem Atticum non minus dixit esse lx. minas centenaria drachmarum, ut supra docuimus. Suidas omnino lx. minarum esse affirmat, & minas centenarias esse. Quare apud Pliniū sic fortasse legendū est: Talentum autem Atticum, ut aut Varro, denariorum vi. millibus taxatur: antiqui enim denarium x. nota significabat ut supra dictum est a nobis: quod cum vi. iunctum pro xvi. exaudiri est, & millibus pro sestertijs: quorum uerborum eadem saepe significatio est, ut præcedentibus apparent. Haec etsi abunde sufficiunt cum his que antea tot autoritatibus autorum comprobata sunt, haesitationculam tamen manere scrupulosis mentibus nolo, Protogenisq; pictoris exemplo tabulas identidem respectans, tollere manum nequeo: urgeo memet ipse, scriptorumq; meorum calumniator fio, nec mihi satisfacio nisi omnia tam clara quam lucem reddo. Itaque ut semel hanc disputationem finiam, recitanda sunt ea testimonia quae controversiam quamlibet ambiguam decernere ita possint, ut ultra referri questio nequeat. Nam primum (ut mihi tam quod apud

Priscia

Priscianum legiūr, Senecam ad Nouatum scribentem, talentum paruum Atticum dixisse quatuor & uiginti sestertiorum fuisse, quæ sexaginta libras ualent.) Plutarchus in Fabio: Progessus, inquit, dictator ad plebem uouit dijs omnia eius anni caprarum, ouium, suum, atque boum foeta, quæ Italie montes plantiesq; ac flumina prataq; ea in regione educarent, se mactaturum fore, & trecentos trigintatris sestertia totidem' que denarios pro Megale siacis spectaculis faciendis in impensam se collaturum, tertiamq; partem additurum. Hoc caput est octo myriades, & tria millia quingentæ octoginta tres drachmæ, & oboli duo. Hæc uerba Plutarchi prius quam exemplar Græcum legiſsem, quum calcu-
lo prosequerer, nec numerus responderet ad rationem quam ha-
ctenus tenendam affirmauit, errore id factum Interpretis in-
tellexi, qui quod transtulit non percepit, id quod facile calcu-
lo explanabitur. Trecenta sestertia septingentas ac quinquagin-
ta libras ualent: & trigintatris sestertia, octoginta duas li-
bras & selibram, quum in singula sestertia dipodium & semis-
sem intelligamus, fiunt hæc in summa octingenta triginta duo pō
do et selibra. Si igitur in singula pondo centenas drachmas nume-
res ideo' que cum numerum centenario multiplices, facile drach-
mas octoginta tria millia & ducentas in summa inuenies, & præ
terea pro selibra quinquaginta: huic summæ si pro trecentis tri-
ginta tribus denarijs totidem drachmas adieceris, fient in assēm
octoginta tria millia quingentæ octoginta tres drachmæ. Huic
dierum summæ si tertiam partem addideris nescio quid summæ
habiuurus sis: non enim id conuenit ut tertiam partem addas huius
ingentis summæ, cum duo oboli tantum restent ex summa à Plu-
tarcho posita. Si autem trientem adieceris, id est duos obolos (de locu-
nariis enim senis obolis constat) summa ad amussim quadrabit.
Interpres Plutarchi tritemorion, id est trientem pro triuo morio,
id est tertia parte, errore ductus accepit. Triētē enim Plutarchus
pro triente denarij intelligi uoluit, non pro tertia parte summæ:

Etas δὲ μουσικὰς καὶ θυμελικὰς ἀξέιν ἀπὸ συστροφῶν Ριάκοντας
 Ριῶν, καὶ θυμελικῶν Ριάκοντας Ριάκοντας Ριῶν, εἴ τι Ρητυμορίου προ-
 ούσ. Hoc ex Liuio probari potest libro secundo de bello Punico:
 qui de Fabiano uoto loquens (in quo omnia ternario numero nun-
 cupata sunt) ita post alia uerba subdit: Eiusdē rei causa ludi magnē
 uoti, æris CCC XXXIII. millibus triente: præterea bubus trecetis:
 nisi tamen error est apud Liuiū. Plutarchus alium autore securus
 est. Liuius enim pro CCC. millibus nummūm, id est totidem sester-
 tijs, millia æris dicit, et de denarijs tacuit. Trietē aut tertia partē
 assis intellexit, qui genus nūmi fuit ut postea uidebitur: satis tamē
 patet ex uerbis Plutarchi denariū Ἐ drachmā pro eodē accipi, Ἐ
 centenos fuisse in libris. Sufficari quis posset apud Liuiū locū esse
 mutilatū post uerbū millibus, itaq; restituendū: CCC XXXIII. mil.
 trecetis triginta tribus assibus triente. Idē Liuius libro octauo de
 bello Macedonico de L. Scipione loquēs, qui post triumphū Asiaticū
 cum accusantibus tribunis peculatus damnatus esse dicuntur ob sup-
 pressam manubiarū partē: De Scipione (inquit ille) iudiciū factū,
 quo cōmodior pax Antiocho daretur, Scipionē sex millia pondo au-
 ri, quadringenta octoginta argēti plus accepisse ἢ in ærariū rettu-
 lerat. Et paulo inferius de summa dānationis loquēs: In L. Scipio-
 ne malim equidē librarij mēdum ἢ mendaciū scriptoris esse in sum-
 ma auri atq; argenit: similius enim ueri est argēti ἢ auri maius pō-
 dus fuisse, Ἐ potius quadragies, quām ducēties quadragies litem
 cōstatim, eo magis, quōd rātā summae rationē etiam ab ipso re-
 quisitam Publio Scipione in senatu tradunt, librumq; rationis eius
 cum L. fratre afferre iussisset, inspectāte senatu suis ipsum mani-
 bus concerpisse, indignatū quōd cum bis millies in ærarium rettu-
 lisset, quadragies ab se ratio posceretur. Hactenus Liuius. Sex mil-
 lia pondo auri cōstimatione à nobis instituta sexcenta septuaginta
 quinq; millia solatorū ualent, cū in singula pondo centū Ἐ duode-
 cin aureos Ἐ semissē numerus, id est nouenos in uncias Ἐ qua-
 dringenta octoginta argēti pondo, quatuor millia octingētos coro-
 natos

natos. Porro si aureos solatos ad coronatos redigere uolum⁹, in singulos solatos deducere solidū & semissēm oportebit, sic enim singulas auri libras centum & duodecim solatis & semisse taxauimus: ut solati singuli triginta sex solidis et semisse ualeret: quare ex sex centis septuaginta quinq⁹; millibus decies centena & XII . millia quingēti solidi decadent necesse est, quae summa ad quinquaginta millia & sexcētos uigintiquinq⁹; francicos cōtracta, circuer unde triginta millia aureorū coronatorū ualeat. Nihil enim refert exacte hoc colligere. Fuit summa septingēta & octo millia octingenti aurei, tanti aestimamus peculatū L. Scipioni obiectū, & tamen lis ea aestimata fuit ducēties quadragies sestertiū, quod nos aestimare solemus sexcēta millia coronatorū: ita centū & octo millia octingēti exuberant in priore summa, si tanti dānatus est quāta fuit petitio. Sed si decuplex tantū fuit auri ad argentū proportio, ut Polluci credere nunc uelimus, sexta ferè pars hinc decadere debet. Ego enim hoc aurū ita aestimauī, ut auri libra paulominus duodecim libris argēti ualuerit: Hæc sexta pars centū decem & octo millia & paulo aliiquid amplius efficit. Ad amūssim aut quadrare numerus non potest propter auri ad argētum analogiā hodiernā, quæ paulo minor est duodenaria, ut antea docuimus, & ego ita nūc deduxi, quasi planè duodecuplex esset. Non dubito aut tanti Scipioni litem aestimatā esse, quātum iudicatu fuit eū auri atq; argēti interuertisse, id est in lite aestimāda nihil rei remissum esse, sed iudices decuplicem estimationē secutos, quae communis erat præsertim in auro nō planè obryzo. Hæc ratio et si odiosa est propter supputadū tedium, eō tamen pertinet ut intelligatur ducēties & quadragies sestertiū ingētem pecunia fuisse, nec absurdā me rationē iniuisisse, in auri atq; argēti estimatione faciēda. Nunc uero compendiam rationē ineamus. Cēties sestertiū significat centies centena millia nūmūni, id est centies ducenas & quinquagenas libras, quae sunt quinq⁹; & uiginti millia pōdo argenti. Sic ducēties & quadragies sestertiū sexaginta millia argēti pondo ualeat. Huic decima tēdū locū,

pars

pars est sex millia, & illa est proportio auri ad argētum ex Polluce. Quare ad nūmum ratio quadrabit, ut ducēties & quadragies sestertiū, & sexaginta millia pōdo argenti, uel auri sex millia, sexcētis millib⁹ aureorū nostrorū c̄stimari debeāt: id tantū excurret quod pro quadringētis octoginta libris argenti taxauimus, id est quatuor millia et octingenti aurei. Intelligere aut̄ debemus, uel argenti in līte c̄stimāda nullā habitā esse rationē pr̄aut erat auri summa, uel annalī scriptores eam summā pr̄termisſe, quæ extra rotundū numerū excurrebat. Parum enim expeditū erat sic loqui, ut dicerent ducēties & quadragies semel & aliquot pr̄terea sestertijs lītē ei c̄stimatā. Hoc aut̄ ex eodem libro Liuij c̄firmare potest, qui de cōditionibus pacis Aetolis datæ ita inquit: De pecuniae summa quā penderet p̄fessionib⁹ q̄ eius, nihil de eo quod cū consule cōuenerat mutatū: pro argēto si aurū dare mallen, dare cōuenit, dum pro argētis decem, aureus unus ualeret. Et intellige de nūmis Asiaticis nō Romanis, quia aurei Romani duplice pondere q̄ argētei erāt, ut antea dictū est, utpote didrachmi. Hęc ratio et̄ pulchre quadrare mihi uisa est, sola tamē nequit ita hoīm arbitriū astringere, ut non libere negare possint nos ad ueritatis ipsius (ut ita dicā) cubile peruenisse, etiā si multa eius uestigia luculēta atq; expressa deprehēdimus. Ulteriore igitur indagine lectorē eō perducemus, ubi uel ab inuitō cōfessio exprimatur se iam ueritati non modo uidere sed etiā palpare. Primus locus est apud Demosth. in oratione quæ κατὰ ἀρχόντου inscribitur, in qua orator enumerans fraudes tutorū suorum et ostendere uolens tribus propemodum talentis uno nomine se ab eis circūscriptum ita inquit: οὐέ τοι τίνεις ὅτι ἀργύριον δύλι πρᾶξις κλινοπρίον καέπιονται τε πλοράχησαν μνᾶς αὐτὸν ἡ ἀρχαῖον. οὐέ τοι εἰδεῖς τὸ ἔργον αὐτὸν μέντοι τόλμαντα. οὐέ τοι μνᾶς ἐκάστου τὸ ἐνιαυτοῦ τίνι πρόσοδον αὐτὸν εἰδεῖς μεταβολήν. Considerate igitur quantam isti pecuniam ex lectarijs fabris interuertunt. Primum pro sorte quadraginta minas pono, deinde pro quæstu decennij eorum opificij duo talenta: si qui-

si quidem duodenas minas quotannis accipiebat eius mercedis nomine quam serui meruerunt. His uerbis apparet decies duodenas minas duo talenta ualere. Qua ratione sexaginta minæ centenariae talætum Atticum faciunt. Eodem pertinet locus à nobis in primo libro citatus, cum de usuris cœtesimis loqueretur. His enim ex eiusplijs & alijs permultis eiusdem orationis, quæ citare nunc longum esset, planum fit quicquid aliqui scripserint de mina Attica: minæ tamen Atticam semper centenariam intelligi, & huiusmodi minas sexaginta talentum efficere. Demosthenes enim non modo Athenis & ad Athenienses orationem illam habuit, sed etiam atticisse me locutus est, ut alibi in eadē. ὅσις ή ἐκ τεθόρων ταλάντων καὶ πίχιλων, τοῖς μὲν τοῖς ταλάνταις καὶ πίχιλαις προῖησε οἰδηπε, τοῖς δὲ ιερομάνκυνται μνᾶς καρποῦνται. Φανερὸν διη που ποσιν ὅτι δινε αὐτῷ μικρᾶς ὄνσιος, ἀλλὰ πλέον διπλασίας, ἵνα μοὶ κατέλιπτε, ταῦτα αφῆλεν. Verba Demosthenis argumentantis ex uerbis testamenti patris sui, quæ uerba sic uerti latine possunt: Qui enim ex quatuor talentis & tribus millibus, his quidem tria talenta & bis millena doti dedit, illi uero septuaginta minarum usumfructum reliquit: nimirum hunc clarum est apud omnes non à tenuis fortunis ea legata decerpisse, sed à summa altero tanto maiore, atque eo etiam pleniore quam mihi reliquerat. Quam autem summam his uerbis orator intellexerit, ex narratione eius orationis apparet his uerbis: θυρίππιδι, μὴν ξιλωκεν ἐν τῷ δὲ ξιλῶν ξεδο μάκυνται μνᾶς καρπώταις ζεῦζεν χρόνον ἴως ἀντὶ εγών αντίρειναι θοκιμασθέντω, θημοφῶντι δὲ πλεύξιν αὐλαφῶν, καὶ δύο ταλάνταις ξυθὺς ξιλωκεν ξενιν. οὐτοὶ δὲ ζύτῳ πλεύξιν μιτέρας, προς καὶ οὐδεινόνται μνᾶς. Therippidae quidem usumfructum ex bonis meis septuaginta minarum dedit, quoad ego inter uiros censerem, id est quoad tutelæ meæ factus essem. Demophontem autem uoluit apud se sororem meam habere cum duobus talentis. Huic autem ipse quiccum ago matrē meam uxorē ducendam cum dote octoginta minarum reliquit. Hactenus Demosthenes. Ex cuius uerbis intelligimus

mus duo talenta octoginta minas & septuaginta, id est centum & quinquaginta minas, tantum ualere quantum quatuor talenta & ter millenas: ubi subintelligendū drachmas, ut ex grecō appareat, propter quod millenas pro mille transstili. Sic fit ut talentū sexaginta sit minarū, & mina centū drachmarū: minā enim Atticā ad cētum drachmas auxisse Solonē Plutarch⁹ in eius uita tradidit: utq; ubi Græci millia dicunt ex sua persona, drachmarū semper intelligere debeamus. Quod eō perimit quod legitur apud Plutarchum in Pompeio de uectigalibus Romanis imperij, & in Antonio de diecies sestertio: ubi Interpretes male sestertiis intellexerūt, ut supra adnotauimus. Quād multus aut̄ Demosthēnes in eo loquendi modo fuerit, licet ex eadē oratione perlecta intelligere, cuius loca ueterē neceſſe nunc non habui. Alter est locus Ciceronis, ubi uelut cūbile esse ipsius ueritatis quā quærimus existimauī: is est aut̄ in oratione pro Rabyrō, in qua oratione de Gabinio loquens, qui ob Ptolemæi reductionē in Aegyptū, & peculatiū insignem in ea re admissum, decem millibus talentū damnatus est, ita inquit: Redeo igitur ad crimen & accusationē tuā. Quid uociferabāre decē millia talenta Gabinio esse promissa ē huic uidelicet per blandus reprehendens fuit qui hominē ut tu uis auarissimū exoraret: sestertiūm bis millies, sed quadringenties magnopere cōtemneret. Ad intelligentiā horū uerborū hoc præfari habemus, Gabinii decē millibus talentū damnatū esse: nec prædes tantæ summæ dare, nec ex bonis eius auctiōe addictis eam summā seruari potuisse. Quare cum Rabyrus Posthumus eius criminis affinis uideretur, accusatus et ipse fuit, quasi impulsu eius Gabinius Ptolemæū in regnum reduxisset, & quasi pars peculatus ad eū peruenisset, ut quod eius pecunia à Gabinio seruari nō potuerat, à Rabyrō dānato exigeretur. Hunc igitur Cicero patrocínio suo defendit, cuius oratio & corrupcia & mutilata lectiūatur, nec eam in uetusto libro orationū Ciceronis repperi. Ea aut̄ uerba sic legenda censeo: Quid uociferabāre decē milia talentū Gabinio esse promissa ē huic uidelicet per blandus

Locus Ciceronis.

blandus reperiendus fuit, qui hominem ut tu uis auarissimum exoraret, sestertiū bis millies scilicet & quadringēties magnopere contemneret. Hoc sensu, pugnat secum accusatio tua: tu Gabinium auarissimū hominem fuisse criminabāris, & ut regem reduceret, talētis decem millibus conductū esse: nunc Rabyriū impulsu fecisse dicas ut regem deduceret, & ob id Rabyriū in crimen uocas. Quo nammodo cōuenit hominē auarissimum (ut tu dicas) Gabiniū polle citatione bis millies & quadringenties sestertiū adduci ad facimus non potuisse, nisi & suaore Rabyrio impellere:ur? Cæterum nos singula talēta sexcentis coronatis aureis, & sexaginta libris cē tenarijs & stimare instiuiimus, singulas autem libras denis aureis: sexagies enim deni aurei sexcenti in summa fiunt. Hac ratione cē tum talēta sexaginta millia aureorum ualent, id est centies sexcentos. Hæc summa decies multiplicata sexcenta millia aureorū efficit, tot enim coronatorū millia mille talētū ualeat. Sic fit ut dece millia talentū sexagies centena millia aureorū ualeant, hoc est decies sexcentena millia. Rursus & estimatione nostra quadringenties sestertiū millies mille aureos nostros ualeat, hoc est decies centena millia. Qua ratione bis millies & quadringēties sexagies centena millia ualeat: & ita ad nummum summa latina cum summa græca conuenit, & est ea quā græci apartilogiam uocat. Lingua nostra Aparīlio uernacula latīnæ lingue imitacione rotundam rationem uocat. glia. Horatius libro primo epistolarum:

Mille talenta rotūdentur totidem altera porro,

Tertia succedant.—

De Gabino & Ptolemaeo Plutarchus in Antonio sic inquit circa principiū: μετὸ τοῦτο γαβίνιον ἐπὶ μυρίοις ταλάντοις πόλεμοιο πείθονται εἰς Ἀγύπτον ὅμοι συνεμβόλλειν οὐτόδι, id est Deinde cum Ptolemeus suadere coepisset Gabino, ut in Aegyptū secum expeditionem susciperet, pacta mercede talētorum dece millium. Qui locus latine nō est conuersus in exemplaribus quæ uidi. Ex quæbus uerbis liquet id quod dictum est de decem millibus talentorum.

p Nego

Nego igitur quenq; esse tam hæsitatem, qui modo hæc uerba & supputatione intellexerit (quotus aut quisq; etiā circa calculū non intelliget?) ut de hoc quod hactenus egimus ultra addubitate pos- sit, id est de festertiū & talentorū, & reliquorū uerborū intelle- ctu, & summarū auri argentiq; estimatione: nam de auri propor- tionē ad argentū nondū planē statuo. Ita Proteus ille Logodæda- lus, id est uerborū uarietate fallax, & diu exēplariū mēdis ueluti formarū desultoria uicissitudine ludificatus, in sese tandem rediit, peruicaci nostro proposito uictus ueritatis inuestigādæ. Exoratum aut unūquenq; lectorē uelim aut certe candidissimū quēq; mihi ut uitio ne uertatur quod monumēta antiquitatis hactenus sancta, atq; intacta temerare ausus sim, homo ut inter literatos nouus nullisq; maiorū imaginibus fretus atq; subnixus. A quo enim tandem litera- riū st̄ema ingenijq; cōmendationē Francus homo duceret? tāetsi in hodierna literarū claritate nihil obstat quo minus in posterū non nulli ubiq; gētiū, imagines sibi gētilitatisq; cōparēt, à quibus poste ritas fidutiam autoritatēq; uēdicet. Quos etsi ipsoſ ingenio & do-ctrina lōge me superaturos nō dubito, magni tamen merui instar erit unū me ex ijs esse qui rei cōmendabilis exemplū patriæ prodī derūt. Cedere aut mihi in cōpensationem postulo, quod immutata haud ita pridē quædā loca nūc sibi restituerim, ut paria fecisse iu dicari possim cū eo quod magnorū autorū laudatione fretus atq; testimonio, cōmouere quædā nō dubitauit trabali(ut aiunt) clavo fi xa. Hæc & alia cōtra ius receptū nō sine exēplo admissa, per Phi- lologiæ numē multis hodie mortalibus uenerandū ignosci ita mihi postulo, si etiā spōsione perfunctus corollariū nō unū aut alterum,

Gellij locus. sed multiplex addidero. Gellius libro v. noctium Atticarū. Eius
Alexandri regis, & capite & nomine Bucephalus fuit. Emptum
Chares scripsit talētis XIII. & regi Philippo donatū, aeris nostri
summa est festertia trecēta & XII. Hactenus Cellius. Talēta de-
cem sex millia aureorū ualent, & tria talenta mille & octingen-
tos: fūt septē millia octingēti aurei. Cētū festertia duobus millibus

& quingentis ualent ea ratione qua in singula pondo denos aureos
 taxamus, sic trecenta sestertia septē millia & quingentos corona-
 tos ualent, & XII.trecētos hoc est triginta libras argenti. Qua-
 re ad nūmum cōuenit inter utrāq; summā. De hoc Plinius: Eadem
 Alexādro & equi magna raritas cōtigit. Bucephalū eum uocaue-
 runt siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis armo im-
 pressi: sedecim talētis ferūt ex Philonici Pharsalij grege emptum
 etiam tū puerō capto eius decore. Recte tamē apud Gelliū XIII.
 legi ex Plutarcho patet in Alexandrū qui tredecim talētis à Phi-
 lonico Theſſalo emptū dicit, ut forte apud Pliniū XVI.pro XIII.
 legatur. Idē Gel.lib.XII. Aristotelē quoq; tradūt̄ est libros paucu-
 los Speusippi philosophi post mortē eius emisse talentis Atticis tri-
 bus, ea summa fit nūmi nostri duo & septuaginta millia. Hactenus
 Gel. Nos diximus talentū LX. libraruſ effe, qua ratione tria talēta
 centū, ac nonaginta libras ualeat, qui numerus ex duobus & septua-
 ginta millibus cōfit, si in singula millia, bina pōdo et selibrā nume-
 remus. Rursus tria talēta mille et octingētis aureis cestimatiōe no-
 strā taxātur, et eadē summa cōſiūt̄ ex septuaginta duobus ſe-
 ſterijs ſi ſeftertia ſingula quinq; et uiginti aureis cestimētur. Qua-
 re planū facimus et talēta nos et ſeftertia iusta cestimatiōe taxaf-
 ſe. Apud eundē Gelliū libro I. emendandū unū uerbū huic dicto Cellij locus.
 cōtrariū, ubi de Laide ſcorto Corinthio loquitur: Ad hāc, inquit,
 Demosthenes clanculū adū, et ut ſui copiam faceret petīt: at Lais
 myrias drachmas id est decē drachmarū millia poſcū: hoc facit nū
 mi noſtratis denarīum decem millia. Tali petulantia mulieris, atq;
 pecuniae magnitudine iſtū expauidusq; Demosthenes auertitur,
 & diſcedens: ego, inquit, poenitere tanti non emo. Sed græca ipsa
 quæ fertur dixisse lepidiora ſunt: ὅντες ὕπομοι, inquit, μυριών
 Δραχμῶν μεταμείλεον. id est, non emo centum ſeftertijs foeni-
 tentiam. Ex his uerbis testimonium locupletiſſimum habemus auto-
 ris antiqui, qui Hadriani principis temporibus ſcripsit, drachmam
 & denarium eodem pondere fuisse, ſed quōd decem millia de-

niorum ceterum sestertijs ualuerint, falsum est, tantum enim quae draginta ualent, minis ergo pro sestertijs legendum est. Athenaeus libro quarto dipnosophistarum: ὃ μέγας ἀλεξανδρός θεάτρων ἐκθέσοτε τῷ τῷ φίλων ὡς ἰσορεῖ φιππού ὁ ὀλύνθιος εὐζεψ πολὺ ἀλεξανδροῦ καὶ φιλίων μεταλλαχτῆ, ἀνύλισκεν ἡμίρρος μνᾶς ἔκχειν, θεάτρουν τῶν φιστικτοῖς καὶ δίνων εὐζεψ περσικοῖς, ἐλέπινον τάλαντα τε ἔκχεισ. πίνεται τὸ τάλαντο ἵταλικον νομίσματα οὐ μυριάσια μισητοῖς τελετοράχεντα. Εντοιλήτης μυρίους πεντακιχιλίους μεριδὰς μηδουσι, ἔκθεσαν αὐτοὶ πίνονται ἀνὰ ἔκχειν ἔκχειν ταῦτα ἵταλικον νομίσματα. ὡς εἰς τὸν καθίσας ζεψ τὸ ἀλεξανδρός ἀναλώματη, ἔκχεσὸν τὴν μνᾶς ἀνύλισκεν ὡς φιππούς ἰσόρισαν. Magnus autem, inquit, Alexander coenā semper ubiq; cū amicis, ut Ephippus Olynthius in eo uolumine prodidit quod de Alexandri obitu Ephæstionis scripsit: centenas minas in dies expensas coenæ ferebat, cum ad sexagenos, aut summū septuagenos ad coenam adhiberet. At uero Persarū rex, ut autores sunt Ctesias et Dīmon in historijs Persicis, ad coenā suam quindecim hominū milia accipiebat, in easq; coenas quadringena talenta expensabat. Fiunt hæc Italico numeris mate myriades ducentæ et quadraginta. Porro hæc in quindecim millia hominum distributæ, fiunt in singulis centum et sexaginta Italici numeri matis. Quare hic sumptus superiorem illum Alexandrinū et quat: quippe cum Alexander centena minas in dies expenderet. Hæc uerba Athenæi cum ad calcum reuocarē, sic rationē inibam. Ducetæ et quadraginta myriades, id est ducenties et quadragies dena millia, more Romano uicies quater centena millia dicuntur. Cum igitur cōpendio sermonis quater et uicies sestertiū dici soleat ab antiquis, ut nos in superioribus docuimus, si nummos hic sestertios intelligamus, et ad aureos nostros redigamus, fient sexaginta millia coronatorū, id est duplex census senatorius. At quadringenta talenta more à nobis institu-

Cōiuī Ale
xādri et Per
sarū regū.

instituto estimata fiunt ducenta & quadraginta millia coronatorum, cum centum talenta sexagenis millibus semper antea estimauerim. Quare talentorum estimatio quadruplex erit numismatis Italici contra sententiam Athenaei qui ignorare hoc non potuit, cum Romae sub Hadriano scripserit, ut ex lectione eius intelligimus. Quod si ut antea apud Plutarchum fecimus, non seftertios numeros sed denarios, id est drachmas intelligamus, ut mos grecorum postulat, summa ad numerum quadrabitur. Sexaginta enim aureorum millia quater multiplicata ducenta & quadraginta millia fiunt, & quater et uicies seftertiū nonages sexies seftertiū fiunt, cū singuli denarij quaternos numeros ualeant. Greci enim uidētes denarios Romanos & quales esse suis drachmis, cū myriadas dicerent, denariorū intel ligi uolebant, quandoquidē sic Attici numerabant: quos alij omnes secuti sunt scriptores. Hic locus colophone (ut aiunt) disputationi nostrae demonstrationibusq; imponit. Age exigamus rem ad calculum. Duceat et quadraginta myriades drachmarū uel denariorū, id est uicies quater centena millia, ad minas contracta centenarias quatuor & uiginti millia fiunt, id est quadringentes sexagenae minae, at eādem summā quadringenta taletā sexagenaria efficiunt: ita ratio contracta salioquin si numeros seftertios alijs improbior Athenaeum intellectus esse dixerit, talentū Atticū quindecim necessario minarum erit, quod nemo unq; scripsit. Nunc pergamus porro, et qua tuor & uiginti millia minarū in quindecim millia conuiuarū diuidamus, fiēt in capita sesquimina & denae drachmæ, utpote cū quin decies millies sesquimina, uicena bina millia & quingenas efficiat: ita restat mille & quingentæ minæ ex numero supradicto, quæ centena quinquagena millia denariorū ualēt, in quindecim partes diuidēda propter quindecim coenatiū millia. Atqui numerus hic partiens denarii, est numerus, cum in cētum et quinquaginta milibus decies quindecim millia inueniantur, & decies quinque decē millia, ita fit ut in singula milie conuiuarū dena millia denariorū accedant, & in singula capita denarij deni: sic fiunt cēteni, et sexageni

geni denarij in capita, id quod Athenaeus dixit. Et totidē denarios nos sedecim aureis nostris æstimare instituimus: qui numer⁹ si per numerum conuiuarū multiplicetur, ut quindecies senadena millia uel sedecies quina dena millia multiplicemus, fient ducenta quadragena aureorum millia quanti quadringena talenta æstimanda conicdimus. Porro cum Alexäder in sexaginta cōiuas centenas minas impēderet, id est dena denariorum millia, hac ratione in capiā sesquiminā & sextantem minā consumebat, hoc est centū & sexaginta sex denarios & bessem: quæ summa sex denarijs in capiā excedit. Quod si in septuaginta cōiuas rationē ineamus, in capita singula minus erit sesquimina. Ita obiuer locum Athenæi explicuimus, & extremā manu operi addidimus, quod ad hoc quidem pertinet. Plutarchus in Antonio, de Curione & Antonio loquens sic inquit: Ex quibus sumptibus grande æs alienū ei, maiusq; q; pro ætate conflatū est, ducētū quinquaginta talentorū. Hæc summa ad numisma nostrū reducta æstimatione à me instituta, cētum et quinquaginta millia aureorū nostrorū efficit, cū talentū aureos sexcētos, & centū talenta centies sexcētos ualeant, hoc est sexaginta millia. Audiamus igitur nūc Ciceronē Philippica secūda, qui Antonium increpās cōtumeliosa oratione, ita inquit: Tenet ne memoria prætextatū te decoxisse? Et paulo post: Recordare tēpus illud cū pater Curio mœrēs iacebat in lecto, filius se ad pedes meos prosternēs, lacrymās te mihi cōmendabat: orabat ut te contra suū patrē si sexagies sestertiū peteret, defendere. Tantū enim pro te intercessisse dicebat. Haecenius Cicero. De hac intercessione Plutarchus ibidē memini his uerbis: Pro quibus CCL. talentis cū intercessisset Curio, pater id ægre ferēs, domo sua expulit Antonium. Cum decies sestertiū à me, quinq; & uiginti millibus aureorum saepe sūt æstimati, in prōptu est sexagies sestertiū centū & quinquaginta millia ualere, et ita utrāq; summā ad nummum cōgruere apud Ciceronē & Plutarchum. Idē Plutarchus in Antonio, Calphurniam Cæsarī uxorem tradidit apud Antonium bonam partem pecu-

pecuniarum depositisse, quarum summa fuit ad quatuor millia ta-
lentorum. At in vita Ciceronis idem autor scribit inimicitias inter
Antonium & Octaviū ortas ob pecuniam Cæsaris auunculi eius
ab Antonio interuersam: Ab eo enim repetebat (inquit) Cæsar iu-
nior ducentas quinquaginta myriadas. Hoc latine dici debet du-
centies quinquagies centena millia drachmarū, hoc est millies cen-
tena millia nummū, uel loquendi compendio, millies festerū, quod
quod nos aestimare solemus uicies quinque ceteris millibus aureo-
rum coronatorū. At mille talenta, sexcentis millibus aureorū à no-
bis taxata sunt. Quo fit ut quatuor millia, quater & uicies ceteris
millibus aureorū ualeant. Quare summæ ambæ quadrabit, si tan-
tū hoc animaduertamus Plutarchū excurrentē numerū talentorum
(qui sunt ferè ceniū & quinquaginta sex) addere quatuor milli-
bus neglexisse. Sed ne mirū aut incredibile potius videatur tāti cō-
nas Persicas constare regibus potuisse, hic mihi in mentē uenit ut
adderē id quod memoriæ prodūt est de uasis et supelleſtile et in-
ſtrumento (ut ita dicā) luxuriæ Persicæ. Post uictū ignur Dariū
apud Issum in Cilicia, cū Alexander Darium fugientē fecuturus
Parmenionē Damascum misisset, ubi ueluti ſedem eius belli Darius
eſſe statuerat, comportatis illuc pecunijs omniq; splendore inſtru-
menti uiatorij tam regij q̄ procerum: Damasco tam in potestate re-
dacta Parmenio ad regem Alexandrum ſcribens de theſauris re-
peritis, & impedimentorum copias enumerans, inter alia luxus ca-
ſtris ministeriū hoc catalogo recēſuit: παλλαιδας ζυρον μουσ-
ουργοὺς τῷ Σασιλίῳ, πιαχσίος ἐκηστεννέα. ἀνδρας σεφανοπλό
κγούς ἔξ καὶ τεασεράκηγντας. ὁ τοπιοὺς διακησίους ἐβολούμέγντος
ἐππά. χυτερόὺς ἐκηστεννέα. γαλασιζυργοὺς τέτις καὶ Λίκη. πρηπε
ζητριοὺς ἐππά καὶ Λίκη. οἰνοθυτὰς ἐβολούμέγντας. μυροτριοὺς τεασε
ράκηγντα. Pallacas, inquit, inueni canēdi peritas, et musicæ uariæ
artifices, ad regis oblectationē intentas numero trecentas undetri-
ginta: uiros coronamentorum artifices sex & quadraginta: coquos
ducentos & septuaginta septem. Figulos ad culinariū instrumen-

Luxus Da-
rii Persarū
regis.

rum in castris fingeđū, undetriginta: lactarios pistores tredecim:
 potionū temperatores cōcinnatoresq; liquorū, decem & septē: &
 præter hos homines septuaginta qui à facellādis uinis erat regi, et
 colo condicis: unguentarios insuper quadraginta. Si tatus iñiur
 splendor fuit tamq; copiosus in statu apparatus, quantū concipe
 re animo possumus eum fuisse apparatu qui Babylōe aut Susis aut
 Persepoli fuit. Hoc iñiur tandem cōfecto qd' uix absolui posse spe
 rabamus, uideamus quonammodo intelligi possit id quod apud Flu
 tarchum legitur de tertio Pōpeij triumpho loquentē, quē de Asia
 subacta egisse dicitur: Ex prænotatis (inqt) Iteris clare cognoscē
 batur ex quo genere gentiū triūpharet. Erant quippe regiones hæ:
 Pōtus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Meāia, Colchis, Ite
 ria, Albania, Syria, Cilicia, Mescopotamia. Præterea ij qui circa
 Phœniciā & Palæstinen incolunt, Iudei, Arabes, piratarū etiam
 quotquot genera terra mariq; detellata erant. Inter hæc nota tātur
 castella haud pauciora q mille capta, ciuitates fermè noningentæ,
 piraticæ naues octingentæ, urbes colonijs Romanis habitatas esse
 unde quadraginta: his quoq; addebatur uniuersa Romanæ urbis
 tributa ante id bellū quinquagies decies centena millia fuisse. Cū
 ijs uero quæ populo Romano ipse quæsiuit octuagies quinquies de
 cies centena millia. In ærariū præterea uasa aurū argenteumq; si
 gnatū ad uiginti millia talentorū præterea quæ milibus diuisa
 sunt: quorū qui minimū accepit, mille et quingētos æris tulit. Hæc
 uerba significant tributa Po. Ro. ante Mühridatē uictū, quingē
 ties sestertiū fuisse, & ex tertia expeditione Pompeij trecentuies
 quinquagies accessionis factū esse. Hæc summa ære nostro uicies
 semel centena & uigintiquinq; millia aureorū ualeat. Intra quam
 summā si coartare uelimus impij Rōani reddū, ridebimus ab ijs

Reddū re qui nouerū regni nostri tributa. Quo anno hæc prodidi princeps
 gni Franciæ noster tanā fermè pecunia ex ditione Gallica percepit. Quod ne
 cōminisci uidear, scire licet apud nos tria esse pōstitutionū genera
 ex quibus ærariū nostrū constat, canonē, oblationē, & iñditionē.
 In Ca-

In Canone censemur ea quæ sceptris ita hærent, ut cū sceptris na Canon.
ta, nec sine ijs interitura videantur, qualia sunt portoria & isagogica uel exagogica quæ in introitu uel exiū urbiū uel locoru' alio
rum pensitāur, & in uniuersum uectigalia quæ multis nominibus
accepta feruntur in ratiocinij principiis & possessiones p̄-
diaq; quorū etiā mancipiū propriū est diadematis Francici, nec in
comercio hominū esse putatur, duntaxat ut perpetuo emancipari
possessiones possint. Huc accedunt regaliorū clientelarūq; iura, id
est iura quædam certarū perceptionū in eas possessiones ascripta
quæ in fide sunt diadematis: accedunt & cōmissa omnia & aduen-
tia quæ asserterē non habent: Albana uulgo dicūtur. Adespoita à
Græcis appellantur, quæ assertorē nullum atq; uim dicē habent, ob
idq; in fiscū cedunt. Strabo li. x vii. de Aegypto loquēs: ἀλλα
δὲ ἵσιν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος, διὸ τὴν αὐλακωτων καὶ
τὴν εἰς κείσαρα πιπήν οφθαλόντων δέξεταισις ἵσιν. Eodē perimit
uno uerbo omnia in fiscū cedentia, ut caducorū iura in exterritorū
hominū hæreditates qui ius ciuitatis aut prouinciae à principe nō
impetrarunt. In secundo genere sunt quæ oblationes dicūtur, uice Oblatione..
sima & octaua & quarta in quibusdā locis in res promerciales sta-
tutæ: & salariū uectigal, & exoticum, omnia à popularibus olim
principib; delata, unde nomen oblatio apud priscos accepit. Ho-
rum duorū generū ut estimationē certam facere nequo, sic ad sex
centa aureorū millia hoc nomine accepta referri haud incerta ra-
tiocinatione colligo. Tertiū genus indictio appellatur. Hoc caput Indictio.
statam plerunq; habet summā paulo plus octingena & quinquage-
na aureorū millia, ita ut urbes insignes stipendiariae non sint. Indi-
ctio ob id appellata, quod anniuersarij diplomatis indicatur: ex
quo tamen trans alpes res gessimus, accessionibus quas superindictio-
nones appellat identidē aucta est. Sic enim sunt Galli homines,
ut prout quidq; principi aut collubuit aut collubuisse dictaretur, id
perinde ius fasq; esse credatur, omniū haud dubie mortalium quæ
quidē barbari non sint, maxime (ut græce dicuntur) pitharchici, id

Pitharchici est principalibus edictis & quo animo obsequentes : nec ideo tamen
 Franci, minus libertate loquendi uiuediq; usurpatē principibus etiā haud
 inuīis. Sic enim fert huius regni genius nobis à deo omnipotente
 christianissimi nominis (ut arbitror) cōmendatione cōcessus, ut &
 obsequiofa alacritate seruiamus, & qui nobis imperant, liberos nos
 esse non nolint. Verū quo anno hæc prodidi, uno edicto princeps
 ter & tricies centena millia francorū imperauit. Quibus acce-
 dū haud contemnenda summa quā cuiusuis non est intelligere: Ne
 oterico enim inuenio hominū in æraria officina perpolitorum fa-
 ctum est, ut dies pensitationū ita cedant, ut insequentis anni qua-
 drans primus in ultimū præcedentis incurrat. Sicq; quinq; qua-
 drantes in uno asse reperiantur, nouo etiā aucupio trientes ex qua-
 drantibus facti, quo perplexioribus involucris res argentaria intrè
 caretur. Hoc nomine dicere possem quantū accessionis hoc biennio
 factum sit, populo ita deuorante strophas argentarias ut nihil non
 concoxerit : id quod eo pertinet quod dixi de æquanimitate populi
 in accipieis obeūdisq; imperijs. In quo uitia etiā felicitatē suā ac
 benignitatē diuinā principes agnoscerent, nec fallere nos ij homi-
 nes existimarent qui huiuscmodi commentis deum & superos o-
 mnes aut accommodare connuentiam aut arridere credunt. Ve-
 rum ut ad rem redeamus, hoc affirmare ausim, Indictionū capiti
 principem quo anno hæc prodidi non minus accepū retulisse, sup
 putata cum sorte supradicta repræsentatione, q; quanta sit æstima-
 tio illa octingenties festerij. Quare apud Plutarchū legendū an-
 tea putabā quinquagies decies centena millia drachmarū : Græci
 enim nunq; per festerium millia numeros colligere solent, sed per
 myriadas chiliadasq; drachmarū ut paulo ante diximus: nunc aut
 quod antea coniūciebā, certo opinor, ut paulo post ostendā: hac ra-
 tione summa illa redditus Romani quadruplicato augetur, & fit
 ter millies & quadringenties festerium, id est octuagies quinque
 Sūma pecu- es cētēna millia aureorū nostrorū. Summa autē pecuniae in ærariū
 niæ à Pōpeio relatæ ab eodē Pompeio centies & uicies centena millia aureorū,
 quod

quod nos duodecies millies mille aureos lingua uernacula dicimus in ærariū il-
Græci mille ac ducentas myriadas appellant: myrias enim nume latæ triūpo-
rum decies millenariū significat. Si præter hoc æstimemus in capi Mithridati-
ta singula militū sesquilibrā argenti, id ē mille et quingentos æris, co.
æstimatio in intermisum abibit: et tamen corruptū id esse apud Plu-
tarclū Interpretis culpa facile ostendemus ex Appiano, qui in eo
libro qui Mithridaticus dicitur de hoc loquens ita inquit: Finiēte
hyeme Pompeius præmia militibus exhibuit, uirū mille & quin-
gentas drachmas Atticas: ducibus eorū cōdigna pariter impēdit,
quorū summa decies sexagies mille talenta attigisse creditur. Hoc
membrū extreñū quid significet non intelligo, nec emēdari certō
potest nisi uiso Appiano Græco. Huiusmodi corruptos nūeros nō
semel apud eum autorē latinū factū offendit. Sed ex his uerbis in-
telligimus non mille & quingentos æris, ut Interpretes existimauit,
sed mille & quingētas drachmas, id est denas quimas libras argē-
ti, hoc est centenos quinquagenos aureos singulis militibus datos.
Ex Plutarcho aut ipso Græco, qui post alterā etiā libri huius editi-
onē ad nos peruenit, error Interpretis manifestus est, sic enim in
eoloco historiæ legiūtur: πρὸς ἡγεμόνης φραζέ διὰ τοῦτο γραμμάτη
ἢ πνευματικίλαιι μὴν μυριάδες εἰ τοῦτο τελῶν ὑπῆρχον. εἰ δὲ ἐν
αὐτῷ προσειπταὶ τῇ πράξῃ μυριάδες ὄντακιχιλίαις πνευματι-
κοῖς λαμβάνουσιν. Et paulo post: τοῦτο δὲ φραπωτόν οὐ γύλαχισον
αἴρων καὶ λόγον, διρραχμὰς εἴλιφε χιλίαις πνευματικοῖς. Ex quibus
apparet Interpretē nūmos sestertios uel asses pro drachmis intelle-
xisse errore luculēto. Qui etiā tributa pro uectigalibus trāstulit.
Plutarchus enim ijs summis uectigalia i. tēm, nō tributa i. φόρος
significasse mihi uidetur. Quod aut Plutarchus quinq; millia my-
riadū scripsit, quingēties cētēna millia latine uerti debuit, uel qn-
genties sestertiū, siquidem sestertios nūmos intelligi uolebat:
& secundo loco octingēties quinquagies. Verum quoniā Plu-
tarclū more Græcorū scripsit, summa quadruplicato excrescit,
& fit ter millies & quadringēties centena millia nūmmū:
uel ter

uel ter millies quadringenties sestertiū. Plutarchi autē uerba sic uerti ad uerbum possunt : Ex hys uero quae ipse ciuitati Romanæ iā quæ sitis addidit, Romanos capere quotannis octo millia et quæ in gentas myriadas drachmarū. Quæ summa quaternario multiplicata, efficiat ter millies & quadringenties cetera millia. Plinius libro trigesimo septimo huc triūphum magnifice descripsit. Sed adeo corruptus ad nos peruenit, ut satis habuerim locū notare quæ trascire nō poteram. Qui tamē locū illū legerit, Plutarchū mirabūr uiginti tātum millibus talētūm aestimasse prædā in arariū illatā. Apud Pliniū in eius triumphi descriptione ad ultimum ita legiūr in codicibus omnibus impressis: Cætera triumphi eiusdē q̄ uerissime subijciā. Reipublicæ datū mille talētūm, legatis & quæstoribus qui oras maris defendissent sestertia bina millia: cum milib⁹ singulis quinquaginta . Hoc prorsus non conuenit nec cum Appiano nec cum Plutarcho: bina enim millia sestertiū quinas libras argē ti ualent: & quinquaginta sestertijs uiginti drachmas . Præterea quis credat Plinium post bina millia dixisse quinquaginta saltem quinquagena emēdatores scriberet. In antiquis quos uidi sic legitur: Cætera triumphi eiusdē q̄ uirilia reipublicæ & quæstoribus qui oras maris defendissent datum mille talētūm: milib⁹ singulis sena millia sestertiū. Et hactenus legitur. Fortasse autem sic legi debet: Cætera triumphi eiusdē quam uirilia (ut hoc referatur ad superiora in quibus Plinius mollitiem & delicias reprehendit) præfectis & quæstoribus qui oras maris defendissent, datū mille talētūm, milib⁹ singulis sena millia sestertiū, comitibus singulis quinquagena: ut intelligamus comites, eos qui sponte Pompeium secuti sunt. Sena millia sestertiū millenas & quinquagenas drachmas significant, quod conuenit cum supradictis. Quapropter admirari subit uel emendorum licentiam uel librariorum incuriam, qui hunc locum ita corruerunt: ex quo coniecturam in uniuersam Pliniū emendationem facere licet. Appianus autor est in exercitu Pōpej ab initio statim pedīnū uiginti millia, & equitū quatuor fuisse, & le-

& legatos ei quinq; & uiginti à senatu decretos. Ut ergo in singulis
 pedites mille & quingentas drachmas dederit et tria millia in
 equites, sic enim fieri solitum ut equites uel duplex uel triplex do-
 natuum acciperent & duplex centuriones, Pompeius ultra mille
 talenta legatis & præfectis data non potuit minoris quadringen-
 tis & uiginti millibus argenti libris defungi, fiunt in summa cum
 mille talentis quadringenta octoginta millia pondo, quæ ære no-
 stro duodecim quinquagies centenis millibus aureorum æstimantur: in
 singula enim pondo denos aureos numeramus: atq; in hoc ratione
 nullam habeo centurionatus, nec auxiliaris militis & euocati, &
 prouinciatim collecti. Appianus latinus (ut diximus) summas ar-
 genti non modo incredibiles sed etiam absurdas refert, apud quæ
 legitur, in eam largitionem Pompeium decies sexages mille talen-
 ta impeditisse. Ego autem sexdecies interpretem scripsisse puto pro
 sedecim talentorum millibus, quæ ære nostro sexies & nonagies
 centena millia aureorum dici possunt. Hoc donatiuum Pompeia-
 num non modo credibile, sed etiam contemnendum nec memorabi-
 le fecerunt illa quæ postea secuta sunt donatiua, ad bella ciuilia le-
 giones autorantia, ut posthac ostendemus. Nunc uero si Romani Magnitudo
 imperij magnitudinem non dico ostendere sed argumentis tatum Romani im-
 cojciendum relinquere uelim, longus de integro instaurādus erit periq;
 sermo. Plinius libro septimo de trophæis triumphisq; Pompeianis
 loquës, ita inquit: Triumphi uero quem deduxit Pompeius ad ter-
 tium Calendas octobris, præfatio hæc fuit: Cum oram mariuim à
 priædonibus liberaasset, & imperiu maris Populo Romano resti-
 tuisset ex Asia, Ponto, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cili-
 cia, Syria, Scythis, Iudeis, Albanis, Iberia insula, Creta, Baster-
 nis, et super hæc de regibus Mithridate atq; Tigrane triūphauit:
 summa summarum in illo gloria fuit, ut ipse in concione dixit cum
 de rebus suis differeret, Asiam ultimam prouinciarū accepisse, eä-
 demq; medium patriæ reddidisse. Si quis è contrario simili modo
 uelit percensere Cæsaris res, qui maior illo apparuit, totū profe-
 ctio ter-

Appiani lo-
cū.

Eto terrarum orbem enumeret, quod infinitū esse cōueniet. Asiam
hoc in loco Plinius prc penīnsula Asiae accipit, quod regnum olim
Lydiorum dictū est. Trāquillus in Cæsare: Gessit autē nouem an-
nis quibus cum imperio fuit hæc ferè: Om̄nem Galliā quæ à saltu
pyrenæo alpibusq; & monte Gebenna, fluminibus Rheno & Rho-
dano cōtinetur, patetq; circuitu ad bis & tricies centū millia pas-
sum, præter socias ac bene meritas ciuitates in prouincia formā
redegit, eiq; in singulos annos stipendij nomen imposuit. Ab his duo
bus ducibus Romana res magnopere crevit. Quāta autē penīnsula
Asiae fuerit accessio quæ Asia proprio ac priuato nomine dicta
est, ut autor est Plinius, ex eo cōjicere datur, quod Plutarchus in
Lucullo scribit Syllā quū fœdere isto cū Mithridate Asiam rece-

Viginti mil-
lia talentū
Asiae impera-
ta à Sylla.
Donatiuum
Cæsaris &
congiarium
memorabile.

pisset, uiginti millia talentū multæ nomine Asiae imperasse, eiq;
pecuniae colligēdæ Lucullū qui secū militauerat præfecisse, ut in-
de pecuniam signaret. Quāta autē sit pecunia nos supra docuimus.
σύλλας δὲ τὴν ὀστικὸν δυσμυρίοις τελόνων οὐ μηδείς. Appianus
in 11. de bellis ciuibus, de Cæsare dictatore loquens: Statim post
triūphū quæcūq; exercitui polliciū fuerat ampliore adhuc pecunia
exoluit: milii drachmas Atticas quinq; millia , turmæ ductori bis
totidē, tribunis milium equitibusq; duplo maius, ad hæc singulis ex
populo minā unā Atticā. Apud Tranquillū locus mutilatus est: ve-
teranis, inquit, legiōibus prædæ nomine in pedies singulos super
bina sestertia quæ initio ciuilis tumultus numerauerat, in equites
uicena quaterna millia nūmūm dedit: populo præter frumenti de-
nos modios ac totidē olei libras , trecenos quoq; nūmos quos pollici
tus olim erat, uirūm diuisit, & hoc amplius cetenos pro mora: an-
nuam etiā habitationē Romæ usq; ad bina millia nūmūm: in Italia
nō ultra quingenos sestertios. Quadrinētos sestertios dedisse ui-
ritim populo Trāquillus dicit, & Appianus minā Atticā, quod idē
est: quo cōprobatur id quod semper diximus, libram fuisse centeno-
rum denariorum, et soluitur obiectum superius factum ex Priscia
no. Sed hic quina millia drachmarū data dicit in singulos milites,
& in

¶ in equites singulos multo maiorem summam: ille in equites uicena quaterna millia nummum, id est sene millia drachmarum: quem locum mutilatum esse oportet. Eusebius autor est eo tempore quo Sylla dictaturam inuasit, censu Romae acto, inuenta esse hominum quadringenta sexaginta tria millia. Appius autem tradit census post triumphum Cæsaris acto inuentum esse dimidio penè minorem numerum ciuium quam quatuor ante bellum ciuile fuisse. Esto igitur ut Romae duceta et uiginti millia hominum fuerint eo tempore quo Cæsar centenas drachmas in populum diuisit, id congiarium bis et uicies centenis millibus aureorum nostrorum aestimabatur. Age esto ut uiginti millia ueteranorum fuerint (tot enim minimum esse oportuit ut ex Hircio nouimus in commentario de bello Aphrico:) si quina millia drachmarum, id est quinquaginta argenti pondo in singulos diuisit, decies milieis mille aureis nostris id donatiuum constituit, id est certe centenis millibus. Adde nunc augmentum pro certurione et equite et tribuno, et habitationes illas gratuitas Romae et in Italia datas, certe in immensum res abibit si omnia aestimetur. Appianus de triumphis eius loquens quos diebus quatuor instaurauit post omnia bella confecta: Pecuniarum, inquit, in triumphis illatarum summa ad sexaginta quinq; talentum millia fuisse ferunt, et coronas ex auro fuisse addit duo millia et octingenta, que podo amplius uiginti millia penderent. Ex quibus exercitu promissa præmia cum foenore propemodum exoluit. Summa talentorum aestimatione nostra undequadrages millies mille aureos nostros ualeat. Viginti millia pondo auri (ut minimū) uicies certe centena millia superiori addit summae, ut sint semel et quadrages millies mille aureorum coronatorum, hoc est quadringentes semel centena millia. Cuius summa bona partem Cæsar ex Gallorum spolijs coegerit. Præter ea que impedit in emerendo fauore plebis et potentium Romæ ut Pauli et Curionis et aliorum ut supra dictum est. Omnia enim illa ante bellum ciuile cotigerant. Sed triuphi ducti sunt post bella ciuilia confecta. Antonius autem triuiri post mortem Cæsaris

Cæsaris bellū Philippēse pariter cū Cæsare qui postea Augustus dictus est, gessit cū Cæsarīs interfectoribus: quo confecto morte Cassii & Bruti, cū Cæsar Octavius Romā redijsset, ipse Antonius in Græciā se contulit, ut illic de donatiuo statueret quod milii ante pollicitus fuerat, quodq; (ut Plutarchus inquit) quinum milliū drachmarū in singula capita fuerat, id est uicenūm milliū nūmūm. Quātus aut̄ fuerit exercitus eius ex eodē autore alio loco nouimus, qui de altero dissidio Cæsarīs et Antonij loquēs, et de bello Mutinensi, quo tēpore Antonius Lepidi castra ingressus esse dicitur, Munatiūq; sibi adiūxisse: His rebus (inquit ille) elatus Antonius castra Lepidi ingressus, quodā ex copotoribus suis cum sex legiōibus in præsidio Galliae relicto, ipse in Italā redijt, decē milia equitū & decē & septem legiones peditū secū agens: quo tēpore Cicero à Cæsare destitutus cum Antonio iterū in gratiā rediit. Ut autē omnia extenuare potius q̄ augere uideamur, ponamus equinū peditūq; octoginta millia capiū fuisse, plenē enim raro legiones erant, equines euā & centuriones in ordinē redigemus, ut in singula militū capita simplex donatiū procedat, id est quingēti aurei: ad eam largitionē quadringenties cētēna millia aureorū nostrorū taxanda sunt aestimatione iam dicta, ut promptū est colligere. Quod an credibile sit ex ijs quæ infra dicentur apparebit.

Eodē tēpore Antonius cum Ephesum in Asiā ex Græcia uenisset, & eō reges reginæq; orientis ad eum salutandum confluere, fesse suāq; ultro illi offerentes (ut autor est Plutarchus) diu illic per luxū inusitatū debacchatus, cum de primoribus uiris pro arbitrio suo statuisset, prædictarū rerū impendijs exhaustus, altera tandem uectigalia Asiaticis populis imperare instuit. Ibi Hybreas quidam

Hybreas orator. orator nobilis qui causam gentiū Asiaticarū agendā receperat, huiusmodi oratiōe usus esse dicitur, memorabili certe, ac nostris quibusdā hominib⁹ etiā atq; etiā animaduertēda, si ipsis ab aulico fastu feriari paulisper uacaret, & animū aduertere huiuscēmodi acroamatis. Sed quando id fieri nō potest, proximū est ut optemus per ora id

Donatiuum
Antonij.

ora id hominum ferri tandem quoadusq; ad principes permanariū.
 Verum ille orator: Si potes, inquit, o Antoni alterū uectigal eodem
 anno exigere, illud etiam posse te æquum est, binas ut eodem
 anno æstates, binosq; etiam autumnos habeamus. Ducenta tibi ta-
 lentū millia Asia iam pepediū: hæc si tu nō accepisti, exige ab ijs
 qui acceperunt: si cum acceperis, iam non habes, quid nunc causæ
 est quin ipsi perierimus? ταῦται ἔπειν. Εἰ μὴν δύναται φάσαι, ἀποστέλ-
 λεῖται τῶν λαβεῖν των. Εἰ δὲ λαβεῖν δύναται οὐχ εἰχεις, ἀπολώλαμψῃ. Hoc
 sermone magnopere flexit Antoniū Hybreas, ut quem plurimala
 tuissent eorum quæ fiebant, & erat non tam remisso animo q; sim-
 plici, ideoq; omnia credens ijs quos circa se esse uoluerat. Inerat
 enim moribus hominis simplicitas: nec citio ad secus admissa animū
 aduertebat. Verum ubi res perperā actas senserat, illico poenitentia
 subibat eius animū, culpatimq; ingenue etiam ad eosipso agnosce-
 bat ad quos res acta iniuriaq; pertinebat. Hic locus, ut alia pleraq;
 eius auctoris mendose latinus factus est. Digna uero omnino histo-
 ria quæ in regiæ conspicuo loco sesquipedalibus literis proscribe-
 retur, uel in æs incideretur potius, ut & principes nostri memi-
 nissent quid sui sit officij, & qui rei argentariæ apud nos summā
 tenent, innocenius & cautius obirent sua munera in posterū. Hic
 est ille M. Antoni⁹ qui Cleopatrae ultimæ Aegypti reginæ, Phœ-
 niciam, Syrianam, Cyprum, & Ciciliæ bonā partem, Iudeam bal-
 samiferam & Nabathæorū Arabiā in stupri mercede dedit: quæ
 Antigonū regem securi percussit: qui expeditionē in Parthos cum
 cætum millibus pediū equitumq; suscepit: cui deniq; nobilis illa coe-
 na portetosi luxus cōdicta est à Cleopatra, in qua centies fester-
 tiū, id est duceta & quinquaginta millia aureorū uno ferculo se Mirabilis
 cundæ mensæ consumpta sunt. De hac re Athenæus in quarto di-
 pñosophistarum ita propemodū inquit, uerbis ex Rhodio Socrate
 transcriptis, qui bellum ciuile Cæsaris & Antonij scripsit: Quū Cleopatrae
 auie Cleopatra obuiā processisset Antonio in Ciciliā, ibi conuiuiū luxus in cō
 regium opiparumq; instruxit. In quo aulicū omne instrumētum au- uiuio,

Memorable
dictum.

reum erat, gemmis etiam cōsertum singulari uascularum opificio. Erant etiā parietes purpureis aureisq; peri petasmatis obtēti. Duo decim igitur ad hūc modū triclinijs constratis et instructis, Antoniu ad conuiuiū illud Cleopatra, quosdāq; primorū uocauit quos ei uisum fuit. Ibi Antonio apparatus magnificētiam cum stupore ad mirante, renidens Cleopatra omnia se illi dono dare respondit: et subinde in diem posterum coenā ei condixit. Ad quā ille postridie cum uenisset, comitatus amicis & proceribus, eo splēdore Cleopatra atq; ea opulentia conuiuiū instruxit, ut hesternus apparatus de spicabilis præ eo uideretur: ac nihil secus peracto conuiuio omnia idem donauit. Visenda sane munificētia, cum unicuiq; conuiuarū permitteretur toralia & lectum in quo accubuisse, & uasa aurea præterea auferre, ita ut cuiq; lectisternio cesserant. His peractis sub ingressum Antonij comites prout dignitate aliqua præcellebāt, ita partim lecticas gestatorias cum seruis lecticarijs, partim equos instratos argenteis ephippijs referebant: queis omnibus regina eo amplius face prælucētes aſſeclas digredientibus repræſen taurit. καὶ εἰς ἄνυπον παρειόλει συνθετικῆσαι. πάλιν ὑποχντοι με τὰ τῷ φίλων τῷ ἡγεμόνων, ὅτε καὶ πραλῶν κρεπίδον διακρο μύτασσα ἐσμπόσιον, ἐπρίνοε φαενῆναι τὰ πρώτας μικρὰ, καὶ πά λιν καὶ ταῦτα ἐδιωρύταθ. τῷ δὲ ἡγεμόνων ἐφ' ἣ ἔκαστοι κα τέκειζηνίη, καὶ τὰς καλίκια καθεύως ταῖς σρώμνασι ἐμεμέρισο, ἐκά στῳ φέρειν ἐπέβεψε, καὶ τῷ πλῷ ἀφοδεον, οἷς μὴν ἐν ἀξιώμασι φορεῖσαν οἷς καμιλουσι, οἷς πλειοσι δὲ παταργύροις σκευαστὶ κενο μικρήνους ἵπποις. πάσι δὲ λαοι πηροφόροις παῖδεσσι ἀνθίσας πο ερίνοις. Mirabitur forsan quispiam quonā modo ducenta millia ta lentū uno anno Antonius ex Asia auferre potuerit. Asiam hic in telligere oportet orientale Po. R. o. imperium: quod quantū fuerit ex

Triūuiralis partitione illa triūuirali intelligere licet, quæ mihi instar fuisse uē **partitio.** detur Homericæ regnorū diuisionis inter Iouē, Neptunū & Plutonem, quæ ad physiologiā ipsa refertur triū elementorū. In ea partitione omnis ad orientem tractus Antonio, ad Hesperiam Cæsarē hoc

hoc est Octauio concessus. Vtriusq; aut imperij confiniū Ioniū ma-
re factū, Lepido Aphrica cessit. Ita dītio nostra omniū cūtra mare
longe hodie clarissima, portiūcula propè dixerim fuit nō dico Ro-
mani imperij, sed tertiae partis eius. Postea aut sublato Lepido cū
triumuiratus ad duumuiratū redijsset, quātæ fuerint Romani im-
perij uires estimare datur ex utriusq; copijs: siquidem in Actiaco
bello Antonius pediū centum millia, equitiū duo & uiginti: & na-
ues bellicas non pauciores quingentis habuit, & sex reges in comi-
tatu suo. Cæsar aut naues bello aptas ducetas et quinquaginta, pe-
diūm octoginta millia, et equitiū parem Antonio numerū: quo tem-
pore ut diximus Lepido de medio sublato, Antonius ab Euphrate
& Armenia ad Ioniū mare et Illyricum, Cæsar ab Illyrico ad He-
sperium oceanū, et ab oceano ad Thyrrhenū Siculumq; mare, Li-
byæ uero quantū Italie Galliæq; & Hispaniæ obiectū est ad Her-
culeas colūnas obtinebat, Antonius uero à Cyrene ad Aethiopiā.
Appianus aut libro quinto bellorū ciuiliū Marcū Antoniū inducit
Ephesi ad Græcas Asiaticasq; gentes orationē habentem, dicenteq;
sibi duodetriginta legiones esse, quæ cum auxiliaribus centum et se-
ptuaginta pediūm millia implerent, equitibus non adnumeratis:
quas legiones reliquias esse dictabat trium & quadraginta legio-
num quas Mutinæ habuisset cum Cæsare & Lepido communes.
Itaq; cum præmia ijs reddere opus esset, & orientales populi ita de-
eo & Cæsare meriti essent ut digni maxima multa uiderentur, ob-
pecunias Cassio et Bruto Cæsarū intersectoribus collatas, se mul-
tæ eis nomine decem annorum tributa imperare continuo persoluenda:
quandoquidem tot annorum ipsi tributa Bruto & Cassio
biennio proximo persitassent: ad extremumq; Græcos & Asiati-
cos multis lachrymis impetrasse, ut nouem annorum tributū bien-
nio persolueret, sicq; factū ut & populi & dynastæ Asiæ conser-
re cogeretur. Duceta igitur millia talētūm quæ Plutarch⁹ exacta
esse ab Antonio dixit, ex ea collatione fuerūt quæ uno et altero an-
no in nouē annos indicta est. Hæc summa numismate nostro cen-

Actiacus
exercitus.

ties & uicies millies mille aureos ualeat. Græci duodecies milles
 nas myriadas dicunt, uel centies & uicies centenas myriadas: hac
 summa maiorem nullam (ut arbitror) dicturi sumus uno tempore con-
 gesta. Maiores summae in ærario fuisse uidentur ut apparet ex ijs
 quæ libro superiore adnotata sunt. Plinius libro XXXIII. Messala
 orator proddidit Antoniu[m] triumviru[m] aureis usum uasis in omni-
 bus obscenis desiderijs pudendo etiā crimine Cleopatræ. Et pau-
 lo inferius: Antonius in cōtumeliā naturæ uilitate auro fecit: opus
 proscriptione dignū. Idem autor est luxū tum primū Romanū po-
 pulum inuasisse, quū Asia deuicta est: Asia, inquit, primū deuicta
 luxuriā misit in Italiā: siquidē L. Scipio trāstulit in triumpho argē-
 ti pondo millia quadringēta quinquaginta, et uasorū aureorū pon-
 do centū millia. Anno urbis conditæ DLXV. eadem Asia domita
 multo etiā grauius afflxit mores, inutiliorq[ue] uictoria illa, hæreditas
 Attalo rege mortuo fuit. Tum enim hæc emendi Romæ in au-
 etionibus regij uerecundia exempta est, urbis anno DCXXVI. me-
 dijs LVII. annis erudina ciuitate amare etiā & non solū admirari
 opulentiam externā. Immēso & Achaicæ uictoriæ momēto ad im-
 pellendos mores, quæ & ipsa hoc interuallo anno urbis DCVIII.
 Parthica signa et tabulas pictas inuexit, ne quid deesset: pariterq[ue];
 luxuria nata est & Carthago sublata, ita cōgruentibus fatis ut li-
 beret amplecti uitia, & liceret peccare ex dignatione. In quibusdā
 impressis libris legitur: & uasorū aureorū pondo ducēta millia du-
 plicato auri numero: in antiquis omnibus pondo mille quingenta:
 adeo fluxa fides est exemplariū in numeris tradēdis. Apud Liuiū
 non millia sed mille utrobiq[ue] legitur, quod luculentā facit discrepā-
 tiam: in quibusdā antiquis mille legitur, in alijs per notas scriptum
 est, ut ad mille & millia ambiguum sit. Sic aut inquit Liuius libro se-
 ptimo de bello Macedonicō: Tulit in triumpho uasorū argenteorū
 (omnia celata erant) mille pondo, & CCCXXIII. aureorū mil-
 le pondo & XXIII. Præter hæc etiā duo uerba in supradicto lo-
 co corrupta esse intelligo ex obseruatione uetusq[ue] lectionis: neque
 enim

Asia demum
 uicta, luxu-
 ria Romæ in
 uasit, magis
 euia donata.

enim Asia dominia lego, sed donata. Scimus enim Attalum regem Locus Plini⁹
 Asiae, Populu⁹ Romanu⁹ hæredē instituisse autore Trogoli⁹ lib. trice emēdatus.
 simos sexti: Deinde igitur Asiam Plinius prius dixi luxuriam mi-
 sisse in Italiam, quod fuit Antiochi tēpore, postea etiam donatam,
 quod fuit Attalo rege hæreditatem Populo Romano relinquēte.
 Parthica aut signa corruptum esse sati⁹ scio: sed quomodo restituē
 dū sit affirmare nō ausim: dicere Corinthiaca, nisi in uestuto par-
 ta legiſsem, ut uictoriā partam intelligamus, id est ut parta ui-
 ctoria statuas & tabulas inuenexerit Romam ex Achaia. Neq; uero
 ex Asiaticis tantum tributis Antonius infinita u:m auri argentiq;
 collegit & prodegit, sed etiam ex hæreditate Cæſaris pecuniam Cæſaris
 auertiſſe traditur. Plutarchus enim autor est, imperfecto statim mortui pe
 Cæſare Calfurniam Cæſaris uxorem qua uor millia talētū ad cunia.
 Antonium transportanda curasse. Maximam tamen pecuniā Cæ-
 ſarem reliquissē ex secūda Antoniana intelligimus, quo in loco Ci-
 cero ita inquit: Vbi est septies millies ſeſtertiū qđ in tabulis quæ
 ſunt ad Opis petebatur, funest& quidē illius pecuniae, ſed tamen
 ſi ijs quoru⁹ erat non redderetur, quæ nos à tributis poffet vindica-
 re. Tu aut ſeſtertiū quadringenties quod idibus Martijs debui-
 ſti, quonāmodo ante Calendas Aprilis debere defiſti? Et rursus
 Philippica v. Illa uero diſſipatio pecuniae publicae ferēda nullo mo-
 do eſt, per quā ſepties millies falsis donationibus perſcriptiōbusq;
 ueritā: ut portento ſimile uideatur tantā pecuniam Populi Roma-
 ni tam breui tēpore perire potuiffe. Perſcribere Cicero uocat quod Perſcribere.
 lingua noſtra registrare appellat. Veriu⁹ aut pro auertia, puto eſſe
 medosum. Plinius libro xxxiiii. Cæſar primo introitū urbis in ci-
 uili bello ſuo ex ærario protulū laterū aureorum xxvi. millia et
 numero pondo trecenta: nec fuit alijs tēporibus reſpublica locuple-
 tior. Sic et in impressis codicibus et in duobus antiquis legi: In uno
 aut uenerandæ antiquitatis qui in rebus meis erat, ita legi⁹ur: La-
 terū aureorū xv. Argenteorū xxxv. & in numero HS. cccc.
 quod ego interpr̄etor ſeſtertiū quadringēties. Locū aut mutila-

tum esse in uulgatis exemplaribus ex illo uetusto coniūcio, et ex Orosio historico qui libro VI. sic inquit: Cæsar Romā uenit, negatāq; sibi ex ærario pecuniā fractis foribus inuasit, protulitq; ex eo aurii pondo IIII. M. C. XXXV. argenti pondo propè DCCCC. Numeros tamen Orosii corruptos esse facile ex Plinio coniūcimus: & alioquin quis credat Cæsarem ad bellū ciuile contra senatū eundē locupletissimū ærariū primoribus (ut inquit Plautus) dīgitis delibasse? usque adeo numeri per omnia in omnibus autoribus mendosi sunt: antiquitatis culpa quæ notarū compedijs nimium gauisa est.

Imperiū Au
gusti.

Verum opulentissimū illud seculū Augusti principatus exceptit, sub quo principe latissime patuisse Romanū imperiū demonstrabimus, & priuatim publice q; locupletissimū fuisse: licet post ea Germaniae populi multi aliq; ad arcton uergētes accesserint, à quibus principes Romani cognomina sumpserunt. Strabo enim Græcus autor qui Romæ diu uersatus est Augusti Tyberij q; temporib; libro XVII. circa finē ita inquit: ἵπεται δέ οἱ ῥωμαῖοι πλώ αὐτίσιν τῆς οἰκουμένης καὶ γνωριμωτάτης λαγήχουσιν, ἀπαντας ὑπερΒεβλιμήνοι, τῷ πρότερον ὑγεμόνες ἦν μυνύλων ισκόν, ἀξιον καὶ διορθώσας τὸ ζύτων ἐπεῖν. Quonia uero Romani terræ habitabilis opūlām quāq; regionem ac celeberrimā obtinent, omnes ante se populis imperitantes supergressi, dūntaxat quoruū memoriā nori mui, dignum esse duxi, ut de eorum statu brevibus differamus. Et post paulū: πλώ μὴν οὖν εὐρώπιν χειδόν τη πατσαν ἔχουσιν, παλίω τὴν ξώ τη ἱσρου, καὶ τῇδι μεταξὺ τη ρύνου καὶ τη ταναϊδος παρωκτος γηπέτων. Τὴν λαβύνην ἡ χαλβή ὑμᾶς προστίατ πατσαν προχειρίας εἰσι. ἡ σὲ αλλιαστοικράτος εἰσιν. ἡ λαπιρῶς καὶ νομοδημῶς οἰκητρι. ὅμοιως δὲ καὶ τὰς αστιας ἡ χαλβή ὑμᾶς προστίατ πατσαν προχειρίας εἰσιν. Europā igitur fermē omnē tenet, præter eā eius parte quæ ultra Danubiū pertinet, et eas gētes littorales quæ inter Rhēnū et Tanaim ad oceānū uergunt. Africæ aut̄ ora quæ nobis obuersa est, oīno eis pareat. Reliqua aut̄ Africæ uel ægre habiūtatur, uel Nomadū more incoluntur: similiter & Asiac omnis ora quæ in nos uergit, ab eis impe-

ria

ria accipit: nisi si quis Achæorū & Zygōrū & Eniochorū rationē habendā putat, aut eorū regiones in numero aliquo habendas censem, qui & latrocinia exercent & Nomadū uia degunt. At uero mediterranea & interiora partim Romani obiument, partim Parthi, & qui supra eos sunt barbari septentrionē & orientem uersus, ut Indi, Bactrijs & Scythæ, inde Arabes & Aethiopes, à glosi Romanī semper sensim aliquid adimūt, ditioni suæ adiungentes: prosi cavit̄ ἡ ἀτί παρεὶς εἰναινων ἀνθρώποις. His uerbis apparet quod late fatuerit imperiū Romanū sub Augusto. Ex sequentibus autē qualis fuit status eius, & cuiusmodi imperiū ad ratio: ταῦτα ἡ θυμπόσιον χώρας τὸν πάρωμασίων, οὐδὲν βασιλεύεται. ἐντὸν δὲ ξενοσίους εἰπαρχίαν, καὶ πέμπτην οὐγεμόνος καὶ φορολόγους. Εἰσὶ δὲ πνευματικοὶ εἰναυθίρωσιν πόλεις, οὐδὲν δὲ ἀρχῆς οὐδὲ φιλίαν προσελεῖσαι, τὰς δὲ οὐλευθύρωσιν οὐδὲν πόλεις. Εἰσὶ δὲ, πληράσαι τινας καὶ φύλακας οὐδὲν πόλεις. Οὐδὲν μέντοι οὐδὲ πάσι οὐδὲν πολιούς νόμους. Vniuersæ aut̄ (inquit) huius regionis quae Romanis paret, partim à regibus tenetur, partim Romani ipsi tenent & prouincias appellant, in quas & præfides & quæstores mittunt qui tributa exigant. In quib[us] tamen liberæ quædam sunt ciuitates, quarum nonnullæ in Romanorum amicitiam ea lege uenerunt: nonnullis & ipsi postea honorem habentes libertate eas donauerunt. Sunt & dynastæ quidam sub eis, id est potentatus nomine dominantes, & phylarchi, id est gentium principes, & sacerdotia obtinentes, hi quidem ipsi legibus quibusdam suis uiuentes: οὐδὲ εἰπαρχίας διέρπυνται μὴν ἀλλοτε ἀλλως. Εν δὲ τοῖς παρόντων ὡς καῦσαρ ὁ σεβαστὸς διέταξεν. επεδίνει δὲν πατρὶς εἰπέτεσσιν ἀνθρώποις πλὴν προσασίαν τῆς οὐγεμονίας, καὶ τρέμουν καὶ εἰρήσιν κατέτινού κύριον θεόν Βίου, οὐχα διεῖτε πάσσαν τῶν χώρων. καὶ πλὴν μὴν ἀπένθητε ξενοθρόνον, πλὴν δὲ τοῖς δίκαιοις. Prouinciae uero alias aliter, nec semper ijsdem finibus diuisæ sunt: nunc autem eam diuisionis rationem tenent, quam Cæsar Augustus arbitratus est. Siquidem postquam ei à patria imperij summa, potestas à po-

pulo in Au- & pacis belliq; arbitriū perpetuū delata sunt, in duas partes uni-
gustū trāsla uersam ditionē partitus est, quarū unam sibi, alterā populo attri-
ta, impiumq; bui: & sibi quidem quæcūq; militari præsidio eḡt retinuit, ut re-
perpetuū de giones barbaras, et gentibus nondū subactis finniātas: populo aut̄
latum, ea partē concessit, quæ paci acquiescēs facile sine præsidio in offe-
cio cōtinetur. Rursus utrāq; partē in p̄uincias coplureis distribu-
it, quarū alteræ populi dicūtur: et paulo inferius enueratis populis
p̄uincijs, i quas populis cōsules uel prætores mittebat, ita subdū:
t̄as d' ἀλλας ἐπαρχιας ἐχεγίσαρ. ὃν εἰς ὁς μὴν πέμπεται τὸν
μελιθίους ὑπάρχοντας ἀνδρας. εἰς ὁς ἐσπανγκόν. εἰς ὁς ὁ
καὶ ἐππικόν. καὶ Βασιλεῖς ἐκ τῶν Δυνάμεων. καὶ συκαρχιαὶ τὸν εκ-
ου μεριδὴν, εἰς τὸν καὶ ὑπῆρχον αὐτοῦ. Alias aut̄ p̄uincias Cæ-
sar obtinet, ad quas regendas partim cōsulares, partim prætorios
mittit, in quas dā etiā equestris ordinis uiros. Huius portionis reges
& potentatus & decarchiæ, id est decē primatus, quæ & decar-
chiae dicuntur & sunt nunc & semper alias fuerunt. Ex iādictis
De ratiōe Rō mani imperij. forma imperij Romani, & ueluti incunabula principatus monar-
chiae inēutis habentur, quæ mihi magnopere pertinere uisa sunt ad
intelligendā rationem Romani principatus. Nullus enim autor
(quod meminerim) tam aperte hæc tradidit, meliusq; ex ijs Tran-
quilli locū in eodē Augusto intelligetur: Prouincias ualidiores,
et quas annuis magistratuū imperij regi nec facile nec tutū erat
ipse suscepit, cæteras proconsulibus sortiō permisit, & tamen non
nullas cōmutauit interdū atq; ex utroq; genere plerasq; sæpius adi-
nit. Vrbiū quas dā foederatas, sed ad exū licentia præcipites liber-
tate priuauit: alias aut ēre alieno laborātes leuauit, aut terræ mo-
tu subuersas denuo condidit, aut merita erga Rē publicam allegā-
tes, latinitate uel ciuitate donauit. Et paulo post: Regna quibus
belli iure potitus est, præter pauca, aut ijsdē quibus ademerat red-
didit, aut alienigenis contribuit: reges socios etiā inter se metipso
necessitudinibus iunxit mutuis, promptissimus affiniatis cuiusq;
atq; amicitiæ conciliator & fautor: nec aliter uniuersos q; mēbra
partesq;

partesq; imperij curæ habuit. Rectorē quoq; solitus apponere & ta-
te paruis aut mente lapsis, donec adolescerent aut resipiscerent: ac
plurimorū liberos & educauit simul cū suis & instituit. Hactenus
Tranq. Hic idē Augustus Aegyptū post Antoniū uictū & Cleo-
patrā capiā in pūnciā formā redēgit, ut autor est Strabo: cuius
etīa arma Petronio duce in Aethiopiā penetrauerūt. Pli. lib. vii.
de Aethiopia loquēs: Intrauere aut & eō arma Romana diui Au-
gusti tēporib; duce P. Petronio & ipso equestris ordinis præfe-
cto Aegyptijs: oppida eorū expugnauit que sola inuenerat, quo
dicemus ordine: sic enim legendū est, quanq; in omnibus exemplari
bus legatur nō Aegyptijs sed Aegyptus Aethiopiā expugnauit, nō
Petronius Aegyptijs præfectus: nota est historia ex Strabōe. Aeli
us etīa Gallus ab eodē principe in Arabiā Felicē Augusto iubete
expeditionē sumpsit, & multa ibi oppida expugnauit: quā tamen
non subegis, deceptus à Syleo duce quodā Nabathæorū primario
uiro, qui diuturna ludificatione Gallū per deserta frustratus est,
exercitu interim penè consumpto: ob quā causam postea Syleus ab
Augusto securi percussus est, ut autor est Strabo lib. xvii. Naba-
thæi tamen & Sabæi Felicis Arabiæ incole Romanis tum pare-
bant, ut idē autor est his uerbis: πρῶτοι δὲ ὑπὲρ τὸ συρίας νοέσο-
ται οὐδὲ σοφοῖς τὰ εὐθαῖμον αἱρεσίαιν νέμονται, καὶ πρλάκης
κατέβεχον αὐτούς, πρὶν ἡρωματίων γενέσθαι. νῦν δὲ κακεῖνοι ἡρωματίοις
εἰσὶν ὑπίκηροι. Metropolis aut Nabathæorū urbs ē Petra à situ lo-
ci dicta. Domuit idē Augustus partim ductu partim austrijs suis
Cantabriā, Aquitaniā, Pannoniam, Dalmatiā cum Illyrico omni.
Item Rhetiā & Vindelicos ac Salassos gentes alpinas coërcuit,
& Dacorū incursiones, tribus eorū ducibus cum magna copia cœ-
sis, Germanosq; ultra Albin fluuium summouit: ex quibus Sueuos
Sicambrosq; dedentes se traduxit in Galliā, atq; in proximis Rhe-
no agris collocauit: nec ulli gēti sine iustis & necessarijs causis bel-
lum intulit. Virtutis autē moderationisq; fama Indos etīa ac Scy-
thas auditu modo cognitos pellexit, ad amicitiā eius populiq; Ro-

Plinij locis.
Arma Rōa-
na in Aethi-
opiam pene-
trauerunt.

ultra per legatos petendam. Parthi quoq; Armeniam uendicantis facile cesserunt, & signa militaria quæ M. Crasso ademerant, re poscenti reddiderūt, obſidesq; in ſuper obtulerūt. In cuius rei memoriā signatus eſt ille nūmuis, cuius ſupra mentio facta eſt. Deniq; pluribus quōdā de regno cōcertantibus non niſi ab ipſo electū comprobauerunt: autor Tranquillus. Strabo autē de Syria loquens in decimoſexto: Parthi, inquit, primū quidem amicitiam Romanorum exoplātes, Crassum eos ultro laceſſentē bello ulti ſunt: nec minorē & ipſi cladē rettulerunt, cū idem auſi eſſent Pacoro in Afīā cum exercitu miſſo. Antonius aut̄ hortatore Armenio uſu, prodiuſ in feliciter rem gediſit. Pacori aut̄ ſuſſor Phraates uſque adeo Cæſaris Auguſti amicitiae cupidus fuīt, ut trophæa ei remitteret, quæ de Crasso Parthi pridem ſtatuerant, & euocato ad colloquium Tilio tūc Syriæ prafetto, quatuor ei legiūimos liberos obſides daret. ὁ δὲ ἐνq; νον διαδεξάμηνος φραότις ζεῦζεν ἵππούλασι πολέμῳ φιλίαν τὴν πρὸς καίσαρα τὸν σεβαστὸν, ὥστε καὶ τὸ βόποιον ἐπιψήσας καὶ τῇ τρέχῃ ρωμαῖοιν ἀνίστανται παρθνοῖσι. καὶ, καλέσας εἰς σύλλογον τίτιον τὸν ἐπιστοῦντα τὸν οὐρίας δέ. παῖδες γνωσσις ἐνεχέριστεν ὅμιρους ἀνέβησεν. Post Actiacam autem uictoriā quā opes Romanæ creuerint ex Tranquilli uerbis intelligere licet:

Inuencta (inquit ille) Vrbi Alexandrino triumpho regia gaza tam copiam rei nummariae effecit, ut foenore diminuto plurimum agrorum pretijs acceſſerit. Senatorum censum ampliauit, ac pro octingentorum millium ſumma duodecies feſtertiū taxauit, ſup

Congiaria pleuiūq; non habentibus. Congiaria populo frequenter dedit, ſed Auguſti. diuersæ ferè ſummæ: modo quadragenos, modo tricenos, nonnunquam ducenos quinquagenosq; nūmos: ac ne minores quidē pueros präteriijt, quamuis non niſi ab undecimo ætatis anno accipere conſueiffent. Frumentum quoq; in annonæ difficultatibus ſæpe leuiffimo, interdum nullo pretio uirūim admensuſ eſt. Hic ſi reputare uelim quanti congianiū unum ducenorum nummorū cōſtituerit illi principi, uereor ne fidem detrahām historiæ. Legitur aut apud Euse-

Eusebiū in chronicis post triumphū Actiacū Romæ censu acto in-
 uenta esse Romanorū ciuiū quadragies semel centena & sexagin-
 ta millia. Domino aut̄ nostro iam nato & adolescente, Augustum
 cum Tyberio quē sibi in filiū adoptauerat, censem Romæ egisse,
 & inuenisse capiū Romanorū ter & nonages centena & septu-
 aginta millia. Fac igitur (ut omnia intra fidē statuā) uicies cen-
 tena millia ciuium fuisse ad congiariū nomina dantiū, quod ipsum
 ducenū tantū nummū fuerit, id est quinquaginta denariorum
 seu selibræ Romanæ, oportuit decies centena millia pondo argēti
 congiariū constituisse, quod nos centies cētenis millibus estimare so-
 lemuis. Quōd si ducenū quinquagenū nūmū cōgiariū statua-
 mus, uicies quinquies centena millia aureorū ad summā illam acce-
 dēt. Perge porro, & fac quadragies cētena millia ciuiū fuisse, &
 ducenties quinquagies cētenis millibus id congiarium necessario
 estimabis. Orosius libro VI. Augustum post legiones in Sicilia à
 Pompeio receptas, xxx. millia seruorū dominis restituisse tra-
 dit, et quatuor et quadraginta legiōes ad tutelā imperij per pum XLIVI. legi-
 cias instituisse. Tranquillus de hoc ita scribit: Ex militariis co-
 ones sub Au-
 pijs legiones & auxilia prouinciatim distribuit: classem Misericordiā
 & alteram Rauennæ ad tutelam superi et inferi maris collocauit.
 Et post aliquot uersus: Quicquid autem (inquit) ubique militum
 esset, ad certam stipendiorum præmiorumq; formulam astrinxit,
 definitis pro gradu cuiusq; & temporibus militiæ & cōmodis mis-
 sionum, ne aut ætate et inopia post missione sollicitari ad res nouas
 possent: utq; perpetuo ac sine difficultate sumptus ad tuendos eos
 prosequēdos' que suppeteret, ærarium militare cum uectigalibus
 nouis constauit. Strabo li. XVI. de Beryto loquēs quæ est in Sy-
 ria: ἔντη κατεστάθη μὴν ὑπὸ Ζύφωρος. ἀνελύθη ἡ νῦν ὑπὸ ρω-
 μαιῶν, οἱ ξαμῆνι θύο τάγματα, & ἕδρασιν ἀγρίππας ἐνταῦθα.
 Hæc euersa à Tryphoe, nūc à Romanis restituta est, duas legiones
 admittēs, quas in ea Agrippa collocauit. Illa est Berytus colonia,
 cuius meminit Vlpianus in Pandectis titulo de censibus in prin-
pico.

cipio. Apud Strabonem latinum barutus ubiq; legitur, credo quia sic hodie uocatur. Idem libro decimo septimo de Aegypto loquens in prouinciam redacta: εἰς δὲ καὶ στρατιωτοῦ γ'. ταχυμάσται. ἐν δὲ ξυκεῖ πόλιν ἴδειν). τὰ δὲ αἱλλαῖς τῇ χώρᾳ. χωρὶς δὲ τούτων ἐνέστη μὲν εἰσὶ στεῖραι ῥωμαῖων. Τέτης δὲ τῇ πόλει. Τέτης δὲ τῇ πόλει ὄπων τὸ αἰθιοπίας τῷ οὐλώῳ φρουρᾷ. Τέτης τῷ πλανήτῃ πόλει. Τέτης δὲ καὶ ἵππαρχίαι Τέτης. Copiarū autem milittariū tres sunt legiones: quarū una in urbe collocata, reliquæ duæ per regionem dispositæ: & præter has nouem cohortes Romanæ, ternæ in urbe, ternæ in finibus Aethiopiacæ ad Syenem pro locorū præsidio, & tres per regionē sparsæ, & insuper tres equitū turme opportunitis locis dispositæ. Libro autē quarto in mentione Britannicæ pacatam illam prouinciam una tantū legione coniimeri in officio dicuntur, & paruo equitatū: τούλαίχισον μὲν δὲ ξύδε ταχυμάσται χρύσοι ἀντικεῖν, ἵππιον πνός. libro tertio de Hispania loquens: Bætica, inquit, plebi attributa est, ad quam prætor mittitur, qui legatiū habet et quæ storem. Χων πρεσβευτῶν τε καὶ ταμίαν. Et post aliquāto: οὐ λοιπὸν δὲ, ἀντικεῖν δὲ εἰσὶν ἡ πλεῖστη, τὸ ιερίξ νῦν τὸ ὑπατικὸν ὑγιεμόνιον προστίσθιν. Εχοντες δέξιόλογον πάντων που ταχυμάστων. Reliqua autem Ibericæ (hæc aut̄ est plurima) à consulari uiro regiur memorabilem exercitum habente, ad tres circiter legiones. Verum hæc et alia è græcis autoribus citata & græce plerunq; & latine in hos ueluti commentarios recoditionis antiquitatis referenda esse duxi & perscribenda. Nam cum id non esse dissentaneum generi scriptioris arbitrabar, tum uero si latina à me facta tanti modo proferrere, ueritus sum ne rerum penè incredibiliū, fidem lectoribus parū certam facerem ut mihi interpres plurimi nunc faciunt, postq; pœniuere me coepit multoru, pudereq; quod eoru testimonij in consulta securitate & penè inertu usus essem, qua etiā & ipsi usi sunt quælibet exemplaria inexplorato sequendo. Sin græca tanti uerba pro testimoniio protulisse, non contēnenda parte rerum enarratarū maxime partē lectorum fraudauisset. Verū Romanarum legionū in

Germa-

Germania non mediocres fuisse copias oportuit, cum Träquillus
 dicat Varū cum tribus legionibus et auxilijs in Germania cæsum.
 Vnde Variana clades dicitur: de qua Plinius in septimo: Iuxta hæc
 et Variana clades, & maiestatis eius foeda suggillatio. Strabo in
 Cheruscis hoc contigisse tradidit. Ex supradictis autem conjectura fa-
 cienda in uniuersam Romani imperij amplitudinem. Huic principi
 reges amici et socij Populi Romani singuli in suo quisque regno Cæ-
 sareas urbes condiderunt, ut autor est Träquillus, & cuncti simul
 ædæ Iouis Olympici Athenis antiquatus incohata perficere cōmu-
 ni sumptu destinauerūt, genioq; eius dedicare: ac sæpe regnis reli-
 ctis, non Romæ mō, sed prouincias peragrandi quotidiana officia
 togati, ac sine regio insigni more clientū præstiterūt. Quo qd pos-
 set honorificētiū hominī cōtingere non video, à rebus quidē huma-
 nis. Ad extremū ipse moriēs legauit Populo Romano quadringē-
 ties, tribubus tricies quinquies, id est unicuique tribui centena sester-
 tia (quinq; enim & triginta tribus erant Romanæ, ut ex Cicerone
 nouimus de lege agraria contra Rullū.) prætorianis militibus sin-
 gula millia nūmūm, cohortibus urbanis quingenos, legionarijs tri-
 cenos nūmos. Quam summā repræsentari iussit: nam & confisca-
 tam semper repositāq; habuerat: reliqua legata uarie dedit, produ-
 xiūq; quædā ad uicies sesteriūm, quibus soluēdis annuū diem finiūt:
 nec plus peruenturū ad hæredes suos q̄ millies & quingēties pro-
 fessus, quāuis uiginti proximis annis quaterdecies millies ex testa-
 mentis amicorū perceperisset: quod penè omne cū duobus paternis pa-
 trimonij, ceterisq; hæreditatibus in rem publicā absumpsiisse, au-
 tor Träquillus. Diximus supra autoritate Orosii quatuor & qua-
 draginta legionibus Augustum rem Romanā tueri instituisse, idq;
 argumētis haud leuibus credendū esse collegimus. Si plene igitur
 legiones fuerunt, id est denis cohortibus constates, quarum prima
 millenaria, reliqua quingenariae esse solebat, præter equitū alas,
 quantū numerū hominū in tot legionibus fuisse dicemus? nam eas
 non plenas fuisse sub morte Augusti C H R I S T O domino nostro
 recens

Variana cla-
des sub Au-
gusto.

Testamētū
Augusti.

recens è uirgine nato credibile non est, cum omnia penè pacata es-
sent, & in locum demortuorū succenturiari facile posset, præser-
tim sub eo principe qui rem militarem seuerissime rexit, & copia-
rum militariū breuiarium, quod & pyctaciū dicitur, apud sese ha-
buisse dicitur. Sed fuerint sanè legiones quatuor et quadraginta,
non iustæ plenæq; sed quaternū tantum milliū singulæ, ut legio-
nariorum peditiū centum et septuaginta sex millia fuerint, ut tre-
cenos nūmos singuli acceperint, hæredibus hoc legatiū centū et tri-
ginta duobus millibus pondo argenti stetit, hoc est tredecies cētenis
ac uiginti millibus aureorū: quibus si nūc addamus prætorianas &
urbanas cohortes & equitatum, nescio q̄ magna summa accessurā
sit. Legatum aut populo & tribubus factum paulominus undecies
centenis millibus ualeat: quod ad hæredes peruenit, tricies septies
centenis & quinquaginta millibus estimari debet. In uaria legata
non dubito ingentem summā absumptam: Præter cōgiaria autem
quæ supra retulimus in uita s̄epe dedisse: (nam frumentationes ter-
nas in anno quaternorū mēsiū, ne plebs frumentandi causa ab ur-
be & negotijs auocaretur, ex ærario publico institutas esse existi-
mo): præter largitiones inquam prædictas etiā opera publica plu-
rima & magnifica extruxit, in quibus priuatas propriasq; opes ab

Opera publi sumpsisse se elogio ultimo testatus est. Ex ijs præcipua sunt forum
ca ab Augu- cū & de Martis ultoris in honorē cōfecti Pharsalici belli ob ultiōne
sto extracta. cædis Cæsarianæ suscepit, quo nomine etiam nūmus percussus uisi-
tur. Aedes tonatis louis in capitolio. Tēplū Apollinis ea parte pa-
latinæ domus excitatū quā fulmine i&tā desiderari à deo aruspici-
ces pronūtiarāt: addūa porticus cū bibliotheca latina græcaq;: quo
loco iā senior s̄epe etiā senatū habuit, decuriasq; iudicū recogno-
uit. Quædā etiā opera sub nomine alieno nepotū scilicet & uxoris
sororisq; fecit, ut porticū basili cāq; Lucij & Caij. Item porticus
Liuiæ & Octauiae, theatrumq; Marcelli. Sed & cæteros prin-
ipes uiros ut profuctate quisq; uel momētis uel nouis uel refectis
& exultis Vrbē adornaret, adhortatus est, multaq; à multis ex-
tracta

tracta sunt, sicut à Martio Philippo ædes herculis musarum, à L. Cornificio ædes Dianæ, ab Afinio Pollione atrium Libertatis, à Munatio Pläco ædes Saturni, à Cornelio Balbo theatrum, à Stætilio Tauro amphitheatrum, à Marco uero Agrippa complura & egregia. Idem princeps aduersus incendia excubias nocturnas uegiliasq; committit est: ad coercendas inundationes, alueum Tyberis laxauit, ac repurgauit, cōpletum olim ruderibus & ædificiorū prolapcionibus coarctatū. Quo auiē facilius undiq; urbs adiretur, desumpta sibi Flaminia via Arimino tenuis muniēda, reliquas triū phalibus uiris ex manubiali pecunia sternēdas distribuit: ædes sacras uetustate collapsas, aut incēdio absumptas refecit, easq; et cæteras opulētissimis donis adornauit, utpote qui in cellā Capitolinā Louis sexdecim millia pondo auri gēmasq; & margaritas quingen ties festertiū una donatione contulerit, quæ omnia autore Tranquillo nouimus. Sexdecim millia pōdo auri cestimatiōe nostra (quæ est centum duodecim aureorum & semissis in singula pondo) duo deuicies centena aureorū millia ualent: & quingenties festertiū duo deuicies centena & quinquaginta millia aureorum. Cum hæc & multo plura fecisset, paulominus (ut diximus) quadragies centena millia hæredibus reliquit, cū tāta etiam legata reliquerit, cum interim (quod mireris) ærarium publicū non attigerit, quod non suum (ut pleriq; sequentiū principum,) sed populi esse uoluit. Tria enim uolumina cū testamēto suo reliquit, unū in quo mādatæ de funere suo cōplexus est, alterū in dīcē rerum à se gestarū, tertium breuiariū totius imperij, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniæ in ærario & fiscis, & uectigaliorum residuis, & eorum seruorum libertorumq; nomina à quibus ratio exigī posset, ut autor est Traquillus. Hic nescias utrū magis mirere, potētiā ne & opulentia Romani imperij hac cætate inaudita & incredibile, an principis frugalitate & diligētiā, qui tāta opa effe cere, tot sumptus tolerare, tātiisq; summis testari potuerit. Spartianus

Hadrianus.

nus autor est Hadrianū anteq̄ Antoniū Pium adoptasset: Ceioniū Cōmodum adoptasse, ob cuius adoptionē Circenses ludos dedit, & donatiū populo ac militibus. Quem consulē designatū cum mi-
nus sanū uideret s̄e p̄issime dictinabat, in caducū parietē nos inclē-
nauimus, & perdidimus quater millies seftertium quod populo &
militibus pro adoptione Cōmodi dedimus. Hæc summa à nobis cen-
ties centena millia aureū nostrorū estimatur. Is princeps cū ma-
gnificentissimus uideri uellet, & à nullo magnificētia superari, cū
Phrasmeni Iberorū regi ingentia dona dedisset, & ipse uicissim
ab eo uisenda accepisset, & inter alia auratas chlamydes, ipse irre-
dendis eius regis donis, trecentos noxios cum auratis nūidem chla-
mydibus in arenā misit cum feris depugnaturos, aut à feris lanian-
dos. Idem Spartanus alio libro de supradicto Cōmodo loquens,

**Donatiuum
Hadrinni.**

qui Aelius Verus post adoptionē dictus est: Pro eius, inquit, ado-
ptione infinitam pecuniā populo et militibus Hadrianus dedit. Sed
cum eum uideret homo argutior & gerrimae ualeudemis, ita ut scu-
tum solidius iactare non posset, dixisse fertur: ter millies perdi-
mus quod exercitui populoq; pro eo dependimus. Sed quater (ut ar-
bitror) hic ut supra legendū est. Quin & illud mirari magnoope-
re quis possit, quod Augustus testamēto suo inseruit, se uiginti an-
ni, p̄ximis quaterdecies millies ex testamentis amicorū percepisse:
quam summā non minore quinquies et tricies centenis myriadibus
aureorum coronatorū esse exstimo, hoc est trecenties & quinqua-
gies centenis millibus. Hæc enim & huiuscemodi credi non possunt
ab ijs qui Romanorum opes publicas priuatasq; animo non conce-
perunt. Quotus aut̄ quisq; intra annos octingentos concepisse di-
ci potest? Multa iam dixim⁹ de Crasso, de Pompeio, de Cæsare et
alijs permultis qui ciuile fastigiū non excesserunt. Vidimus etiam
quibus Romanorū uictorijs luxuria Asiatica admissa sit in Vrbē
& Italianam. Plinius igitur libro tricesimotertio de copia argēti lo-
quēs ita inquit: Scimus lectos mulierū iampridem totos operiri ar-
gento, et triclinia quædā, quibus argētū addidisse primus traditur

Folke

Follio eques Romanus , non ut operiret aut deliaca specie ficeret ,
 sed Punica . Idem & aureos fecit : nec multo post argentei deliacos
 imitati sunt , quae omnia expiauit bellum ciuile Syllanum . Paulo enim
 ante haec facta sunt : lancesque centenis libris argenti , quas tunc su-
 per quingentas numero Romae fuisse constat : multosque ob eas pro Laces argē-
 scriptos dolo concupiscentium . Erubescant annales qui bellum talibus te & memoria
 uitijs imputauere : nostra etas fortior fuit Claudi principatu : ser
 uis eius Drusillanus nomine rotundus , dispesator Hispaniae cne-
 rioris , quinquagenaria lacem habuit , cui fabricadæ officina prius
 exædificata fuerat , & comites eius octingetas quinquaginta octo
 librarum . Quinquagenariam in omnibus libris legitur , sed tamen Plini locutus
 quingenariam lego : sensus enim omnino ita poscit . Idem Delphinos
 quinii millibus sestertiis in libras emptos C . Cracchus habuit .
 L . uero Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cae Vasa argen-
 latos sestertiis centum : confessus tamen est nunq se ijs uti propter tea ,
 uerecundiam ausum : sicut eundem sex millibus sestertiis in libras
 uasa empta habuisse . Sestertia centu , duobus millibus & quingen-
 tis aureis a nobis estimantur . Magnificam autem estimaticem cœ-
 laturae eam etate esse oportet , quae uasa cælata in singulas libras
 senis sestertiis emeret , id est centenis & quinquagenis aureis no-
 stris . Idem libro tricesimo sexto de luxuria Romanarum etium loqui Magnificæ
 tur , quam repente inuafisse Vrbem significare uoles , Parua sunt , in ædes Ro-
 qui , cuncta quae diximus , & omnia uni comparada miraculo ante
 qua noua attingat : M . Lepido Q . Catulo &c &c . ut constat inter Pretia do-
 diligentissimos autores domus pulchrior non fuit Romæ q Lepidi morum .
 ipsius : at Hercule intra annos triginta quinq ; eadem centesimū los-
 cum non obtinuit . Cöputet nunc in hac estimatione qui uollet mar-
 morum molc , opera pictorum , impædia regalia , & cum pulcherri-
 ma laudatissimamq ; certantes centu domos , posteaq ; eas ab innume-
 rabilibus alijs in hunc diem uictas . Idem libro decimo septimo : No-
 bilitissimarum gentium ambo Crassus atq ; Domitius censurā post cō L . Crassus
 sulatum simul gessere , anno conditæ Vrbis DCLXII . frequentem orator .

iurgijs propter dissimilitudinem morū. Tunc Gn. Domitius ut erat uehemēs natura, præterea accessus odio, quod ex emulatione auidissimū est, grauit̄ increpuit tāti cēsore habere, pro domo eius millia nūmorū identidē promīt̄. At Crassus ut fr̄sens ingenio semper & faceto lepore solers, concedere se respōdit exceptis sex arboribus: at ne uno quidē denario si adimeretur, emptā uolēte Domitio, Crassus: utrū ne igitur ego sum, inquit, quēso Domiti exēplo graui, & ab ipsa cēsura mea notādus, qui in domo quae mihi hæreditate obuenit comīter habilit̄: an tu qui sex arbores aestimes? eae fuere loti, patula ramorū opacitate lasciuæ. Valerius lib. ix. Gn. Domitius L. Crasso collegæ suo altercatione orta obiecit quod colūnas Hymetias in porticu dom⁹ haberet, quē quū cōtinuo Crassus quāti ipse dom⁹ suā aestimaret, interrogaret, atq; ut respōdit sexages sestertio: quo ergo, inquit, minoris fore aestimas si decē arbūsculas inde succidero? ipse tricies sestertio inquit Domitius. Tunc ait Crassus: Vter igitur luxuriosior est, ego' ne qui decē columnas centū millibus nūmū emi, an tu qui decē arbūscularū umbrā tricies sestertiū summa cōpensas? Tricies sestertiū Omnibonus prox. x x . sestertijs intellexit cū aperte sensus refragetur. Ex his uer-

Plini⁹ locus bis Valerij intelligimus numerum in Plinio deesse. Valerius enim restituēdus. ante Plini⁹ fuit. In antiquissimo codice sic scriptū inueni. Pro domo eius HS promīt̄: quod significat sestertiū: sed numer⁹ det̄, quē numerū cū librarij uel emēdatores nō perciperēt, millia nūmorum subdiderūt. In eodē codice nō cōcedere sed addicere legitur, quod mihi placuit. Verū eas colūnas Hymetias Plin.lib. xxxvi. duobus in locis nō decē sed sex fuisse dicit. Quod si domus Crasse sexages sestertiū aestimata fuit ab inimico, ita ut ne tāti quidem Crassus addicere uoluerit, quin arbores inde tolleret, quid existimabimus de alijs quae postea factae fuerūt? Siquidem L. Crassus equalis Q. Catuli fuit, cuius paulo ante mentio facta est ex Plin. Hoc aut̄ ex uerbis Plini⁹ intelligimus in eodē xvii. Crassus, inquit, orator fuit in primis nominis Romani: domus ei magnifica sed

Sed aliquāto praeſtatiōr in eode palatio Q. Catuli qui Cimbros cū Mario fudit, multo uero pulcherrima cōſensu oīm ætate in ea colle Viminali C. Aquiliū eq̄is Romani, clarioris etiā tū iuris ciuilic ſciētia, cū tamē obiecta Crasso ſua eſt. Hactenus Plinius. Si ergo Crassus cēſor ipſe C. & L. millibus aureorū noſtrorū habitauit: (ta-
ti enim ſexagies ſeſtertiūm eſſe dico) nec tamen pulcherrimā tū ha-
buīt, & quæ tūc pulcherrima domus fuit Romæ, poſt xxxv. an-
nos cēteſimā pulchritudinis notā nō obtinuit, quantā magnificen-
tiā ædiū Romanarū luxuriæ tēpore cōcipiemus, cū nulla tā cēſura
timeretur? Is enim eſt Crassus dialogis Cicerois de oratore nobilit-
tatuſ, quē Cicero meminiſſe potuīt nō uidiffe, et qui uafa argētia
ſenis ſeſtertijs in libras empta habuit. Plutar. in Mario de domo
uel prætorio Marij loquēs circa Misenu, ad uoluptatē etiam effoe-
minaſtā cōdito: Hāc, inqt, domū Cornelia fertur v. et LXX. drach-
marū millibus emiſſe: τούτην λέγεται μυριόδων ἐπτα ὑμίους
χρυſιλός πρ' αὐτοι. Poſtea tēpore non admodū multo interlapſo
Lucius Lucullus hāc eandē quingentis drachmarū millibus emit
et ducētis prætereā: χρόνος δὲ πάντα πολλοῦ γενομένος, λεύκιος λεύ-
χραλος ἀνεῖται μυριόδων πεντήκοντα καὶ διακοσίων. οὐτω ταχ-
εις ἀνέδηρομεν ἡ πολυτίλαξ. Vſq, adeo celeriter luxuria excurrīt.
Posterior ſumma L. millibus aureorū coronatorū ualuit & paulo
plus: cū prior non maior fuerit ſep̄e mill. et quingenti. Cicero aut̄
nō minoris quinquaginta millibus aureorū coronatorū habitauit:
Cellius libro undecimo: Cicero cum emere uellet in palatio domū,
& pecuniam impræſens non haberet, à Publio Sylla qui tum reu-
erat mutuo ſeſtertiūm uicies tacite accepit: ea reſtame priuq eme-
ret prodita in uulgu exiuit, obiectūq; ei eſt quod pecuniā domus
emendæ cauſa à reo accepisſet. Tū Cicero inopinata opprobratio
ne permotus, accepisse ſe negauit, ac domū quoq; ſe emptiurū nega-
uit: atq; adeo, inquit, uerum fit accepisse me pecuniā ſi domū eme-
ro. Sed cum poſtea emiſſet, & hoc mendacium in ſenatu ei ab ini-
micis obijceretur, rifiſit ſatis, atq; inter ridendum: ignoratis, inquit,

Ciceronis
domus.

prudētis & cauti patris familiās esse quod emere uelit, empturum
 sese negare propter cōpetitores emptionis? Hactenus Gellius. Tan
 ti aut̄ estimatā fuisse senatus etiā decreto Cicero ipse testis est scri
 bēs ad Atticū libro quarto, et de euētu actionis eius loquēs quā pro
 domo sua habuit, quae hodie inter alias orationes extat: Secuta est
 (inquit) contētiō de domo. Diximus apud pōtifices, acta res est ac
 curate à nobis, et si unq̄ in dicēdo fuimus aliquid, tū profecto dolo
 ris magnitudo uim quandā nobis dicēdi dedit. Senatus cōsul factū
 est, id quod ad te misi, nobis superficiem ædium cōsules de consilijs
 sentētia cōstimarunt seftertium uicies, cetera in re ualde liberali
 ter. Tusculanā uillā quingētis millibus. Formianū seftter. ducentis
 quinquaginta millibus: quæ cōstimatione nō modo uehemēter ab optī
 mo quoq; sed etiā à plebe reprehēditur. Dices quid causæ fūn: di
 cū illi quidē pudorē meū, quid neq; negārim, neq; uehemētius po
 stulārim. Sed nō est id:nā hoc quidē etiā profuisset. Verū ijdē mi
 tne Pōponi, ijdē inquā illi quos ne tu quidē ignoras, qui mihi pē
 nas incenderāt, nolūt easdē renasci. His uerbis apparet domus su
 perficie uicies seftertium Ciceroni cōstimatione etiā ab ijs hominibus
 qui Ciceronē crescere nolebāt. Ea aut̄ cōstimatione facta est propter
 P. Clodiū qui plebiscito obtinuerat cū tribunus plebis effet ut Cice
 ro in exiliū pelleretur, & bona eius publicarētur: quo facto distur
 bāda ædifica & ad solū diruēda curauit. Cicero aut̄ reuersus ob
 tinuit ut publice dānum illud sarciretur. Huic cōstimationi fidē fa
 cū Salustius in inuestiua oratione quā in Ciceronē habuit his uer
 bis: Domū ipsam tuā ui & rapinis funestā tibi ac tuis cōparasti, ui
 delicit ut nos cōmonefacias q̄ cōuersa respublica sit, cū in ea domo
 habitāris homo flagitiosiss:me, quæ P. Crassi uiri clarissimi fuit.
 Et post paulū ita subdit: Sed ut opinor illa te magis extollunt quæ
 post consulatiū cū uxore de republica cōsulisti: cū legis Plauci
 iudicia domi faciebat, ex cōjuratis alios pecuniæ condemnabas,
 cū tibi alius Tusculanā, alius Pōpeianam uillā ædificabat, alius do
 mū emebat: qui uero nihil poterat, hic erat calumniæ proximus: hic

oppo-

oppugnatū domū tuā uenerat, aut insidias senatui fecerat: deniq; de eo tibi cōpertū erat. Quæ si tibi falsa obijcio, redde rationē quā tum patrimonij acceperis, quid tibi lñibus accreuerit, qua ex pecunia domū paraueris, Tusculanū & Pōpeianū infinito sumptu exæ dificaueris: aut si retices, cui dubiū potest esse, quin opulentia istā ex sanguine & miserijs ciuiū paraueris? Ex his uerbis satis apparet uicies seftertiū magnā pecuniā fuisse: nec immerito Ciceronē conquestū apud Atticū, quod Tusculanū suū & dificiū quinḡctis seftertijs estimatum esset, quæ nos duodecim millia & quinḡtos au reos esse dicimus. Salustius enim infinito sumptu & dificatu esse obiecit. Blōdus libro nono Romæ triūphantis, in quo libro urbis Romæ Romanorūq; magnificentia diligenter magis q; docte ostendisse uidetur, ait obseruasse in epistolis Ciceronis Ciceronē uillas duo deuiginti numero habuisse, in queis præcipuas Tusculanā, Formia nam, Arpinatē, Ancanā, & Pōpeianā: quas tamē eum simul posse disse nō credo, nec ipse Blondus affirmat. Cicero in oratione pro M. Cælio: Sumptus unius generis obiectus est habitationis, xxx. Sestertia millibus dixisti eu habitare. Ex hoc loco conijci potest magnā esse pecuniā xxx. seftertia: & præterea exemplum habemus quanti dominus locarentur anniuersaria mercede. xxx. seftertia ego septinḡtos quinquaginta aureos nostros esse dico. Ipse in oratione pro domo sua quodā in loco ita inquit: Nihil erat latum de me: nō adesse erā iussus: nō citatus affuerā: erā etiā tuo iudicio ciuis incolumis: cuius domus in Palatio, uilla in Tusculano, altera ad alterū consule irāferebatur: senat⁹ cōsules uocabat: colūnæ marmoreæ ex ædi bus meis inspectate Populo Romano ad socerū cōsulis portabātur. Sed emēdandus locus in quinto epistolarū, ubi ad P. Sestiū scribēs ita inquit: Ego tua gratulatione comotus, quod ad me pridem scri pseras uelle te bene euenire quod de Crasso domū emissem. Emi eā ipsam domū millibus nūmūm xxxv. aliquāto post tuā gratulatio nem. Itaq; nūc me sc̄io tantū habere æris alieni ut cupiā cōiurare & quinq; recipiat. Huiuscmodi mēda est in xi. in epistola Decimi Cic. locu.

Bruti ad Ciceronem: Cum ad rem publicā liberandam accessi mihi fuit seftertiūm quatuor millibus amplius, septem legionū numerum alio: qua difficultate, tu arbūrare. Verū illic tricies quinquies seftertiūm legendum puto. Si enim superficies uicies estimata est, potuit area quindecies addere ad pretium. Huiusmodi aedificia damnosa ambitione exaedificata taxans Salustius in Catilina ita inquit: Operæ pretium est cum domos atq; uillas cognouerit in urbium modum aedificatas, uisere templa deorum quæ nostri maiores religiosissimi mortales fecrē. Ciceronem autem tanti domum emere potuisse argumentum est id quod ipse in secunda Antoniana dicit: Hæreditatem mihi negasti obuenisse: utinam hoc tuum uerum crimen esset. Ego enim amplius seftertiūm ducēties acceptum hæreditatibus rettuli: quanquam in hoc genere fateor feliciorem esse te: me nemo nisi amicus fecit hæredē: ut cum illo cōmodo quod erat, animi quidam dolor iungeretur: te is quem nunquam uidisti L. Rubrius Cassinās fecit hæredem. Quibus uerbis Antonium ut testamentarium taxat. Quanta autem sit pecunia ducentes seftertiūm ex eo coniūciendum relinquitur quod Cornelius Nepos in uita Pomponij Attici scribit his uerbis: Habebat auūculum Cæciliū equitem R.o. familiarē L. Luculli: diuitiē, difficillima natura: cuius sic asperitate ueritus est, ut quē nemo ferre posset, huius sine offensione retinuerūt benevolentia: quo facto tulit pietatis fructū. Cæcilius enim moriens testamento adoptauit eum, fecitq; hæredē ex dōdrante: ex qua hæreditate accepit circiter centies seftertiūm. Et infra: Cum tanta inquit pecuniae facta esset accessio, nihil de quotidiano uictu mutauit, nihil de uitæ consuetudine: tantaq; usus est moderatione, ut neq; in seftertiūm uicis quod à patre acceperat, parum se splendide gesserit, neq; in seftertiūm centies affluentius uixerit quam instituerat, pariq; fastigio steterit in utraq; fortuna: nullos habuerit hortos, nullam suburbanā aut maritimam sumptuosam uillam, neq; in Italia, præter Ardeatinum & Nomentanum rusticū prædiū: omnisq; eius pecuniae redditus costabat in epē roticis

roticis & urbanis possessionibus: ex quo cognosci potest eū usum pecuniae nō magnitudine, sed ratione metiri solū. Hic est Pōponius Atticus Ciceronis familiarissimus, ita ut Quintus frater ei charior nō fuerit: cui rei (ut eiusdē Cornelij uerbis loquar) indicio sunt uolumina multa epistolarū à consulatu eius usq; ad extremum tempus ad Atticum missarū: quæ qui legerit, non multū desiderabit historiā contextā eorum temporum. Qui Ciceroni in omnibus eius particulis singularem fidē præbuit. Cui ex patria fugienti sestertia ducenta et quinquaginta donauit, quæ nos sex millibus & ducentis quinquaginta aureis nostris æstimamus. Ex predictis luculentum mihi documentū sumi posse usum est ad ea quæ agimus intelligenda: Si enim eques Ro. splendide uixit in uicies sestertiū, ita ut in prediorum tantū fructu nō etiā fœnore redditū pecuniae cōstitueret, oportet oīno magnā fuisse pecuniā uicies sestertiū, præsertim cū is una donatione in Ciceronē tantā pecuniā contulerit. Eode pertinet id quod ab eodem autore dicitur: Nec id (inquit) præteribo, q̄q; leue usum iri putē: cum in primis laetus esset eques Ro. & non parū liberaliter domiū suam omniū ordinū hoīes inuitaret, scimus non amplius q̄ terna millia æris peræque in singulos mēses ex ephemerede eū exp̄sum sumptui ferre solitū: atq; hoc nō auditū sed cognitū prædicamus, sepe enim propter familiaritatē domesticis rebus interfuiimus. Terna millia æris, millenos ac ducentos sestertios nū mos ualent. i.e. nostro triginta aureos. Sic in dies singulos Pōponius aureū unū nostrū in sumptu domestico imp̄debat: quod intellico de pulmentario sumptu: q̄ppe elegas ille fuisse dicitur, & si nō magnificus: splēdidus, eis nō sumptuosus: usus est enim (ut inq̄t idē Cornelius) familia, si utilitate iudicandū est, optima: si forma, uix mediocri: nanq; in ea erant pueri literatissimi anagnostæ, optimi & plurimi librarij, ut ne pedissequus quidem quisquam esset qui nō utrumq; horum pulchre facere posset: pari modo artifices cæteri quos cultus domesticus desiderat apprime boni. Anagnostas Cornelius appellat pueros legēdi peritos, quibus Pōponius super cōni-

uium utebatur, ut pleriq; Romanorū : Nemo (inquit) in eius con-
uiuio aliud acroama q̄ anagnostē audiuit. Verū ex supradictis ap-
paret fructuosam Ciceroni atq; etiā auriferā eloquentiam fuisse;
Caput Cice
tonis quanti
estimatū sit.
omnes enim artes olim magno cū splendore exercebātur. Nō omittā-
tendū illud, quod caput amputatū parēti eloquētiæ Romanæ, deci-
es sefertū ab Antonio triumuo estimatū est, id est quinq; &
uiginti millibus aureorū nostrorū: autore enim Appianū habemus
in IIII. Ciuitā bel. qui ducenta & quinquaginta millia drachma-
rum Popilio Lænæ pro capite Ciceronis Antoniū dedisse scripsit:
tanti caput eloquētiæ ab inimico estimatū est. Diximus supra Iso-
cratem dicendi præceptorē orationē unam talentis uiginti uendidi-
sse. Theombrotū medicū, Antiochū regem talētis centū sanasse.
Appelle pictorem sed literarū peritū Alexādrum regem uiginti
auri talentis pinxit, quāti hodie ducatus non mediocris emi pos-
sit. Singula enim talenta auri nō minus senis millibus septingenis
& quinquagenis solatis nostris ualuerunt. Aristoteles Speusippi
pauculos libros tribus talentis emit, ut autor est Gellius. Quāti igi-
tur emptos existimamus libros Aristotelis & Theophrasti, quos
Strabo libro XIII. ab Appellicone Teio magno argento redēptos
esse tradidit, tineis iam & situ corruptos: ut qui iandiu in terram
obruti fuerant. Plinius auunculus collectanea sua quadringētis se-
stertijs uendere noluit, ut autor est Plinius Iunior. li. III. episto-
larū his uerbis: Perire enim omne tēpus arbitrabatur quod studijs
noh impertiretur. Hac intētione tot ista uolumina peregit, electo-
rumq; cōmentarios C. x. mihi reliquit, opistographos quidē & mi-

Quāti Plini
us cōmentari
os suos uede-
re potuit.

nuitissime scriptos: qua ratione multiplicatur hic numerus. Refe-
rebat ipse potuisse se cum procuraret in Hispania, uendere hos cō-
mentarios Largio Licinio CCCC. millibus nummū: & tunc ali-
quanto pauciores erant. Quis nunc regū emere bibliothecā cōfer-
tissimā decem aureorū millibus uelit? quāti à Plinio ciuis unus prē-
uatus regeſta quædā extemporanea licitari ausus est? & Plinius
tamen tanti addicere noluit. Pliniū autē luniore diuinē fuisse mul-
ta eius

ta eius epistolarū loca declarant. Iam primū in VII. epistolarū ad Diuinæ Pli-
 Coreliā scribens ita inquit: Tu quidē honestissime, quod tam im-
 pense & rogas & exigis, ut accipi à te iubeā pretiū agrorū nō ex
 septingentis millibus, quanti illos à liberto meo, sed ex nongentis,
 quanti à publicanis pariē uigesimā emisti. Inuicem ego & rogo &
 exigo ut non solū quid te, uerū etiā quid me deceat aspicias. Et ex
 his uerbis & ex epistola paulo superiore quā ad Fabatū scribit, ap-
 paret eum ducēta millia nūmū pro accessione pretij contēpsisse,
 emptrice etiā hoc petēte: ne ratum non habere uideretur quod à li-
 berto suo gestū erat. Idem ad Caniniū. Equidē cōmodius nihil inue-
 nio q̄ quod ipse feci: nam pro quingentis millibus nūmū, quæ in
 alimenta ingenuorū ingenuarūq; promiserā, agrum ex meis longe
 pluris actori publico publice mācipauī, eundē uectigallī imposito re-
 cepi, tricena annua millia daturus: per hoc enim et reipublicæ fors
 in tuto, nec redditus incertus, & ipse ager propter id quod uecti-
 galī longe supercurrit, semper dominum à quo exerceatur inuenī
 et. Ex his uerbis apparet Pliniū patriæ suæ donasse annua sester-
 tia tricena: quæ à nobis septingentis & quinquaginta aureis æsti-
 mantur, pro quingentis sestertijs in numerato, quæ pollicitatione
 patriæ facta debebat, id est duodecim millibus & quingentis aure-
 is: qua ratione paulo plus sedecim millibus & quingentis singula
 millia annua æstimauit. Idem libro v. Saturninus qui nos reliquit
 hæredes, quadrantem reipublicæ nostræ, deinde pro quadrante
 præceptionem quadringentorū millium dedit. Hoc si ius aspicias,
 irriūm: si defuncti uoluntate, ratum et firmū est: mihi aut̄ defun-
 cti uolūtas antiquior iure est: utiq; in eo quod ad communē patriæ
 uoluit peruenire. An cui de meo sestertiū decies cōtuli, huic qua-
 dringentorū millium paulo amplius tertia partē ex aduentū de-
 negem? His uerbis significat decies centena millia nummū reipu-
 blicæ suæ antea dedisse, & tū quadringenta millia condonare per
 præceptionem à se hærede relista, quæ stricto iure cogi non pos-
 set soluere: quæ duæ summæ xxxv, millia aureorum nostrorū
 r 5 ualent.

ualent. Apud eundem epistola quarta ad Trajanum liberalitatem
sestertiij quadringentis pro quadrages legitur. Magna enim esse
pecunia ex eo ostenditur, quod epistola alia ad eundem legitur: Thea
trū domine Nicae maxima iā parte constructū, imperfectū tamē,
sestertiū ut audio amplius ceteris haesit. Seruius grāmaticus autor
est Virgilium poētā tres libros Aeneidis suæ Augusto recitasse,
secundū, quartū & sextum: sed sextum maxime ob Octauia Augu-
sti sorore Marcelli matrem, quē Marcellum Augustus sibi adopta-
uerat, qui perij anno decimoctavo ualeudine corruptus. Hęc igit
tur Octavia cū recitatiōi interesset, & Virgilius ad carmina illa
uenisset circa finem sexti libri quae Marcelli luctum describunt, de-
fecisse animo illa dicitur cum ad illud uentum est:

Heu miserande puer si qua fata aspera rumpas
Tu Marcellus eris. —

Aurei Virgi
liani uersus Census Ma
ronis. Ambitus Ro
mæ ingēs fu
it ob cōmoda
magistratuū

Aegre aut refocillata Octavia silēiū Virgilio imperasse dicitur,
& dena sestertia pro singulis ueribus dari iussisse, q̄ numero sunt
unus & uiginti. Quod si est uerum, Virgilius paucis ueribus su-
pra quinq; millia aureorū meruit. De hoc poeta inquit Seruius aut
quicq; fuit q̄ eius uia scripsit: Bona aut cuius dā exulanis non su-
stinet accipere: possedit prop̄ ceteris sestertiū ex liberalitatibus
amicorū, habuitq; domū Romæ in Esquilijs, q̄q secessu Campaniæ
Siciliæq; plurimū ueteretur. Quæcūq; ab Augusto petijt, repulsam
nunq; tulit: parentibus quotannis aurū ad abundantem aliū mitte-
bat: quos iā grandis amisit. Haeredem aut fecit ex quadrāte Augu-
stum. Centies sestertiū ducenta quinquaginta aureorum millia
ualet. Quare nō frustra Iuuinalis eius meminit ut copiosi in Saty.
septima. Qui autem diligenter reputauerit cōmoda magistratuū
non modo in prouincijs sed etiam in Vrbe, is non mirabitur, tā di-
uines quosdam fuisse. Argumentum eius rei ingēs mihi uidetur am-
bitus Romæ flagrantissimus: Cuius unū exemplum sat erit ex Ci-
ceronis sumere libro secundo epistolarum ad Quintum fratrem.
Sic enim scribit: Ambitus redijt immanis: nunquam fuit par: nō di-

eo hyperbolas: uel seftertiū m centies constituant in prærogatiā
 pronuntiare. Res ardet inuidia: tribunitij candidati compromise-
 runt seftertijs CCCC. in singulos apud M. Catonem depositis pete-
 re eius arbitratu: ut qui contra fecisset, ab eo condemnaretur. Hic
 locus in impressis pri dē libris corruptissime legebatur, in quibus eti-
 am numerus sefteriorum deerat: in recens impressis, ne restitutus
 quidē satis est: quare à me citari integer non potuit. Male tamē se-
 fter. CCCC. legi ex eo apparet quod idē Cicero libro quarto ad At-
 ticum ita scribit de his comitijs loquens: Sequere nunc me in cam-
 pum: ardet ambitus. Foenus ex triente idibus Quintil. factū erat
 bessibus. Et post aliquot uerbis: Pompeius fremit. Queritur. Scau-
 ro studet. Sed utrū fronte an mēte, dubitatur: exoche in nullo est:
 pecunia oīm dignitatē exæquat. Messala languet, nō quo aīus desit
 aut amicis careat. Sed coitio C O S. & Pompeius obsunt. Candida-
 ti iurarunt se arbitrio Catōis perituros. Apud eum seftertia quin-
 gena deposuerunt: ut qui à Catone damnatus esset, id perderet, &
 cōpetitoribus tribueretur. Si locus hic nō madosus est, supra quin-
 gentis uel quingenis potius, legi debet. Cui patri autoritas Plutar-
 chi non latini facti, sed græcis suffragatur his uerbis: ἐλοξεν οὖν ὁν
 ζης τὸν ἀρχὴν μετοῦσι εἰς ταῦτα συνελθοῦσι, πρότερον βαλέος προ-
 χμῶν ἔκρεσον ἀρπιπίου σίχαι πλύνηται μυριάδας, ἔτοι μετέ-
 ντι τὸν ἀρχὴν πάντας ὀρθῶς καὶ πλήρως. Duodecim myriades et
 quingentæ drachmæ quingēta millia nūmūm ualent, sicq; summa
 quadrat ad nummum. Hanc historiā tetigimus Plini. in præfatione:
 Cn apd Catone(ingt)ambitus hostē, & repulsis tāq; honoribus in
 eptis gaudentē pecunias flagratis comitijs deponerent cädidati,
 hoc se facere pro innocentia (quod in rebus humanis summū esset)
 profitebantur. Verū enī muero ex uerbis Ciceronis apparet, animo
 sum illū fuisse ambitum, cum in tribū prærogatiā centies sefteri-
 um pronuntiare candidati non dubitarēt. Opportuit enim propor-
 tione & alijs tribubus aliqd diuidi que numero quinq; & trigesimā
 erant: aut certe tot tribubus que ad renuntiationem magistratus
 suffit

sufficerent. Hoc ne falsum putetur tāetsi creditū difficile, Cicera p̄fatiuncula fidem sibi pr̄struit: Non dico, inquit, hyperbolas uel hyperbolās hoc est hyperbolice, utroq; enim modo legitur. Argumentum etiā ingētiū summē est quod Cicero ambitū fōenus intendisse dicit, & dimidio maius fecisse, hoc est ex triente bessale. Diximus in pr̄cedētibus, moris fuisse apud Romanos, ut ædiles & alij magistratus ludos uel munera magnifica faceret & ederet in theatro uel circō uel amphitheatro, quasi populo uniuersam quādam mercede soluentes ob lata suffragia. Deditus & magnificētiæ exempla, indicia omnino ualida ad eam rem quā nunc ago cōficiendam. Oportet enim magna fuisse cōmoda eius honoris qui tā

Potestas contiāetimetur. Nunc quanta fuerit potestas imperatorū in bello, & fulū, & pr̄e proconsulū pr̄torumq; in prouincijs suis, demonstrandū est. torū Romānorū, qui duū loquens à Pompeio certis finib⁹ terminatis, ita inquit: οὐτερού etores erant οἱ τρίτην ἡμισαίων ὑγειόντες ἀλλούς καὶ ἀλλούς ἐπόιοσσον μερισμὸν, βασιλίας τε καὶ διυκάσις καθισάντες. καὶ πόλεις τὰς μῆτρὰς ἀλευθεροῦντες, τὰς δὲ ἐρχεπιστούτις διυκάσις. τὰς δὲ ὑπὸ τῷ δίδυμῳ τρίτῃ ἡμισαίων ἐῶντες. Post ea autē Romanorū duces alias atq; alias contributiones fecerunt, reges & dynastas constituētes; ciuitatumq; partim immunitate donarunt, partim potētitibus attribuerunt, partim etiā sub diuīone Romana reliquerūt. Ex his uerbis intelligimus nō modo Pompeium post Ponticam uictoriām hoc iuriū usurpare, sed etiā alios imperatores pro arbūrio suo statuere solitos de ijs prouincijs quas armis domuerant. Exemplū eius rei luculentum est eodem libro. De quadā enim regione loquēs campi & feraci & pecore copiosa, ita inquit: Huius regionis partem

Deiotarus. Amasini obtinēt, partē Pompeius Deiotaro dedit, ut Pharnaciæ & Trapezuntiæ adiacētia usq; in Colchidem & minorē Armeniam; horumq; locorū regem eū creauit, cū alias haberet hēreditāriam à patre tētrarchiam Galatarū qui Tolistobogi dicūtur. καὶ ζύτων ἀπέσθητεν οὐντὸν βασιλίας, ἔχοντα καὶ τὰ παρόφαν τελορ-

χιον: regem, inquit, horū eum creauit. Hic idem Pompeius Tigre
 nem Armenie regem potētissimū, sed uictoria Pompeij fractum,
 ad se ueniētem & diadema suum ad pedes eius demittentem, genē
 busq; aduolutū diadema uel tiaram regiā resumere iussit, & in sel
 la regia sedere, multa sex milliū talentū ob culpam atq; iniūta
 tem irrogata, ut Plutarchus autor est, ut Appianus, sex millibus ta
 lentū ab eo dono acceptis. Strabo rursus post aliquot chartas de
 Commanis Pōnicis loquēs, quod sacerdotium Dianæ dicatū erat:
 πάρολος ἀντί πόμπηι Θεῷ θεοῖσιν αρχέλαον ἐπίστοτεν ιε-
 ρά, καὶ προσώριστεν αὐτῷ χώραν θεοῖσιν κύκλῳ. Κύκλῳ οὐδὲ
 ξένη γνωται σάλιοι πρὸς τῷ ιερῷ, προσάρξας τοῖς ιεροῦσι πειθαρχί-
 ον τοῖς. Accepto autem imperio Pompeius Archelaum sacerdotio
 praefecit, & regionem ei attribuit duorum schoenorū in circuitu,
 quæ sexaginta sunt stadia sacram urbem ambiētia: iussūq; eius am
 bitus incolas imperio eius parere. Quale aut fuerit aut quā locu
 ples sacerdotium ex eo intelligitur quod idem autor ait his uerbis:
 Regum Ponticorum tempore diebus festis qui Dianæ sacri erat,
 sacerdos Commanorū diadema regium gestabat, & secundum re
 gem honori habebatur. Commana autem imperio eius suberat cum
 sacrī seruis qui Hieroduli dicebantur, numero non pauciores sex
 millibus, in quos omnifariam potestatem habebat, præterquā eos
 uendēdi. Cicero autem hoc docet in lege agraria contra Rullum,
 cum dicit: non licere dēcemuiris à populo creatis statuere de agro
 Pontico & Mithridatico à Pompeio capto: Ita' ne uero, inquit, hos
 agros regios Mithridatis, qui in Paphlagonia, qui in Ponto, qui in
 Cappadocia fuerūt, cum adhuc imperator in bello ueretur, in lo-
 cis autem illis etiam nunc bellū nomen reliquum sit, eos agros quorū
 adhuc penes Gn. Pompeium omne iudicium & potestas more ma-
 iorum debet esse, deceuiri uendent. Eodem pertinent ea quæ apud
 Lucanum Pompeius ipse gloriatur in secundo Pharsaliæ, cum au-
 xilia undiq; euocanda differit, filio ob id allegato. Hoc tamen uerū
 est quod ea quæ ab his imperatoribus statuebantur necesse erat se-
 natuſcō-

Sacerdotiū
optimum in
Ponto.

Hieroduli

natus consulto cōfirmari, id quid eodē in loco Strabo docet his ueris: Μιαρπολεμίσος δὲ ἡ ἐπανελθὼν ὄικοισι, Πέρικλου ὥστε τὰς πηδὸς ἀσύντεχοῦ λεύκων τῷ ποντικῷ ποιήματα κυρώσαι τὸν σύγκλιτον. Confecto autē bello Romā reuersus Pompeius, peruicit ne ea præmia quæ Lucullus quibusdā Ponticis primoribus pollicitus fuerat, à senatu cōfirmarentur. οὐδέποτε δὲ τοῖναι καὶ τοῖναι τῷ αἰλου τὸν πόλεμον, τὰ βραβεῖα ἐπ' αἴλλῳ γενέσθαι, τὰ τῷ αριστείων Διοκομίν. Iniquum enim esse bello eo ab alio confecto, in alterius arbitrio belli præmia, et decorū militariū collationē manere. Nemo autē ignorat Pōticū bellū Lucullū bona ex parte gestissē, sed cū ei Pōpeius ante diē successisset, cōficerē nō potuisse. Et Pompeium ex rebus gestis Luculli triūphasse fortunæ iniquitate, quæ Lucullū summo fauore euectū repete destituit, ut uidere est Plutarchum in Lucullo legētibus. Causam tamen præbuit Cicero qui orationē pro Pōpeio habuit ad populū cum præturā ipse gereret,

Lucullus. quæ oratio pro lege Manilia inscribitur. Ob hoc Lucullus reipublēcæ infensus in ocio se cōtulit, singulariūq; lauitūia & splēdore sumptuū uīnā pōmē uiuēdi amoenitatē traduxit, ex ea ipse prouincia summis opibus auctus: cū tamen triumphi sui die aureū simulachrum Mithridatis sex pedū lōgitudinis, clypeūq; gēmis cōsertū, cū imma-

Cicero prouinciam depositū. ni summa auri & argēti facti signatiq; in ærariū intulisset. Cicero in Pisonē præclari facinoris loco ponit quod prouincia cōtempserit: Ego Antoniū, inquit, collegā cupidū prouinciae, multa in rē publicā molientē, patiētia atq; obsequio meo mitigaui: Ego prouinciam Galliā senatus autoritate exercitu & pecunia instructā & ornata quā cū Antonio cōmunicauī, quod ita existimabā tēpora reē publicae ferre, in cōcionē depositū reclamāte Po. R.o. Idē cū prouincia Ciliciā obtineret, ad Atticum scribens de uitæ suæ integritate: Ipse inquit in Asiā profectus sum Tharso nonis Ianuarijs: Nō me Hercule dici potest qua admiratione Ciliciæ ciuitatū, maximeq; Tharsenium. Postea uero q; Taurū trāsgressus sum, mirifica expēstatio Asiæ nostrarum dīœcesum, quæ sex mensibus imperij mej nullæ

nullas meas acceperat literas, nūq hospitē uiderat. Illud autē tēpus ante me fuerat in hoc quæstu: ciuitates locupletes ne in hibernis mē lites reciperet, magnas pecunias dabāt. Cyprīj talēta Attica c.c. Cōmoda mē qua ex insula (nō hyperbolicos loquor) nūmus nullus me obtinente erogabitur: ob hæc beneficia quibus illi obstupescūt nullos honores mihi nisi uerborū decerni sīno. Si hic numer⁹ c.c. talēta uere apud prouincij.

Ciceronē legitur, (ut uere legi puto,) c. & xx. millia aureorum nostrorū eo nomine lucrifacere potuit si famā contēpsisset. Opule tam autē Cyprū olim fuisse ex eo cōiūcimus, quod Ptolemæo Cyprī rege cōfiscato, Cato qui Clodij factione ad colligendā eius ga-

Zam allegatus est, paulominus septē millia talētū Romā depor-

tauit ex auctione gaza, ut autor est Plutarchus: Τοῦ δὲ κάτων οὐ

ρύχοι οἴδη ὁργυρίου τοέλαντοι μικρὸν ἐπτοκηχιλίων ἀποδέονται: q̄q maior ob id pecunia fuisse uidetur, quod Cato aliquando in altercatione Pompeio obiecit se ex Cypro plus auri atq; argenti nullo exercitu detulisse, q̄ Pompeius ex omnibus triumphis cōcussisse ter-

rārum orbe, ipse instructus ingentibus copijs intulisset in ærariūz quo tempore Cyprus in prouincia prætoriam redacta est factio-

ne eiusdem Publij Clodij Pulchri Ptolemæo infensi ob negatam ei pecuniam ad redemptionis pretium cum à piratis interceptus esset: quæ història à Strabōe narratur in fine libri decimiquartii.

Idem Cicero pro lege Manilia: Difficile est dictu Quirites quan-
to in odio simus apud exteras nationes proptereorū quos ad eas hoc
anno cum imperio misimus, iniurias ac libidines. Quod enim fa-
num putatis in illis terris uestris magistratibus religiosum? quam
ciuitatem sanctam? quam domum satis clausam ac munitam fui-
sse? Vrbes iam locupletes & copiose requiruntur, quibus causa bel-
li propriè diripiendi cupiditatē inferatur. Idem Pisoni obiecit
quod perfidiam trecentis talentis uendidisset, his uerbis: Idem'
que tu Rabocentum Bessicæ gentis principem, quum trecentis
talentis regi Cotto uendidisses, securi percussisti, cum ille
ad te legatus in castra uenisset, & tibi magna præsidia & au-

Cōmoda mē
gistratum
Romanorū i
prouincij.

Cypria ga-
za publica-
ta,

xilia à Beſſis equinū peditūq; polliceretur. Et paulo inferius: Nō
ne ſeſtertūm centies & octogies quod quaſi uafarij nomine in ue
ditioне mei capitiſ ascripſeras, ex ærario tibi attributū Romæ in
quæſtu reliquiſti? Nonne cū ducenta talenta tibi Apolloniatæ Ro
mæ dediſſent, ne pecunias creditas ſoluerent, uliro Suffidiū equi
tem Romanū hominē ornatissimū, creditorib⁹ ſuis addi
xiſti. Vasariū Cicero appellat id quod publice dabatur magistra
tibus, ut muli, equi & uafa, et reliqua quæ magistratus instrumētū
impleret, id quod patet ex eo quod iđe dicit in lege agraria cōtra
Rullū, de deceūiris loquens, quos Rullus creandos eſſe censuerat
ad agros diuidendos diuendendosq; per prouincias: Dat (inquit)
potestatē uerbo prætoriā, reuera regiā: definit in quinqueñium,
facit ſempiternā: tātis enim cōfirmat opib⁹ et copijs, ut iniurias erē
pi nullo modo poſſit. Deinde ornat apparitoribus, ſcribis, librari
bus, præconibus, architectis: præterea mulis, tabernaculis, cēturijs,
ſupelleſtili: ſumptū haurit ex ærario, ſuppediat à ſocijs. Intelligē
mus ergo uafarij nomine pecunia publice dari ſolitam magistrati
bus euntibus in prouincias ex qua ſibi neceſſaria compararent, id
quod poſtea Auguſti tēpore ſenatus conſulto conſtitutū eſt. Trāq.
in Auguſto: Autor & aliarū rerum fuit, in queis, Ne acta ſenatus
publicarentur: Ne magistratus de poſito honore ſtatim in prouinci
as mitterentur: Ut proconsulibus ad mulos et tabernacula quæ pu
blice locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur. Meminiſt eius
moris Cicero in quinta in Verrē actione: & Lampridius in Ale
xandro hiſ uerbiſ: Iudices cū promoueret exēplo ueterū ut & Ci
cero docet, et argēto et neceſſarijs inſtruebat, ita ut præſides pro
uinciarū acciperet argenti pondo uicena, mulos et equos binos, ue
ſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aure
os cētenos, coquos ſingulos, et ſi uxores non haberent, ſingulas con
cubinas, quòd ſine ijs eſſe non poſſint: reddituri de poſita admini
ſtratione mulas, mulos, equos, muliones & coquos: cætera ſibi habē
turi, ſi bene geſiſſent. Sed illa fuit priſcæ ſeuernatis imitat̄, quæ
lis in

lis in legibus sumptuarijs intelligitur, de quibus infra dicturi sumus. Cicero igitur Pisoni obijcū quōd eo tempore quo Cicero exilio multatus fuit, Piso et Gabinius prouinciarū pactione cum Clodio Pulchro tribunoplebis Ciceronis inimico conspirarint: sicq; factum ut per tribunum plebis prouincias obtinuerint: Gabinius Syriam, Piso macedoniā, & Pisoni centies et octogies festertiū usarij nomine decretū sit, si uerus est numerus, quā totam pecuniā fœnore Romæ occupauit: que non minor fuit quadringentis & quinquaginta nullibus aureorū nostrorū: Sunt & alia nomina pecuniae imperande ciuitatibus, quā magistratus in rem suam uertebant, quae Cicero eadem in oratione in Pisonem persequitur: Quē modus, inquit, tibi fui frumenti aestimandi? qui honorarij? si quidē potest uia et metu exortum honorariū nominari; quod cum per eque omnes tum acerbissime Boeotij & Byzantij Cheroneſes, Thessalonica ſenſit. Frumentum aestimādum intelligo id frumētum quod in cellam prætoriū uel cōſulii imperatur: Pro quo pecuniā imperabat quātam collibuerat. Honorariū appello quod Græci ἐποδιον et ēi- Honorarium Coloy, id est xenium aduentum quod datur ingredienti quāq; ur- ifodion et ifa- bēm magistratui, ut hodie principibus nostris cū primū urbes pom- dos, patice ingrediuntur. Sequitur in eadem oratione: Mitto aurū co- ronarium quod te diutissime torſit: cum modo uelles, modo nolles. Lex enim generi tui & decerni, & te accipere uetabat niſi decreto triumpho. His accedit quōd Romani imperatores ciuitatem Ro- manā dare poterant, ut autor est idē Cicero in oratione pro Cor- nelio Balbo his uerbis: Audebo etiam hoc contēdere, nunq; esse con- demnatū quem constaret ab imperatore nostro ciuitate donatū. His igitur & huiuscemodi causis Romani senatorēs ditescere in immensum poterant. Augusti autē tempore mirū in modum auctū est fastigium Romanū non modo publicum, sed etiam priuatū, li- cet luxus uitæ diminutus effet, exemplū prudente principe: mite- bat enim in prouincias consulares & prætorios & equeſtris ordi- nis uiros quoscunq; honore dignos iudicabat, qui etiam quo plures

Augusti tempora.

s (ut

(ut Tranquilli uerbis loquar) partē administrandae reipublicae cōperent, noua officia excogitauit, curā operū publicorū, uiarum & aquarū, aluei Tyberis, frumenti populo diuidendi, præfecturā vris, triumuiratum legendi senatus, & alterū recognoscēdi turmas equitum quotienscūq; opus esset, cōfessores creari desitos longo inter uallo creauit, numerū prætorū auxit, exegit etiā ut quotienscūq; consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet. Ab ijs igitur quos locupletes nouerat ipse, exigebat ut vrbem monumento aliquo insigni ornarēt. Hunc morē tenuerūt & alij principes, ut uide re est apud historicos: & Plin. in epist. lib. II. Firmius, inquit, inductus in senatū respōdit criminī noto. Secutæ sunt diuersæ sententiæ consulū designatorū. Cornutus Tertullus cōfuit ordine mouendum. Acutius Nerua in fortissione prouinciae rationē eius non habendā, quæ sentētia tanq; mītior uicit, cum sit alioqui durior trifior'q;: quid enim miserius q̄ exectū & exemptū honoribus senatorijs, laboribus & molestia nō carere? et reliqua quæ lōgiū prosequitur. Cæterū præterq; quod supra ex Tranq. diximus Augustū inuestita vrbi Aegyptia gaza tantā rei nūmariæ copiam effecisse, ut multū pretij prædijs accreuerit, ex eo cōjicere licet homines Romanos in usitatis opibus affluētes fuisse, quod intra xx. annos sesterciū quaterdecies millies ex amicorū testamentis accepisse sese te-

Memorabi-
les Lentuli
auguris o-
pes.

status est. Huic dicto fidē arrogat: id quod apud Senecā lib. II. de beneficijs scriptū est his uerbis: Lentulus augur diuītiarū maximū exemplū: anteq; illū libertini pauperē facerēt quater millies sesterciū suum uidit. Hic cum omnia incrementa sua diuo Augusto debet, ad quē attulerat paupertatē sub onere nobilitatis laborantē, princeps iam ciuitati & pecunia et gratia, subinde Augusto solebat queri, dices à studijs se abductū. Quater millies sesterciū dicō non minorem esse pecuniam centies centenis millibus aureorum coronatorum, ne frustra putemus eum diuītiarū maximum exemplum appellatū à Seneca homine ipso prædiuite, ut à Iuuenale appellatus est, & ipse fatetur apud Tacūnum libro XLI, in oratione ad

ne ad Neronem habita. Quem Tigillinus & alij eius inimici ua-
rijs criminationibus apud Neronem adorti sunt tanq; ingentes &
primatum supra modū euectas opes in dies adhuc augeret, horto-
rum quoq; amoenitate & uillarū magnificentia quasi principē su-
pergrederetur. Tranquillus Lentuli his uerbis meminia in Tybe.
Satis cōstat Gn. Lentulū augurē, cui maximus cēsus fuit, metu &
angore ad fastidiū uiuē ab eo actum, & ut ne quo nisi ipso hærede
moreretur. Verū menim uero hoc animaduersione dignū, raram au-
ri mentionem apud antiquos reperiri, non modo pro eo quantæ prī-
scæ ætatis opes celebrātur ab autoribus, sed rariorem etiam quam
pro nostri temporis opulentia, & contra quam hodie loquendi mos
inoleuerit. Quotus enim quisq; in cōmemorandis opibus hodie præ-
sertim ingenib⁹ argenti mentionem facit? Nam in uotis temera-
rijs quibus surdum numen Fortunam identidem fatigamus, pri-
mo quoque uerbo aurum nūcupari solet, tame si apud nos in ratio-
nibus publicis ac priuatis argenteis summis omnia transfigūtur: alio
quin & sponsonibus factitandis, & pignoribus deponendis, &
circularibus fabulamentis aurum plerunque per ora hominum fer-
tur. At uero apud antiquos argentum hominum sermone celebra-
tius fuit. Sed præter alia (inquit Plinius) equidem miror populum Argentū ha-
Romanū uictis gentibus in tributo semper argentū imperasse nec minū Rome
aurum, sicut Carthagini cū Annibale uictæ argeti pondo annua norū sermo-
in quinquaginta annos, nec potest uideri penuria mūdi id euenis- ne auro cele-
se, nam Midas & Croesus in infinitum possederant. Eodem per- bratius fuit.
tinere uidetur et illud eiusdem Plini⁹ dictum eodem libro: Mirum Auri cælatus
in auro cælando inclaruisse neminem, argento multos, maxime ta- ræ rara mē-
men laudatus est Mētor de quo supra diximus. Quatuor paria de-
tiō.
niq; ab eo omnino facta sunt, ac iam nullum extare dicitur, proximi
Acragas, & Boëihus & Mys fuere. Magna fama post hos ce-
lebratus est Antipater: quiq; Satyrū in phiala grauatum somno col-
locauisse uerius q; cælasse dictus est Stratonicus. Laudatur et Zo-
pyrus qui Areopaginas & iudicium Orestis in duobus scyphis pon-

do duodecim aestimatis. In uetustissimo non pondo, sed HS, id est se
stertiūm legiūr, quod ego interpretor seftertiūm duodecies, id est
censu senatorio: nam paulo supra dixerat: Nec copia tātum argen-
ti fuerat uitæ, sed ualidius poenæ metu pretium, idq; iam pridem,
ut ignoscamus nobis. Delphinos quinis millibus seftertiūm in libras
emptos C. Gracchus habuit. L. uero Crassus orator duos scyphos,
Mentoris artificis manu cælatos seftertijs cctum, confessus est ta-
men nunq; se ijs uti propter uerecundiam ausum: sicut eundem sex
millibus seftertiūm in singulas libras uasa empta habuisse. In qui-
busdam antiquis utrobiq; pondo pro seftertijs legitur, sed male, se-
ftertijs enim in uetustissimo legiūr quomodo et in impressis libris.
Sequitur apud Pliniū loco superiore: Fuit deira Pytheas, cui^o duæ
unciae xx. uænierunt. Vlyxes et Diomedes erat in phialæ emble-
mate Palladiū surripiētes. Fecit idem et cocos Magiresia appella-
tos paruulis potorijs, è quibus ne exemplaria quidem licet expri-
mere: tam opportuna iniuriæ subtilitas erat. Habuit & Teucer
crustarius famam, subitoq; hæc ars ita exoleuit, ut sola iam uetusta
te censeatur. In uetusto exemplari non uiginti, sed decem legiūr,
utrobiq; tamē deesse summa uidetur. Oportet autē opus preiosum
fuisse in quo tale fuit emblemata. Magiresia etiam corruptū est pro
magiriscia, cum magiriscus diminutiuue cocum significet apud græ-
cos. In antiquis etiam libris crustarius non legitur, sed sic: Habuit
& Teucer fama. Verum hoc dictū Pliniū credibile facit id quod
supra de Gracco & Crasso dictum est, qui censuræ tempore poe-
næ metu deterreri non potuerunt, quin pretium argenti fabrefa-
cti & cælati eosq; intenderent, ut operis aestimatio decuplo mate-
riam argenti excederet: hoc enim illa uerba Pliniij significant: Va-
lidiusq; fuit poenæ metu pretium. Pretiosa autē uasa esse omnino
oportuit, quæ ea arte fabrefacta essent quæ iam interijsset pro-
pter subtilitatem. De emblematis in Annotationibus in libros iuris
editis dicere me memini, cuiusmodi artis exempla hodie non uisun
Officinæ. tur: nam & ante Pliniū ætatem ars iandiu exoleuerat, Officinæ
Pario-

Parisienses maxime auro & argento fabrefacto hodie nobiles sunt, priuatum etiam uno uico aurificibus dicato. Ettamen uasa hodie pondere, & inauratura censemur, & interdū pictura. In ijs enim rebus & in fabrica uascularij artem consumunt. Cælatores sigillis & aureolis gestaminibus, & mundo muliebri occupati sunt, qui bus omnibus rebus ars nequit inclarescere. Quare hodie aurificiū accessionis ferè uicem habet, olim autē prætia huiusmodi rerum ex arte non ex materia statuebātur. Inde illud Pliniū dictū libro trice simotertio: Quondā æs cōfuse auro argentoq; miscebatur, & tamē ars pretiosior erat: nunc incertum est peior hæc sit an materia: mi
ruq; cū ad infinitū operū pretia hæc creuerint, autoritas artis extincta est. Quæstus enim causa ut oīa, exerceri coepit est, que glo
riæ solebat: adeoq; exoleuit fundēdi æris pretiosi ratio, ut iam diu Antiqua ex
ne fortuna quidē in ære ius artis habeat. Quoniā uero iam multa
de opibus Romanis, de primoribus uiris et eorū magnificetia, et im
mani etiā quorundā luxu diximus, & eovsq; summas consumptarū
opū auximus, ut fidē omnino facturi nō uideamur, utemur nūc et
alio testimonio Pliniū ut uerisimilia saltē dixisse uideamur, ijs qui
dē lectoribus qui res priscas modulis nostræ auorūq; memoriae me
tientes, hactenus fidē historiæ accōmodare possunt, quatenus pusil
la animi sensa æstimare eos sinunt. Is igitur autor rerum omnium Pliniū autor
memorabiliū et æstimator acutus, et admirator disertus, libro trice memorabiliū
simosexto post enumerata opera externa, de rebus tandem Romanis rerū omniū.
dicere ita orsus est: Verū & ad urbis nostræ miracula trāsire con
uenit, nongentorūq; annorū dociles scrutari uiros, & sic quoq; ter
rarum orbē uictū ostēdere, quod accidisse totiēs penē quo referē
tur miracula apparebit: uniuersitate uero aceruata, & in quēdam
unū cumulū cōiecta, nō alia magnitudo exurget, q̄ si mundus aliis
quidam in uno loco narretur. Nam ut circum maximū à Cæsare Circus maxi
dictatore extructum lōgitudine stadiorū trium, latitudine unius, mus à Cæsa
sed cum ædificij iugerūm quaternū ad sedem ducentorum L X. re extruct?
milliū, inter magna opera dicamus; nōne inter magnifica, basilicā

Pauli forumq; diui Augusti, templum Pacis diui Vespasiani imperatoris augusti, pulcherrima operū quæ unquam. Lego ex uetus exemplari, uires dociles nō uiros. Basilicæ Pauli meminit Plutarchus his uerbis in Cæsare: Cæsar uberrimas Gallorū diuinias per omnes passim magistratus hauriendas permittens, Curionem tribunum plebis grandi fœnore obstrictum liberauit. Paulo quoq; consuli mille & quingenta sesterii præbuit: ex quibus nobilissimā ille in foro basilicā Fulvii dicata extruxit. Quo in loco non sesteria, sed talenta lego. Ex Appiano lib. 11. bel. ciuil. Paulū, inquit, Cæsar mille & quingēta talentis beneuolum sibi reddit, ut neq; pro illo quicq; ageret, neq; cōtra eū quicq; moliretur. Curio aut ut pro eo omnia ageret, plurimo ære alieno obrutū facile adegit. Paulus basilicam admodū splendidā suo nomine ex ea pecunia extruxit. Plutarchus ipse in Pōpeio talēta non seftertia dixit his uerbis: Cæsar multos ciues pecunijs sibi allexit, multos etiam primorū muneribus placauit, inter quos Paulus cōsul ob mille & quingēta talenta mutatus est, & Curio tribunus plebis ingenti ære alieno liberatur. Dēximus alibi hanc summam nongeta millia aureorum nostrorum ualere, ne miremur eam basilicam à Plinio inter opera magnificen-tissima censer. Idem Plinius: Pyramidas, regum miramur opera, cum solum tātum foro extruendo seftertijs mille ducentis Cæsar dictator emerit, & si quidem impensæ mouent captos auaritia ani-

Domus P. mos, P. Clodius quē Milo occidit seftertijs CXLVIII. millibus do-
Clodij. mo empta habitauerit, quod quidem non secus ac regum insaniam
Aes alienum miror. Itaq; et ipsum Milonē seftertia septingēta millia æris alieni
Milonis. debuisse inter prodigia humani animi duco. Hæc uerba tot iātisq;
Plinij locus. mendis scatent, uix ut restitui posse confidam. Primum seftertijs
mille et ducentis pro duodecies seftertio rarus fuit antiquis sermo,
ut alibi dixi: deinde in antiquis quibusdam numerus corruptus est,
ut omnino nihil elici possit. In uetusissimo HS libro legitur: Postre-
mo Tranquillus in Iulio de hoc ita scribit: Nullum largitionis aut
officiorum in quēquam genus publice priuatimq; omisit, forum de
manu-

manubijis incohauit, cuius area super seftertiūm millies cōſtituit. De Clodiana aut domo ridiculum est pretium, quum Lucij Crassi dominus cuius Plin. meminit ut mediocris, tricies pluri uēdi potuerit. Malone aut hoīem egregie profusum septingēta millia æris alieni debuisse non erat admiratione dignū, quæ summa multo minor est decies seftertio. Macrobius in II. Satur. Augustus delata ad se magnitudine æris alieni, quam quidam eques Romanus dum uixit, excedentem ducenties celauerat, culcūrā emi cubicularem in eius auctiōne sibi iussit: & præceptum mirantibus, hanc rationem reddidit; habenda est ad somnum culcūra in qua ille cum tantum debet dormire potuit. Planum fit igitur locum mendoſum esse. In dubiis antiquis libris quos uidi, talenta DCC. legiātūr, quod nō probō, quia hec summa minor est ducenties seftertio, at Curionem sexcenties seftertiūm debuisse autor est Valerius libro IX. his uerbis: Cōfamilis mutatio in domo Curionum existit. Siquidē forum nostrū, & patris grauissimum supercilium, & filij sexcenties seftertiūm æris alieni a p̄pxū: contractum famosa iniuria nobilium iuuenum. Publīum autem Clodium perdīta, ac uercordi luxuria fuisse ex eodem Valerio nouimus his uerbis de eo, eodem in loco dicente: Publīj autem Clodij iudicium quanta luxuria & libidine abundauit. In quo ut euidenter incesti crimine nocens reus absolueretur, noctes matronarum & adolescentium nolilium magna summa emptæ, mercedis loco iudicibus erogatæ sunt. Cicero ad Atticum libro primo de eo iudicio loquens ita inquit: Caluus per unum seruum, & quidem ex gladiatorio ludo confecit totum negotium, ac cersuit ad se, promisit, intercessit, dedit: Iam uero (o dij boni) rem perditam, etiam noctes certarum mulierum, atq; adolescentium nolilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt: ita summo dissensu bonorum, pleno foro seruorum XXV. iudices ita fortes tum fuerunt, ut summo propoſito periculo, uel perire maluerint quam perdere omnia, triginta uui fuerunt, quos famē magis quam fama commouit. De eo iudic

Curionis
alienum.

cio iterum loquens, eodē libro: Afflicta (inquit) respu. empto cōſtu
pratoq; iudicio. Omnino igitur oportet magnas has esse summas,
quas Plin. ob insignem nequitia insanie regū Aegypti comparan
das duxerit, qui pyramidas ipsi mundi miracula construxerūt. Vi
di tria exemplaria ut supra dixi manu scripta in quibus ita de Clo
dio legitur: Talentis ducētis XL. VII. emū locū quo habitauit, sen
su etiā immutato quasi aream domus tāti emerit. Sæpe supra testa
ti sumus exemplaria Pliniana fluxam fidē habere, quod ad numeros
quidem & summas pecuniae pertinet: quid enim simile habet talen
tū cū ſesterio? qq; & in oībus autoribus id genus errati inualuit,
ut multis exemplis docuimus. Rursus ut ſesteriū millies legam

Lo. Tranq. apud Tranq. adduci non possum, cū ea ſumma fidē oīno excessura
emendatus. ſit ſi ſuperficie operis proportione areæ cestimādam relinquamus,
potiusq; ſesteritia mille, & apud Plini. ſesterijs mille & ducentis
probarim, ſi alterum eligere cogar, & ſi omnino minor ſumma eſt,
q; ut Plinius inter miranda poneret. Quare nihil conſtituo n: ſi hoc
tantū, quod hic locus corruptus eſt. Reliqua uero ex uetusſiſſimæ
lectionis obſeruatione ſic legenda contendere im: Et ſi quidem impen
ſe mouent captos auaritia animos, P. Clodius quem Milo occidit
ſesteriū centies & quadragies octies domo emp̄ta habitauerit,
quod equidē non ſecus, ac regum insaniam miror. Itaq; & ipsum Mi
lonem ſesteriū ſeptingenties aeris alieni debuisse inter prodigia

Aes alienum animi humani duco. Vidimus ſupra Curionē grandi ære alieno li
beratū eſſe à Cæſare, & hac mercede rempu. prodiſſe. Hoc & es
alienū Valerius ſexcenties ſesteriū taxauit: ego mille & quinque
tis millibus aureorū noſtrorum taxo. i. quindecies cētenis millibus.
Milo ultra hanc ſumma ducenta & quinquaginta millia aureo
rū debuit. Ne miremur Pliniū id inter prodigia humanarum mēti
um poſuiffe, tanii hominē obſtringere ſe creditoribus in animū in
duxiffe, ea lege ut pecunijs non diſſolutis ſolum uertendum eſſet,
aut nexum ineundū: nondum enim ſcripta erat lex ob alienū, que
eſt in Cod. Iuſtiniani in titulo de actionibus & obligationibus. Do
mum

mum, aut illam Clodius ante paucos menses q̄ à Milone occidetur, de Marco Scauro emerat in palatio, ut autor est Asconius in Cicerōis Milonianam. Ne aut miremur Milonem tanū & alienū cōflasse, idem Asconius refert Milonem eo tempore consulatus cā didatum, cum P. Plaucio & Q. Metello Scipioe fuisse, cum ipsi candidati non solum largitione profusa certatim popularē studiū emereri contenderent, sed etiam armatis factionibus succincti pālam uiderentur. Mense aut intercalari interfeclo iam Clodio, Milonem aduersariorum inuidia recreatum qui curiam incenderant, integrato impetu consulatum solito etiam enixius & audacius petere cōpisse, ita ut aperte tributim in singulos millia assūm dede-
ria ad fauorem conciliandum. Ex quibus uerbis cōjccere licet, immensam quandā summam in eum ambiū effudisse, cū præter magistratum summum, quē uiuo etiā Clodio petebat, accusationē etiā instantē de cāde Clodiana ea renuntiatione redimere populi fauore conaretur. A qua spē cum decidisset, ipse in exilium abiit. Mille assēs decem aureis nostris ualebant, quā mercedem suffragij uirū tim repræsentare Milo non dubitauit. Nūc si quis parcus & stima-
tor in singulas tribus quæ xxxv. fuerunt, milenos redemptos suffragatores colligat, ad trecenta quinquaginta millia hoc nomi-
ne sumptus euadet. Ob cuius rei infamiam lex statim de ambitu à Pompeio noua & seuerior lata est. De eo Asconius ita inquit: Mi-
lo dānatus in exiliū, Massilia intra paucissimos dies profectus est.
Bona eius propter alieni aeris magnitudinē semūcia uenierunt. Se-
mūcia uenire bona sic dictū est, ut addicere nūmo, de quo ante di-
ximus, quod perinde est, ac si gratuito addiceretur. Semūcia enim
hoc in loco quartā et uicesimā partē assīs nūmi significat, quae stipe
nostrate triente Turonici denaricli ualeat. Mirari hic rursus subit
enīmo sum corruptorem (ut supra diximus) Cæsarem dictatore, q̄
Paulū cōsulem aureorum nongentorū millium & estimatiōe redime-
re nō dubitaria, atq; ea demū lege ne quid cōmodaret ei, mō ne qd
incōmodaret. Curionē tribunū etiam quindecies centenū milliū.

Mille assēs
ualiuisse aure
os decem.

Lex de ambī-
tu.

Semūcia uenire

Semūncia
nummi.

Cæsar cor-
ruptor ani-
mosissimus.

sed eo pacto ut in omnia se addiceret, ne sex centis millibus aureorū pluris sese indicasse tribunū q̄ consulem miremur. Profecto non video ad hanc seu magnificētā, seu uæcordiā aliquid addi posse. Cæsar enim tū ciuis tantū Romanus erat, necdū dictatura assump̄ta, et sublato Pōpeio animos maiores priuato fastigio sustulerat: nam quæ post dictaturam & triumphos destinauerat (ut autor est Tranquillus) si mors eū nō occupasset, & quare potuissent Alexander magni incœpta. Idem Plinius loco supradicto, de Romanis dominibus loquens: Cōputet (inquit) in hac æstimatione qui uolat, marmorū molem, opera pictorū, impēdia regalia, & cum pulcherrima laudatissimāq; certantes centū domos: posteaq; eas ab innumerabili bus alijs in hunc diē uictas. Profecto incendia puniunt luxū, nec tamē effici potest, ut mores aliquid ipso hoīe mortalius esse intelligant. (uel moralius ut in antiquis.) sed eas omnes due domus uicerunt. Bis uidimus Vrbē totā cingi dominibus principū Caij & Neronis: & huius quidē, ne quid deesset, aurea. Et paulo inferius: Nō gulae & Ne patiemur duos Caios, uel duos Neroes ne hac quidē gloria famae ronis.

M. Scauri magnificētia portentifica. M. Scauri: cuius nescio an ædilitas maxime prostrauerit mores c̄ uiles, m̄ciusq; sit Syllæ malum tanta priuigni potentia, q̄ proscrip̄to tot milliū. Hic fecit in ædilitate sua opus maximū omnī quæ unq̄ fuere humana manu facta: non temporaria mora, uerū etiam æternitatis destinatione. Theatrum hoc fuit: scena ei triplex altitudine, trecentarū Lx. columnarum, in ea ciuitate quæ sex hymeti as non tulerat sine probro ciuis amplissimi. Iam pars scenæ ē māmore fuit, media ē uitro, inaudito etiā postea genere luxuriae, summa tabulis inauratis colūnæ ut diximus, imæ duodequadragenūm pedum. Signa ærea inter columnas ut indicauimus fuerūt tria milia numero. Cœnea ipsa cœpit hominum Lx xx. millia, cum Pompeij amphitheatri, totiens multiplicata Vrbe, tantoq; maiore populo, sufficiat large x L. millia sedere. Reliquus apparatus tatus Atalica ueste, tabulis pictis cæteraq; cura fuit, ut in tusculanam uil lam

Cum reportatis quæ superfluebant quotidiani usus delicij, incensa uilla ab iratis seruis cocremarentur ad seftertia M. In antiquis non nullis bina millia seftertia legitur. Et Hermol. concremaretur bina millia seftertia legi ex antiquis quod miror, cum seftertiū in ge nitiuo legi debeat, uel præcedere bina millia, si in recto legatur.

Locus Plini insignis.

Etsi nō est è more antiquo, ut dixim: In antiquissimo est cōcremaretur ad HS. M. quod ego interpretor seftertiū millies uel bis millies potius, concremaretur enim singulari numero legitur. Admiratio autem Plini in eo cōsistit in cōdicio, ut ex uerbis sequētibus apparet: Quādo hoc (inquit) certe incēdij illius præmiū habuit cōiectis ex orbe terrarū reb⁹, ut nemo postea par esset insaniæ illi, sed ne ipse qđem Scaurus cōparari sibi posset. Ex his enim intelligimus incēsa uilla colligfacta signa ærea: et arsisse tabulas pictas immēsi pretij, & Attalicas uestes. i. tapetas pretiosissimos, quales aliquādo Neroni quadringenies seftertiū constiterunt ad tricliniū ornandū, ut supra docuimus ex eode Plinio. Sensus est igitur eo incendio factū ut res eximiæ ex oī parte imperij Romani cōiecta igne hauri vētur, ita ut nemo postea imitari exēplū tanti spectaculi posset, ac ne ipse qđem Scaurus iterū edere tale posset: hoc enim significat uerba illa Plini. Oīno igitur seftertiū millies legēdū est. i. uicies & quinquies cētēna millia aureorum nostrorū. Vel bis millies potius ex plerisq; libris. i. quinquagies cētēna: alioquin ridiculus esset Plini⁹, qui Scaurus superasse Caiū et Neronē ingenia luxu & prodigia mōstrifica dixit, de quibus postea dicemus nōnihil si locus incurrit. Verū ubi legitur, reliquias apparatus tātus Attalica ueste, tabulis pictis ceteraq; cura fuit: legēdū cēseo, ceteroq; choragio fuit: admonitus ab antiquis, in quib⁹ tū uorago legitur, tum corago & à Val.lib. 11. cuius hæc uerba sunt: Clau. Pulcher scenā uarietate colorum adumbravit uacuis ante pictura tabulis extentam, quā totam argento C. Antonius, auro Petreius, ebore Quintus Catullus prætexuit. Versatile fecerunt Lucius & Cinna locū, quē argētatis choragijs P. Lētulus Spinter adornauit, trāslatiū antea Phœniceis

Plini. locus.

niceis indutum tunicis, M. Scaurus exquisito genere uestis cultū induxit. Cæterū ubi legitur: iā pars scenæ ē marmore fuit: lego, ima pars: licet exēplaria refragetur. Ipse Plin. alibi eode li. M. Scauri ædilitate ad scenā theatri tēporarij et uix uno mēse futuri in usu, uiderūt portari silēcio legū. Et post duos uersus: Verū esto indulſe-
rint publicis uoluptatib⁹, etiā' ne tacuerūt maximas earū atq; adeo duodequadragenūm pedū Lucullei marmoris in atrio Scauri col-
locari: nec clā illud occulte q; factū est: salis dari sibi damni infecti
egit redēptor cloacarū, cū in palatiū extraheretur. Ex his uerbis in
zelligimus dissoluto theatro, quod ad unius circuier mēsis tēpus fa-
ctū erat. i. quoad ludi finiretur, colūnas grādissimas in atriu dom⁹
Scauri, quæ erat in palatio, trāslatas: atria enim peristyllijs con-
stāt, ut uidere est apud Vitruuiū lib. vi. sicut et caua ædiū. Addit
hæc Plinius: Nec potest uideri Scaurus rudi et huius mali impro-
uidæ ciuitati obrepfisse quodā uiae rudimēto. Iam enim L. Cras-
sum oratore illū, qui peregrini marmoris colūnas habuit in eodem
atrio, hymetas tamē, nec plures sex aut lōgiōres duodenūm pedū.
M. Brutus in iurgijs ob id Palatinā Venerē appellauerat. Idē ali-
bi rursus de ijs. loquēs qui marmora in domibus habuerūt: Inter hos
(inquit) primū (ut arbitror) marmoreos parietes habuit scena M.
Scauri, non facile dixerim sectos, an solidis glebis poliōs, sicut est
hodie Iouis tonātiū ædes in capitolio. Idē lib. xxvii. Gēmas plu-
res (quod peregrino appellat nomine dactylothecā) primus omniū
habuit Romæ priuignus Syllæ Scaurus: diuq; nulla alia fuit donec
Pōpeius magnus eam quæ Māhridatis regis fuerat, inter dona in
capitolio dicaret, ut M. Varro alijq; eiusdē ætatis autores confir-
māt, multū prælatā Scauri. Hoc exēplo Cæsar dictator sex dacty-
lothecas in æde Veneris genitricis cōsecrauit. Et rursus lib. xxx
xiiii. In M. Scauri ædilitate tria millia signorū in scena tantū fuē-
re tēporario theatro. Ex supradictis cōjēcere licet nō mirabilē sed
stupendā, nō magnificentiā, sed luxuriā, et portētosa impendia in
apparatu ludorū Scauri, quorū uix iniri ratio potest præ magnitu-
dine.

Dactylothe-
ca.

dime. Fuit aut Scauro (ut eiusdē Pliniū uerbis loquar) uiricus Sylla, et Metella mater proscriptiōnū sectrix, et M. Scaurus pater totius prīceps ciuitatis, et Marianis sodalitij rapinariū prouincialium sinūs. vel (ut in antiquo legitur) Marianis sodalitij rapinariūq; prouincialium sinūs. Metella uxor fūm Syllæ, ut autor est Plutar. quā sectricē proscriptiōnū Plin. uocat quasi impetratrice redēptricēq; proscriptiōnū, quæ sub Sylla factæ sunt. cui tamē morbo lägueniat Sylla repudiū misit, ne felicitas sua luctu uxoris contaminaretur, cū interim ipse epulū magnificentissimū populo instauraret decima rapinariū et proscriptiōnū Herculi pollucēda. Quoniā aut hic liber iustiā magnitudinē accepit, et multa nos trāsmittere neceſſe est, hac ueluti coronide ex Strabone sumpta lib. v. finē ei impo-nemus. Is enim autor de vrbe Roma loquēs, & de Cæsarī Augu-sti prouidētia circa eā cōſtituendā: Tāta autē (inquit) aquæ copias per aquæ ductus in urbē inuehītur, ut amnes per medium vrbē & per cuniculos influāt, oēsq; fermē vrbis ædes cisternas, sūpūculos, et salientes habeāt redundātes, quibus in rebus conficiendis Marcus Agrippa operābona ex parte nauauit: qui etiā multis alijs operib⁹ vrbē Romā adornauit. Ad summa prisci illi Romani vrbis decorē neglexerūt, uidelicet in alijs rebus maioribus et necessarijs magis occupati. Recētiiores aut et maxime qui memoria nostra fuerūt, ne illis quidē ea in cura cesserūt: sed et vrbē monumētis permultis & spetiosis impleuerūt: siquidē Pōpeius et diuus Cæsar & Augustus et eius liberi amici et uxor sororq; omne studiū in vrbe extrectis operibus ornāda sumptūq; supergressi sunt, quorū operū pleraque habet Cāpus Martii⁹. ὡs δὲ εἰπ̄ν. δι παλαιοῖς μὴν τὸ κόσλας τὸ ρῶμιν ὠλιγώρων, πρὸς ἀλλοις μείζοσι, ἀναγκαιοτέροις δύντες, δι δὲ ὕστερον καὶ μάλιστοι καθ' ὑμᾶς, διδὲ τούτος καθυέρισαν. ἀλλὰ ἀναθημάτων πραλῶν καὶ καλῶν ἐπλήρωσαν τὴν πόλιν, καὶ τὴν πραπήσιον, καὶ ὃς καὶ σαρ, καὶ σεβαστὸς καὶ δι τούτος παῖδες, καὶ δι φίλοις, καὶ γυναις καὶ οὐδελφη, πασσαν ὑπέβαλον τὸ πεδίον καὶ πασπάννυν τὰς κατοσκευάσσεις. Κάτω τὸ πλεῖστον μάρτυρας ἔχει καίμπος. De hoc

MeteHa u-
xor Syllæ.

hoc Plinius ita inquit: Agrippa uero in ædilitate sua aduecta uirginea aqua, cæterisq; corriuatis atq; emendatis, lacus DCC . fecit. Præterea fontes CV . castella centum xxx . complura etiam cultu magnifica & operibus. lis signa CCC . ærea aut marmorea imposuit, & columnas ex marmore quadringentas, ea omnia annuo spatio: adieci'q; ipse in ædilitatis suæ commemoratione & ludos undesexaginta diebus factos & gratuita præbita balnea CLXX . quæ nunc Romæ ad infinitum auxere numerum. Vicit antecedentes aquarum ductus nouissimum impedium operis incohati à Caio Cæsare, & peracti à Claudio: quippe à lapide XL . ad eam excelositatem, ut in omnes vrbi montes leuarentur, influxere Curtius atq; cærulei fontes, erogata in id opus seftertia quingenta quinquaginta quinq; millia. Quod si quis diligentius æstimauerit aquarum abundatiam in publico, balneis, piscinis, domibus, euripis, horis suburbanis, uillis, spatiisq; aduenientis, extuctos arcus, montes perfoſſos, uallesq; & quatas, fatebitur nihil magis mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Idem paulo superius: Mirabantur cloacas operum omnium dictu maximum, suffoſſis montibus, atq; ut paulo ante rettulimus, Vrbe pensili subter' que nauigata: id Marcus Agrippa fecit in ædilitate post consulatum, per meatus corriuatis septem amnibus, cursu præcipiti torrentium modo rapere atq; auferre omnia coactis. Insuper mole hymbrium concitati uada ac litora quatiant, aliquando Tyberis retro infusi recipiunt fluctus, pugnantq; diuersi aquarum impetus intus, & tamen obnixa firmitas resistit: trahuntur moles internæ tantæ non succumbentibus causis operis. Verum in loco superiore ubi legitur in impressis: Præterea fontes CV . in uetusto sapientes legitur, quare salientes lego, sensus enim id exposcit: ubi autem impressi habent erogata in id opus seftertia quingenta LV . millia, antiqui nonnulli talenta, uetustissimus HS LV . ordine notarum inuerso: quare seftertiū quingentes quinquagies quinques lego.

LIBRI TERTII FINIS:

Pliniij locus
restaurut.

GVLIELMI

BVDAEI PARISIENSIS A' SECRE

tis regis Franciae, de Asse & partibus eius, liber

Q V A R T V S.



ENTVM IANDIV

esset ad finem huius operis, nē
si aliarū aliarumq; rerum re-
cordatio subiens identidē mi-
hi negotium facefferet. Alter
nunc de integro prop̄ instau-
randus mihi labor: Persarum
op̄es expendēdāe, qui soli Ro-
manorum fortunam ad ter-
minos usq; Alexandri euade-
re gestientem retro in occiduā mundi pariē inhibuere, à Romanis
etiam ipsi longe ad orientem summoti. Herodotus Alicarnasseus li-
bro tertio qui Thalia inscribitur, Darium Histaspis filium qui post
Magorum cædem hinniu e qui ad regnū Persicum assumptus est,
in uiginti satrapias Persarum regnum distribuisse dicit, et præfe Persarū re-
ctos unicuiq; dedisse, et tributa stata fixa' que indidisse, ea lege di-
gnum.
Ita, ut qui argentum tributi nomine penderent, talentii Babylonij
pondere: qui aurum, Euboici afferrent. Valet autem, inquit, Baby
lonicum talentum LXX. minas Euboicas. Quare Dariū apud Per
fas ob hanc tributi formulam constitutam capelum uerbo græco,
id est institutorem uel negotiatorem uocitatum aī, eo uerbo homi-
nem ut quæstuarium taxātes. Cambysen autem despoten, id est do
minū dictū. Nec Cyrus enim nec Cambyses tributa ad certā for-
mulā, et præcisam redegerat necessitatē, sed dona tātū anniuersa-
ria

ria à satrapis accipiebant. Has satrapias quas Nomos Herodotus appellat uerbo græco, Plini⁹ præfecturas uerunt, Laurētius portiones subabsurde uocauit. Herodot⁹ igitur has seu prouincias seu præfecturas ab Hellestanto ad Indianum usq; sigillatim percensens.

Nomi.i.præfecturae. & quicquid unaquæq; quotannis pensitaret, tandem summa colligēs, quod si (*inquit*) Babylonica pecunia ad pondus Euboicum redigatur, fient nouem millia quingenta quadraginta argenti talenta τὸ μῆν δὲν ἀργύριον τὸ βαθυλώνιον, πρὸς τὸ εὐβοϊκὸν συμβαλλόμενον ταῦλοντον, εἴναι τελοφέροντος καὶ πεντακόσιας καὶ ἑννεακιχιλίος ταῦλοντος. Aurum uero ramentū si terdecies expendatur ad argentum, in summa re perierit ad rationem Euboicam esse quatuor millia talentorum sexcentāq; & octoginta. τὸ δὲ χρυσὸν βισκούληγαστριον λουγόνδιον τὸ φεγμα, εὐρίσκεται δὲν εὐβοϊκῶν ταῦλοντος ὡριλώκοντος, καὶ εξεκοσίων καὶ τριάκιχιλίων. In Laurentij interpretatione mēdose hic locus legitur. Ramētum auri psegma ab Herodoto dicitur quasi auream scobē dixeris: Quibus (*inquit*) in unū coactis, sit summa eorū quæ quotannis colligebantur, quaterdecies millena quingena & sexagena talenta Euboica: supra autē dixit: τὸ δὲ βαθυλώνιον ταῦλοντον δύνεται εὐβοϊκὸς εὐβολούχοντος μνᾶς. Valet autē talentū Babylonīū septuaginta Euboicas minas. Ex uerbis Herodoti ut scire nō possumus quantū Euboicū talentum fuerit, ita intelligimus minus fuisse Babylonio: nos in superioribus nō nihil de hoc diximus cum loca Liuī citaremus ex libris septimo et octavo de bello Macedonico. Festus Euboicum talentum quatuor millium denariorum fuisse dicit Romano nummo estimatum. Quod si est uerū, apud Plinii. li. xxxv. ubi legiūtur, talentū autē Atticum (ut ait Varro) sedecim sesterijs taxatur, legēdum esset Euboicū: sedecim enī sestertia quadraginta minas ualēt, & quatuor millia drachmarum. Sed apud Pliniū legēdum potius existimo denariū sex millia: quod olim sic scribebatur, x. vi. m. ex quo sedecim sestertia facta: millia enim & sestertia ut idem significant, sic

Psegma.

est. eadem

Hermolaus
Barbarus.

eadem nota scribebantur. Hermolaus Barbarus in glossematis in Plinium editis, dum autrum magis nomenclaturae quam rei explicandae studet, explanande huius rei difficultatem propè conclamat reddidit, autoritatumq; inter se pugnantium congerie ueritatem obruit. Interdu enim ea culpa summis ingenij deprehenditur, ut ambitione instincti omnia magis cōflectari quam ueri similimum quodq; amplexari cupiant, quasi diligētiores se doctioresq; quam consideratores existimari maluerint. Ego cum rei obscurae & caligine quadam uariantium autoritatum obductæ, lucem aliquam afferre magnopere laborasse, nihil appositius ad illustrandam eam obscuritatem inueni quam quod Pollux in nono de uocabulis rerum inquit: quod equidem miror ab Hermolao non esse an maduersum aut certe non explicatum, ut iudicare possis forulos quidē eum omnes diligenter excusisse, sed uolumina (quod aiūt) ad lucernam Aristophanis non semper recognouisse, ac ne Pliniū quidē ipsum, in quo tam sese admiratus est quam Peleus in machera gloriabatur, ut est in proverbio: uir alioquin et disertus & elegans, et memoriæ suæ columen: nec modo doctrina multiplici, sed etiam stilo graui, licet exultantiore, certe in quo candidum ingenium & bonā mentem agnoscas, id quod opinione nostra multis doctis uiris defuit. Cui utinā ipsi longior uita cōtigisset, præclaraque nūc opera morte eius suppressa nō desideraretur, quæ exiura annos ab hinc X:IIII. audierā cum domi eius pranderē cum Accursio Menerio legato regio qui tūc Venetijs agebat, homine doctissimo: sed uerba Pollucis hæc sunt loco supradicto: Ζῦ γενελὺ ὅνκι αἴσθησον. ὅπι τὸ μὴν ἀπίκον τάλαντον ἑξακριβίας ἐδύνατο δραχμὰς αἴτικας. τὸ δὲ βαθυλώνιον ἐπτακριβίας. τὸ δὲ αἰγινοῖον μυρίας. τὸ δὲ σύρων πεντακοσίας καὶ χιλίας, ὡς πρὸς τὸν αἴτικον δραχμῶν λογισμόν. ὁσπρὶ δὲ τὰς μνᾶς τὰς αἴτικας, τὸ μὴν αἴτικὸν ἑξήκοντα ταῦχε. τὸ δὲ βαθυλώνιον ἐβιομένωτο τὸ δὲ αἰγινοῖον ἐκεῖνον καὶ ἀνοέλογον. ἡ μνᾶ δὲ ὡς παρὰ ἀθηναῖοις ἐκεῖνον ταῦχεν δραχμὰς αἴτικας, ὄντως καὶ παρὰ τοῖς ἀλλοῖς τὰς ἐπιχωρίους, διναριδίας

πρὸς λόγου τοῦ καθ' ἔκαστον ταλάντου κατόπει προσθίκην καὶ ἀφοι
γετιν. Hoc autem non absurdum erit dicere, quod talentum Atticum Atti-
cas drachmas ualebat numero sex millia. Babylonium septem millia.
Aeginetum decem millia. Syriū mille et quingentas, dūtaxat in eunda
ratione secundum drachmæ Atticæ modum, quippe ea ratione qua At-
ticum talentum sexagenas minas, Babylonium septuagenas, Aeginen-
se ceteras proportione capiebat. Porro mina ipsa ut apud Atheniē
ses centenas habebat drachmas, sic apud alios quoque totidē suas cu-
iusque gentis, quæ pro ratione cuiusque talenti plus minus ualerent
augmento uel decremente. Ex his Pollucis uerbis ad formulam unam
omnia propemodum genera talentorum minarūque redigere possumus.
Quomodo enim Atticum talentum sexagenas minas Atticas capiat,
mina Attica ceteras suas drachmas, sic Babylonium sexagenas mi-
nas Babylonias, quæ ceteras ipsæ drachmas uernaculae capiunt, &
Aeginense talentum totidē minas Aeginenses, & Aegineticæ rursus
minæ, ceteras drachmas Aegineticas. Verū enim uero ut Babyloniū
talentum proportionē ephectā id est sesquisextā, uel (ut alijs loquuntur)
supersextā, ad talentū habet Atticum, sexta enim parte hoc
ab illo superatur, sic drachma Babylonia Atticam drachmā sesquē
sexta proportionē superat: & ut Aeginense talentum proportionē su-
perpartiente ad Atticum talentum habet, utpote quod semel id capiat
& duas insuper eius partes (ita enim sese habet centenariū talen-
tū ad sexagenariū) sic eadē quoque proportionē Aeginea drachma
ad Atticā drachmā habet. Hoc autem ex alio eiusdem auctoris loco proba-
ri potest, q[uod] cū quodā in loco ita dicat: οὐδὲν δραχμὴν ἐπιχειρούσ
τε. id est et drachma quā obolos senos habebat, aliquāto post ita sub-
dit: ὁλλὸς μὲν πλὺν μὴν ἀγινοῖσιν δραχμὴν μετίσω τὸ ἀπίκηκτον ἐ-
ντοι, οὐκοτέλεστον δὲ οὐδὲν ἐπιχειρεῖν, ὃν δὲ αθινοῖσι παχεῖαιν δραχ-
μὴν ἐκόλουν, μίστη τὸν ἀγινοῖσι τὸν ἀγινοῖσιν καλεῖν μὲν θέλοντες.
Atqui Agineticam drachmam maiorem Attica fuisse adnotandum
est, ut quæ denos obolos Atticos capiat: quos Attica tantum senos:
quare Athenienses crassam eam drachmam uocabant, odio Aegi-
netarum

Talenta oīa
ad formulā
unā redacta
Atticū talen-
tum.

netarum Aeginæam uocare grauati. Ex dictis apparet tantam habere proportionem decem obolos ad sex, quantam centū minæ habent ad sexaginta: & ea est analogia talèti Aeginæi ad Atticum talentum. Hoc Hermolaus cum non ignorauerit, tamen non explicuit ubi de talento loquitur, citandis (ut diximus) autoribus magis q̄ rei enarrandæ intentus. Verum Herodotus primæ præfectu ræ quadringenta talenta argenti attribuit, secundæ quingenta, tertie trecenta sexaginta, quartæ quingenta, quintæ trecenta quin quaginta, sextæ septingenta, septimæ cētum & septuaginta, octa uæ trecenta, nonæ mille, decimæ quadringenta quinquaginta, undecimæ ducenta, duodecimæ trecenta sexaginta, tertiiæ decimæ quadringenta, quartæ decimæ sexcenta, decimæ quintæ ducenta quinquaginta, decimæ sextæ trecenta, decimæ septimæ quadringtona, duodeuicesimæ ducenta, undeuicesimæ trecenta: quorum summam non colligit, sed supputata ratione inuenio septem millia septingenta quadraginta talenta in summa esse. Atqui si talentum Babylonium proportionem habet ephectam ad Atticum talentum, septem millia septingenta quadraginta talenta Babylonica, Attica ualent talenta nouem millia & triginta. Si enim hanc summam partiaris septenario, numerus partiens erit mille ducenta & nonaginta, quot talentis crescit summa ad Atticum modum relata: at Herodotus Euboica fieri talenta tradit nouem millia quingenta & quadraginta: quæ summa maior est Atticorum talentorum summa quingentis & decem. Ita fit planum talentum Euboicum minus esse talento Attico tribus ferè minis & triente, Hoc autem prom ptum est sic colligere. Fac ut singulis illis talentis sexagenarijs id est Atticus (quæ nouem millia & triginta esse diximus) ternæ minæ cum triente, id est tribus & triginta drachmis & tertia parte drachmæ decadant, fient utique in summa ter nouies millia minarum, id est septem & uiginti millia, & pro triente minæ, ter millia minarū. Hunc numerū triginta milliū minarum si sexagenario partiaris, qngēta talèta cōfiēt, hoc est quingēties sexagenæ minæ.

Talentū Eboicū.

¶ sexages quingenæ, quod perinde ualeat: sic fiunt nouē millia ¶ quingenēta talēta Euboica. Rursus ex talētis illis quingenēta ternæ minæ cū triēte in singula decebat necesse est, quia Attica pro Euboicus fecimus, fiūt decessione mille ¶ sexcentæ sexaginta sex minæ, et tēs præterea minæ. At uero ex Herodoti summa decē talenta Euboica restabāt, quæ quingenētas ¶ septuaginta circuier minas ualēt. Restat mille nonaginta sex minæ, quæ paulomin⁹ duodeuiginti talētis ualēt, qui numer⁹ excurrēs facit ne ratio nostra quadret. Quod si talentū Euboicū minus Attico fuisse tribus minis ¶ quadratē ponamus, trecentæ tantū minæ ¶ quadraginta excurret. i. circuier sex talēta. Et hac una ratione quātum quidē obseruarim iudicare possumus quantū talentū Euboicū fuerit. Omnino autē talētum Euboicū proxime ad Atticū accedit: quod quia quantū esset satius superq; deprehēsum, cōprehēsum, perceptūq; habemus et omnino cōpertū, cætera quāta fuerint parū huius operis referre puto: et si id inquisiuitur iuuat propter operis diuerticula, quæ uelut destinato argumēto appingentur obiectamēti causa. Age uideamus quid ultra dicat Herodotus de tributis Persicis: Indi (inqt) ut sunt multiūdine multo numero sissima omniū quos nouimus hominū, ita tributū cōferebāt aliorū cōparatione maximū, trecenta scilicet ¶ sexaginta p̄segmatis talēta. i. aurei ramenti. Ramentū auri arena est aurea, ob id alio noīe ab eodē autore Chrysitus dicta. Chrysammos etiā ad uerbum aurea arena dicitur lib. XI. codicis Iustiniani: Aurū autē ramentū (inquit ille) inueniūr esse talētū Euboicorum quatuor milliū sexcentorū ¶ octoginta, si ita ratio ineatur ut p̄segma terdecies iāto argēti repēdatur: hoc enim significat uerbi ποσχιλλοσάσιον, quod unius literæ immutatione in libris impressis aliud significat. Laurētius eius loci intelligentiā parū assēcutus uidetur, nisi sit error impressoriū: et alioquin numerus in eius interpretatione corruptus est, quod et ex græco cōtextu et ex calculo deprehēditur: ἡ ἔχρυσιον (inqt Herod. l.) ποσχιλλεγεσάσιον αογιζόμενον τηγμα, εὐρισκεται ον δεσμούν ταλάρτων οὐδιώκει τακτος

Chrysitus.

Chrysam-

mos. Aurū autē ramentū (inquit ille) inueniūr esse talētū Euboicorum quatuor milliū sexcentorū ¶ octoginta, si ita ratio ineatur ut p̄segma terdecies iāto argēti repēdatur: hoc enim significat uerbi ποσχιλλοσάσιον, quod unius literæ immutatione in libris impressis aliud significat. Laurētius eius loci intelligentiā parū assēcutus uidetur, nisi sit error impressoriū: et alioquin numerus in eius interpretatione corruptus est, quod et ex græco cōtextu et ex calculo deprehēditur: ἡ ἔχρυσιον (inqt Herod. l.) ποσχιλλεγεσάσιον αογιζόμενον τηγμα, εὐρισκεται ον δεσμούν ταλάρτων οὐδιώκει τακτος

τα καὶ ἔξακοτιών καὶ τετρακισχίλιών. Si enim terdecies trecenta sexaginta multiplices, quatuor millia sexcenta et octoginta in summa inuenies. Meminisse autem oportet id quod Herodotus ante dixerat, edicto Darij caustum esse ut aurum Euboico pōdere p̄sistaretur: alioquin non cōueniret summa, si Babylonica talēta p̄segratis intelligeretur, et p̄segrata tredecies argento refessile. Cōgruit autem quod sequitur numero à nobis posito. Ζύτων οὖν πάντων συντιθέμενων τὸ πλῆθος ἐν Εορχῇ τόλμαντος συνελέγεται τὸν ἐπέτεον φόρον διαρέψα μύριον τετρακισχίλιον, πεντακόσιον, ἑξήκοντα. His igitur omnibus in unū coagmētatis Euboica talēta numero quatuordecim millia DLX. annuo tributo colligebatur. Quod si reges Persarum quaterna dena millia & quingena talenta uel Attica uel Euboica ex Asia taniū et paucis locis Libyæ tributorū nomine percepisse dicuntur, quæ nos ad octuagies quinques cētena millia aureorū nostrorum ut minimū aestimamus, quantū R.o. imperij dicemus esse redditū? Præsertim cū extra eas præfecturas Persis ipsa dominatrix immunita relista esset: sic enim inquit Herodotus: πρὸς δὲ χώρην μοι οὐκ εἴρηται δοξασμοφόρος, οὐτε λέσσος τοῦ πέρσας νέμονται. Persidis autem regio una à me inter stipendiarias dicta non est. Persae enim immunes agros colunt. Aethiopes autem et Colchi et alijs quidē populi munera in Persidem quotannis afferebant. Inter quos insignis est pensitatio Arabum qui millena quotannis talenta thuris afferebant: sed & recentioribus seculis aucta erant tributa prorogatione imperij Persici facta, ut autor est Herodotus. Quare quod apud Plutarchum in Pompeio latino facto antehac legebatur de uectigalibus & tributis imperij Romani post triumphum Ponticum, merito à nobis Imperium Pos reprehensum est & mendosum. Iam primum Antiochus ex foedere Romani, cū Lucio Scipione iacto omnibus urbibus agrisq; excesserat cīs Taurum montem usq; ad Tanaim amnem, & à ualle Tauri usq; ad iuga qua in Lycaoniam uergit, ut tradidit Liuius libro octauo de bello Macedonio. Quanquam apud Liuium Tanaim mendose legi puto, & pro eo restituendum esse Halym. Notum est enim ex

Herodoto in primo, Halym fluuium confinium olim fuisse Lydorum et Medoru imperij. Memini etiam Plinius Halyos fluminis in sexto, à radicibus Tauri per Cataoniā Cappadociamq; decurrens. Ab his autem finibus ad Hellespōtum Asia est proprie dicta, à mari Aegeo et Pontico ambientibus in peninsula confirmata, intra quam Lydij regni fines circunscribuntur: unde Croesi circumfluentes diuitiae in prouerbium cesserunt. In ea Asie parte Herodotus tres praefecturas ponit, millena ducena sexagena Babylonia talenta annuo tributo pensantes: quæ ratione Attica millena & quadringena & septuagena ualent, ære autem nostro octingena & octuagena bina aureorum millia, Romano more festeriū trecenties quinquagies bis paulo plus dicuntur. Atqui apud Plutarchum legitur ante triumphum Pompeianum uniuersa Populi Romani tributa quinquagies decies centena millia fuisse. Cum ijs vero quæ Pompeius Populo Romano in ea expeditione quæsiuit, octuagies quinquies decies centena millia fuisse. Prior summa quingenies festeriū dici latine potuit, id est mille & ducenta quinquaginta millia aureorum. Altera trecenties & quinquagies festeriū priori summæ addidit, ut fuerint uniuersa Populi Romani uigilia & tributa cum augmento triumphi Pompeiani, uicies semel centena uicena quina millia aureorum nostrorum, cum Pompeius imperio Populi Romani adiecisset Ciliciam, Syriam, Phœniciam, Palestinen, Iudæam, Mesopotamiam, Cappadociam, Armenia, Colchidem, Iberiam, Albaniam, Scythas & Arabiae partem: à Cilicia autem Phœnicia & Syria Palæstine usque ad fines Syriae & Aegypti octingenta quinquaginta talenta Darium tulisse quotannis Herodotus tradit. A reliqua Syria, & Mesopotamia non minus quingentis, quæ ad Atticā rationem relata octingenta decem millia aureorum nostrorum ualent. Ita paucæ prouinciae summam illam quæ apud Plutarchum legitur pendere populo Romano potuerunt, absque Cappadocia, Armenia, Colchide, Iberia, Albania, & Scythis, & Arabia, quas inter stipendiarias non numer.

Asia proprie
dicta.

numero. Quapropter Pompeius pro concione gloriatus est (ut au-
tor est Plin.lib. vii.) Asiam se ultimam prouinciarum accepisse.
eandemq; medium patriæ reddidisse: de Asia Cherroneso, id est
peninsula loquens (quam proprie Asiam esse uocitatem diximus)
Lydorum olim regno, nunc Turcarum imperio. Hæc ab Antio-
cho, bello Asiatico ablata fuerat: & ei postea Pompeius illas pro-
uincias adiecit. Nunc si iam dictis Peloponnesum, Helladem, insu-
las Cycladas Sporadasq;, atq; uno nomine Græciam, Thessali-
am, Epirum, Macedoniam, Illyricum, Italiam omnem, Siciliam,
Sardiniam, & Corcyram, & superi inferi q; maris insulas, popu-
los alpinos & Narbonensem Galliam, cū citeriore ulteriore q; His-
pania, & Africam adiecerit (Hæc enim omnia iam tum sub ditio-
ne Romana regebantur) quam summam tributorum colligere de-
beamus & stimandum lectoribus relinquimus. Merito ergo illa Plu-
tarcki summam ad drachmas Atticas non ad nummos fœstertios re-
ferendam censuimus: qua ratiōne quadruplicata redit summa: q;q
eo tempore nec Aegyptius, nec reliqua Gallia, nec Britannia nec
Germania Pannoniaq; imperio Romano parerent. Diximus supra
de statu imperij sub Augusto. Appianus autem quem latine tan-
tum uersum uidere nobis contigit, in præfatione historiæ terminos
Romani imperij sub Hadriano principe, quo tempore ipse histori-
am scripsit, late describens, ponit terminos ab Herculeis columnis
ad Aethiopas orientales, quod ad Libyam pertinet: Asiane autem
ditionis terminos facit Euphratēm fluvium & Caucasum montē,
maiorisq; Armeniæ principium, & Colchos ad Euxinum pon-
tum habitantes. In Europa autem Rhenum & Histrum fines Ro-
imperij fuisse dicit. Omnes autem insulas quæcunq; intra mare in-
ternum sunt sitæ, Cycladas, Sporadas, Hyadas, Echinadas, &
quæcunq; magnæ dicuntur à Græcis circa Libyam, Ioniam, Aegy Imperium
ptum, Myrtoum uel Siculum, & aliud quocunq; nomine mare di Romanum
etum, Ro. imperio paruisse tum affirmat. Romanos autē regibus ad monarchi
exactiusq; ad septingentesimū annum sub statu populari et ciuili am deuenit.

Termini im-
periij Roma-
ni.

qui politia græce dicitur, imperium suum propagasse. Quoad Cæsarius Cæsar qui dictaturā perpetuam suscepit: rep. oppressa & in potestatem suam redacta, reuera principem egit, licet nomine reis. antiquari noluerit: à quo tempore ad Appiani historiam ducenti se ré anni intercesserunt, quibus Romanum imperium unius semper arbitrio rectum est, perinde atq; in regno fieri solitum est. Hoc tamen interest quod regio nomine principes abstinuerunt, imperatores se dici contenti: quo nomine prisci duces Romani populi censebantur, sed annua potesta: e creat. Eo autem spatio ducentorum annorum rem Romanam mirum in modū creuisse dicit, suoq; tempore eam hominum expectationē fuisse ut porro progressura uidetur blandiente magis magisq; in dies rerum successu. Eam tamen Romanis mentem fuisse, ut nominis sui fama propagare inter barbaros, magis q̄ terminos prorogare imperij sui cuperent: uidisseq; se nonnullarum gentium legatos ad imperatorem cum potestate missos, ut gentem suam quisq; Romano imperio dederent: nec tamē ad missos, quod Romanus imperator sua interesse non arbitraretur feris & inopibus imperare populis. Nam & eorum qui imperio pareret, multos plus incomodi q̄ cōmodi afferre: sed quos derelinqueret atq; abūcere puderet. Plurimi etiā eorū q̄ dicto Romanis audiētes non essent, reges tamen & principes à Romanis petere solitos & accipere. Magnitudinem uero Persarum imperij percensens, quod ex Assyriorū, Medorū, Persarūq; regnis coaluit, nequaq; cū dimidio imperij Romani cōparari iure posse contendit. Nā imperiū Alexandri (quod celerius alea iactu uel fulgetrae potius emicauit in modū inusitatū & in gradu nulli alij sperandū euasit) in membra distractū est mortuo statim Alexandro. Suo autē tempore Appianus tradit Persis pediū equitumq; & apparatus terrestris ac mariū imi ingentes copias fuisse, & Aegyptiorum talentū quatuor & septuaginta millia in thesauris condita Reddius uero imperij Romani nec dicere quisq; (ut opinor) nec animi certa conjectura assequi potest. Nec aliquis scriptorum aliquid de ea re tradidit.

Principes
Romani re-
gio nomine
abstinerūt.

quod magnopere memorandum sit. Sed nec semper eadem ratio fuit, sed alia atq; alia pro conditione emporum. Si tamen de hac re commentari quenq; iuuat, primū hoc scire oportet, aerarium Romanum ex uectigalibus & tributis constitutum fuisse quomodo & hodie nostrū. Vectigalia trium generum fuerunt, ex agrorum cultu, ex merciū traiectu, & ex pascuis. Primum decimae, alterū portorium, tertiu scriptura appellabatur: & præter hæc salarium. Cicero de imperio Gn. Pompej: Nam in cæteris rebus cum uenit calamitas, tum detrimentum accipiuntur. At in uectigalibus non solum aduentus mali, sed etiam metus ipse affert calamitatē: nam cum hostiū copiæ non longe absint, etiam si irruptione nulla facta sit, tamē pecora relinquentur, agricultura deseruntur, mercatorum nauigatio conquescit: ita neq; ex portu, neq; ex decimis, neq; ex scriptura uectigal conseruari potest. Quo tandem animo esse existimat aut eos qui uectigalia uobis pensitant, aut eos qui exercent atq; exigui? Cū duo reges cum maximis copijs prope adssint: cum una excursio equitatus perbreui tempore totius anni uectigal auferre possit. Cū publicani familias quas in salinis habent, quas in agris, quas in foribus atq; custodijs, magno periculo se habere arburentur: Salinas Ancus Martius Romanorū rex tertius instituit, ut autores sunt Liuius & Plinius. Sed salarium uectigal Liuius in censura cōmētus est, ob id salinator postea dictus, ut autor est Liuius libro undetrigesimo. Tributa autem pro modo census cuiusq; conferebantur. Cuius rei tenuia documenta apud scriptores reperiuntur, quantum equidē meminerim. Liuius libro ix. de bel. Maced. de censura Catoniana loquēs: In censib⁹ quoq; accipiendo tristis et aspera in omnes ordines censura fuit. Ornamenta & uestem muliebrem & uehicula quæ pluris q̄ quindecim millium æris essent in censum referre uiatores iussit. Item mancipia minora annis xx. quæ post proximū lustrū x. millibus æris aut eo pluris uenissent, ut ea quoq; decies pluris q̄ quanti essent aestimarentur, & his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur. Attribueretur hoc

Aerarium
Romanū ex
tribus generi
bus redditus
constitutum.

Salinator un
de dictus
Tributum
Romæ pro
modo census
cōferebatur.

loco significat tributi nomine statuerentur. Ergo Cato detergere
 uolens homines à luxu, pluris decies delicatam uestem & uenusta
 mancipia, q̄ quanti uendi possent aestimauit, in æris singula millia
 ternoas asses tributi constituit. Tacitus lib. XI. Eodem anno cre-
 bris populi flagitationibus immodestia publicanorū arguentis, du-
 biauit Nero an cuncta uectigalia omitti iuberet, idq; pulcherrimū
 donū generi mortaliū daret: sed impetum eius multū prius laudata
 magnitudine animi attinuere senatores, dissolutionē imperij docen-
 do, si fructus quibus respu, sustineretur, diminueretur. Quippe sub
 latiss portorū, sequens ut tributorū abolitio expostularetur: tempe-
 randas planè publicanorū cupidines, ne per tot annos sine querela
 tolerata, nouis acerbitatibus ad inuidiā uerteret. Ergo edixit prin-
 ceps ut leges cuiusq; publici occulte ad id tempus prosciberetur.
 Omissas petitiones non ultra annum resumerent. Romæ prætor
 per prouincias qui pro prætore aut consule erunt, iura aduersus
 publicanos extra ordinem redderent: militibus immunitas seruare-
 tur, nisi in ijs que ueno exercecerent, sliaq; admodū & qua, que bre-
 ui seruata, dein frustra habita sunt: manet tamen oblitio quadra-
 gesimæ quinquagesimæq; & quæ alia ex auctionibus illiciis nomi-
 na publicani inuenierant. Temperata apud transmarinas prouinci-
 as frumenti subuetio: & ne censibus negotiatorum naues ascribe-
 rentur, tributumq; pro illis penderent constitutum. Non nihil etiā
 de hoc dicunt in l. forma. In titulo de censib; in pandectis. Stra-
 bo de Britannia loquens lib. quarto quam uectigalem sub Augusto
 factā fuisse dicit: τέλη τε ὄντως ὑπομένουσι Βαρβάροι τὸν τε εἰσοδεόν
 πολύων λόγον κατακύνεις, τὸν ἐξεγόνθιων. Vectigalia etiam
 sic tolerat grauia earum rerum que in Gallia exportat aut q̄ inde im-
 portant. Et rursus: Ita nullo iam praesidio ad insulæ custodiā opus
 est. Non enim una plus legione opus est ad exigenda ab eis tributa.
 Constituta autem erat omnis impensa ratio exercitui pro modo tri-
 butorum. Alioquin minui necesse uectigalia si tributa insuper im-
 perarentur. Quod si uis inferretur, periculum esset ne ad defecti-
 onem

onē solicitarentur. Sic enim illa Strabonis uertēda mihi uerba uisa sunt: ēis iōv ḥ καθίσας πᾶν ἡ ἀνάλωμα τῇ σρατέᾳ ζεῖ προσφερομένοις χρήμασιν, ἀνάγκη ἐ μφῶντις τὸ τέλι φόρων ὑπερβαλλομένων. ὅμοις ἡ κυνδύνους ἀπατῶν πνὰς βίας εἰπαγομένης. Age citāda una autoritas insignis ad cōiecturā faciendā in uniuersas opes Romani imperij. Et erit ex eodem autore libro XVII. quo in loco Strabo ostendere uoles magnitudinem reddītūm eius prouinciae ita inquit: Τοιούτου δὲ τὰς προσόδους οὐ πνι λόγῳ κικέρων φρέσι. φίσας καὶ τὸν οὐρανὸν ζεῖς τὸν κλειστὸν παῖδες ζεῖς ἀνατῆ προσφίρεις φόρον ταλάντων μυριών β'. φ'. ὅπου οὖν ἡ κάκισα ἡ, ἁσθμότοτε πᾶν βασιλέαν Διοκλῆν ζεσεῦτα προσωπεύεται, πάντα νομίσω τὰ νῦν Διάς ζεσαντὸν μελέας οἰκενομούμενος, καὶ τὴν ίνδι κῶν ἐμπρόφων καὶ τὴν Ἰωνίαν πολιτικῶν ἐπινειμένων οὐδὲ ζεζεν.

Aegyptii autem redditus Cicero quadam in oratione eleganter explicans Auletæ patri Cleopatræ dicit talenta duodecies millena et quingena quotannis ex Aegypto obuenisse. Quare si is rex qui et dissolutissime et nequissime regnum administravit, tantum annua obuentio habuit ex Aegypto, quid nunc existimare conuenit, quantiqt; estimare redditum eiusdem prouinciae tanta prouidenia administratæ, præsertim Indicis negotiationibus et Troglodyticis usque adeo adactis? Siquidem superiore tempore negligi quidem nauigia Arabicum sinum penetrare ausa sunt, ut proras quidem nauium extra angustias illas exererent: At nunc et classes ingentes ad Indiam usque uela faciunt et ad extrema Aethiopie. Ex quibus merces pretiosissimæ importantur, et inde rursus in alia loca transmittuntur. Ita duplex inde uectigal cogitur, mercibus scilicet importandis et exportandis. Atqui eorum quae magno uaneunt magnum quoq; uectigal est. οὐτε τὰ τέλι Διπλᾶ συνάγεται, τὰ μὲν ἐσαγωγικά, τὰ δὲ ζεσαγωγικά. Τὴν δὲ βαρυτήμων, βαρέας, τὰ τέλι. Adde etiam (inquit) quod Alexandria prædictarum mercii unū est receptaculū, non aut sola plerūq; eiusmodi merces uēdiat et exteris suffedit.

Aegypti
redditus.

καὶ τὸ μὲν καὶ μονοπωλίας ἔχει. μόνη δὲ ἡ ὀστεούνδρειος τριῶν ζεύς
τῶν ὡς ἔστι τὸ πολὺ ὑπόδοχεῖον ἵστι, καὶ χορηγεῖς ἕτερος ἵκτος. Καὶ
sunt eiusmodi merces ignorare nemo potest qui legem ultimam le-
gerit τιμῆι de publicanis in Pædestis, propter quas institutum est
uectigal rubri maris, ut apud Plinium legimus. Ptolemæus pater

Auletes. Cleopatrae fuit ultimæ Aegypti reginæ. Qui omnibus flagitijs
inquinatus etiam tibicinū arte exercuit; ob quā cognomētū auletæ
id est tibicinis meruit. Hic ob nequitiam & facinorosam uitiam, ab
Alexandrinis exactus, à Gabinio duce Romano qui tum Syriam
obtinebat reductus est. Quo nomine Gabinio lis decem millibus ta-
lentū æstimata est accusante Memmio, ut ex oratione Cicero-
ni pro Rabyrio Posthumo ira præcedentibus diximus. Poenæ ta-
men capitali ereptum eum significat Valerius libro octavo in prin-
cipio: Cæterū in qua oratioe Cicero hoc dixerit, quod Ptolemæus
duodecies millena & quingenta talenta ex Aegypto quotannis per-
cipiebat, nescio. Nisi in hac eadem pro Rabyrio loco aliquo mutila-
to. Vel in ea oratione quæ non extat, quam pro Gabinio habuit,
cui olim infensissimus, postea reconciliatum se dicit, his uerbis: Mē-
hi hæc Cai Memmi causa defendendi Gabiniū fuit reconciliatio
gratiæ: neque uero me poenitet mortales inimicitias habere. Verū
duodecim millia & quingenta talenta Attica (Attica enim hic in-
telligi puto non Aegyptia, quæ quadrante Atticis maiora sunt) se-
ptuagies quinquies centena millia aureorum nostrorum ualent.
Quibus si augmentum addas ex Strabonis sententia, fortasse cen-
ties centenis millibus redditum annum Aegyptii iure æstimare po-

Quo admi- teris. Sed operæ pretium facturus mihi uisus sum, si rationem ad-
ministrarentur ministrandæ eius prouinciae sub Augusto et Tyberio prosequerer
prouinciae sub ex eodē autore: De Actiaco enim bello loquës ab Augusto cōfecto,
Augusto. & Antonio & Cleopatra captis, Aegyptū ab eo dicit in prouinc-
iae formā redactā his uerbis: ἐπάρχια ἡ τριῶν ἵστι, φόρος μὴν τελοῦ-
σα ἀξιολόγος. ὑπὸ σωφρόνων ἡ ἀνδρὸς διοικουμένη, τῷ πεμπομένῳ
ὑπάρχων ἀετός. ο μὴν οὖν πεμφθεῖς, τὰ τῷ βασιλίως ἔχει ταξίν.
νπ*

ὃ πάντες δέ τινος δικαιοδότης τῷ πολλῶν κρίσιων κύριος. Θεός
 εἶλθε δέ τινος προσαγερευόμενος τῷ θεῷ λόγῳ οὐ τῷ αὐτῷ
 απότοντος καὶ τῷ εἰς κατιστάρε πίπτειν ὀρελόντων εξετασίσι τις,
 παρέποντας δέ τοις απελεύθεροι κατιστάρε οὐκενόμει, μέτι-
 λώ καὶ εἰλέπιο πεπιστευμένοι πρόχυμετος. Nunc autem prouincia
 est tributa pēdens memorabilia, à uiris eiusmodi administrata qui
 sibi temperare nouerunt, quicquid semper rectores ad eam cum pote-
 state mittuntur. Qui uero recturus mittuntur, si uicem regis obti-
 net, sub eoq; est is qui Dicæodotes dicuntur, id est iura reddens, in Dicæodotes.
 cuius potestate ferè sunt iudicia. Est et aliis magistratus qui idios Idios logos,
 logos, id est priuata ratio dicuntur: earum rerum indagator, quæ priuata ra-
 despotæ græce dicuntur, id est assertorē non habentes, uel nul-
 lius dominio mancipatae, et omnino earū rerum quæ in Cæsarem Adespotæ et
 recidunt. Horum uelut aſſeclæ sunt liberti Cæsariorum dispensato res Adespo-
 res, quibus maiora minoraq; negotia permittuntur. His uerbis pro tæ-
 curat priuatae rationis dicuntur, qui ea persequitur quæ fisco obue-
 niunt, non quæ aerario οὐ populo, uel priuato principis patrimonio.
 Ex quo patet proprie esse hoc uerbi usurpatū in lege procurator
 in titulo de edendo in Codice Iustiniani: licet aliter Accursius opere
 natuſit. Adespotæ autem appellat quæ etiā Hermæa dici possent, uel
 go albana ſpaua' que dicuntur. Deinde idem autor enumeratis co-
 pijs militaribus quæ ad eam prouinciā tuendā statutæ sunt. Τῷ
 δέ τινι χωρίων ἀρχόντων, ὅτε εἴη γε τίς ικανὸς τῷ τραπέῳ, προφύ-
 παν ἀμπελόδρυν, καὶ εἰχων πατέιους πνεύματα, καὶ εἰπιμέλειαν τῷ
 τῷ τραπέῳ χρισμάτων, καὶ ὁ νομονυμος Γεγράφος, καὶ ὁ ἀρχιδικαστής. τοι
 ταρπεῖς ἡ ὁ νυκτίρινος σρατηγός. Inter municipales autem magistratus
 est qui exegetes dicuntur, quasi ſacrорū interpres, uel augur in ur- Exegetes.
 be, purpurā gestas, οὐ alijs honoribus prouincialibus insignis: earū
 rerū procreationem habēs, quæ ciuitati cōducūt. Est etiā qui hypo hypomnema
 mnematographus, id est à commentarijs dicuntur, et q; iudicib; præ- graphus.
 est, ob id archidicastes appellatus: οὐ quartus, prætor nocturnus. Archidica
 Cicero pro imperio Gn. Pœpī uel tigalibus Romanis ita inquit: stes.

Nam

Nam cæterarū prouinciarū uectigalia Quirites tanta sunt, ut his ad ipsas prouincias tutadas uix contēti esse possimus: Asia uero tā opima est & fertilis, ut & ubertate agrorū & uarietate fructuū & magnitudine pastionis, & multitudine earū rerū, quæ exportātur, facile omnibus terris antecellat. Plin. autor lib. xxxiii. post Persen regē Macedoniacē deuictū, & gazā eius in ærariū illatam, populū R.o. tributa pēdere desuisse. Quæ tamē postea restituta esse ex eo cōjicio quod Cicero in II. Philippica dixit: Vbi est septies millies sestertiū quod in tabulis quæ sunt ad Opis petebatur? fūnest& quidē illius pecuniæ, sed tamē quæ si ijs quorū erat non redetur quæ nos à tributis possit uindicare: ubi petebat legendū puto. Non omittendū & id quod idē Strabo libro sexto tradidit, Romanos initio plurimā Aphrice et Asie partē regibus sibi subdīnis cōmisissē, quos propter amicitiā et societatē regnare permiserunt: postmodū aut uel defectione regū et uiolatis foederibus, uel stirpiū regiarū interitu omnia fermè in prouinciarum formam redacta esse. Sic Attalicū regnū, sic Syriū, sic Paphlagonū & Cappadocum, & Aegyptiorū & Mithridatis Eupatoris ad Romanos peruenisse, adeo ut Tyberij tēpore cuncta intra Phasin & Euphratē præter quosdā Arabas Romano tenerētur imperio, uel à regibus à Romanis impositis. Armenij uero, et Albani Colchis superiores et Iberi, sola ducū præsentia in officio continebātur. Sed cum Romanos uiderent uarijs negotijs, aut bellis implicitos, statim ad res nouas solicitari gentes efferatae solebant, sicut et ea gentes quæ trās Istrum flumen & Euxinum pontum habitabant. Iosepus autem in secundo de bello Iudaico Agrippam ad Hierosolymitanos orationem luculentam habuisse cōmemorat, & de potentia & opibus Romanī imperij magnifice differuisse, ad deterrendos Iudeos ne ad rebellionē spectarent. In ea autem oratione circa mediū ferē ita eum loquentē inducit: Nam tertiam partē orbis terrarū, cuius nationes quidem numerare promptū est, ab Atlantico mari & columnis Herculis usq; ad mare rubrū sitas, totā armis Romani sube-

gerunt;

Quonā modo regna in prouincias redacta sint.

gerunt: & præter annuas frumentationes quibus R omanā plebem
 octonis mensibus alunt, alia quoq; tributa pendunt: & quidē apud
 illos una tantū legio cōparatur. Quanq; quid opus est exemplis lon-
 ge petiis potentia R omanā enarrare? cū eam possitis de uicina uo-
 bis Aegypto optime æstimare. Hæc enim cū ad Aethiopas usq; por-
 rigatur opulentiamq; Arabiam, conterminaq; sit Indiæ, ac septin-
 genties & quinquagies centena millia incolarū habeat extra Ale-
 xandrinum populum, tributa tamen obsequitissime pensitas (quorū
 magnitudinem æstimare de censu singulorū capiū licet) R omano
 parere imperio non grauatur. Tametsi quātum stimulū defectio-
 nis habens Alexandriā urbem, cum multitudine hominū & opibus
 abundantem, tum amplitudine & ambitu nō imparem: ut que lon-
 gitudine stadia triginta latitudine decem habeat. Tributorum ue-
 ro multo amplius in singulos menses pensitet, q; uos in annos singu-
 los conferatis: & eo amplius R omano Populo quaternū mensium
 frumentum suppeditet. Due autē legiones ciuitati infidentes pro
 fundam Aegyptum cum illa Macedonum nobilitate frenant. De
 magnitudine Alexandriæ Strabo idem cum Iosepo dixit: latitudi-
 nem paulo minorem ponens. Octo autē legionibus eo tempore Ger-
 mania obtinebatur, ut inibi Iosepus in persona Agrippæ differat:
 quod eo pertinet quod superiore libro de legionibus ab Augusto de-
 lectis, & per orbē collatis diximus. Opimos aut̄ fuisse redditus Hi Hispания opī
 spaniae ex eo coniūcere datur, quod de opulētia eius prouinciae scri-
 biūr præsertim Turdetaniæ que & Bætica dicuntur. Strabo libro Turdetania
 tertio miranda de fertilitate eius narrans quodam loco ita inquit: eadē & Bæ
 Quum uero supradicta regio tot bona suppeditet, maxime tamen iica,
 admiratione digna est ob metallorum copiam, quibus uniuersa Hi
 spaniae regio scatet: non ubiq; ipsa frugibus exuberans, & præser-
 tim ubi metallis copiosa est. Rarum est regionem inuenire utraque
 re uberem. Rarius etiam illud eandem regionem in paruo quodam
 agro metallis omne genus abundare. At uero Turdetania & finit
 ma ei regio rationē nullā cōmendandi sui eo nomine remittit scri-
 bente

bere de ea re uolenibus, usque adeo numeros omnes laudis in metal lis impleuit, nihil ut ei ab sit quod quidem memoratu dignum sit: ne q; enim aurum, neq; argentum, neq; æs, neq; ferrum alibi terrarū, aut tantum, aut tam eximium nasci adhuc compertum est q; in tur dentaria nascitur: ὃς τὸν Κύρον τοιούτον τὸν ἀρετὴν τὸν Κύρον επωνῦμον βασιλέων οὐτε τὸν χρυσὸν οὐδὲ τὸν ἀργυρόν χαλκὸν οὐδὲ τὸν σιδηρόν οὐδημούν τὸν γῆς οὐτε τὸν βασιλέων οὐτε τὸν αγαθὸν θεάτρασαι γεννώ μηδεποτέ χρυσόν. Ac ne aurum quidem solum effoditur, sed etiam trahitur. Deferunt enim aurum amnes, & torrentes auream arenam, quæ etiam mulieris in locis aquarū indigis reperiuntur, sed in his non apparet: in ijs autem locis quæ fluminibus alluuntur auri pse gma, id est scobs aurea resplendescit. Idem: Inter auri rameta refer

Pale. tas aliquando fuisse aiunt selibrales glebulas, quas palas appellat, quæ perquā modicæ purgationis indigerent. εν τῷ Κύρῳ τύμασι τῷ χρυσίου φορίν Κύριον τοτε καὶ μιλιτιοῖς βάλους & κελοῦς παλλακας, μικροῖς καθόρσεως σκαλήνος. Apud Strabonem lati num pilas corrupte pro palas legitur. Idem paulo inferius. Polybius autem argentifodinas commemorans, quæ sunt circa Carth

Memorabi lem nouam, ab Urbe xx. fermè stadiis distantes, quatuor decu les argenti fo rias operantium hominum fuisse ait, qui tunc in dies singulos uice dinc. na quina drachmarū millia populo Romano referrent, nos uigintiquinq; millia drachmarū aureis nostris aestimare instituimus, du obus millibus & quingentis. Qua ratione ex Carthaginēsibus metallis argeti Romanus populus noningena duodena millia, et quin genos aureos nostros quotannis percipiebat. Sed huius summae ut arbitror partem impendia auferebant, etiā si uincti foderent. Verba Strabonis haec sunt: ὅπου τέ πλορες μοιρες ἀνθρώπων ιδύειν τῇ οργαζομένων, ἀναφερόντων τέ τοιούτοις λίμναις τῇ ορμοίσιν καθικεῖσιν οὐμέροις διυσμυρίαις καὶ πεντακιχιλίαις Δραχμαῖς. Plinius libro III. Beata à flumine medium eam secante cognominata cun das prouinciarū diuini cultu, & quodā fertili, ac peculiari nitore

præ

præcedit. Idem alibi: Metallis plumbi, ferri, æris, argenti, auri tota
 fermè Hispania scatet, Bætica etiā minio. Vniuersæ Hispaniæ Ve
 spasianus imperator Augustus iactatus procellis reipublicæ, La
 tiij ius tribuit, uel iactatum potius, ut referatur ad Latij ius. Idem
 libro tricesimotertio: Aurum arrugia quæ sitū non coquuntur, sed sta
 tim suum est. Inueniuntur ita massæ, nec non in puteis denas exce
 dentes libras. Palacas Hispani, alijs Palacranas: ijdem quod minu
 tum est ballucē uocant. Strabo Palas dixit appellari massulas au
 ri semilibrales. Plinius Palacas, sed denarū libraru[m]: ballucæ qua
 tuor decim unciae pro auri libra inferebantur à metallarijs sanctio
 ne principiū, ut legimus in titulo de metallarijs li. 11. Codicis: græ
 ce Chrysammos dicitur: lingua nostra uernacula paleolas appelle
 lat auri ramenta quæ alluuiione riuorum deferuntur, cuiusmodi ho
 die circa Pyrenen inueniuntur: nos enim inde uidimus nonnullas
 ciceris magnitudine, quibus nulla excoctione opus esset: pleræq[ue] ta
 men minutæ sunt et tenues, unde nomē sortitæ sunt. Quapropter
 apud Pliniū libro tricesimoquarto ita lego ex antiquis exemplaribus: Pliniij locu[m].
 In ærarijs officinis & smegma fit: iam liquato ære atq[ue] percocto,
 additis etiamnum carbonibus, paulatimq[ue] accensis, ac repente uehe
 mētiori flatu expiuit æris palea quædā. Nec me latet Hermolaū
 pala legere ex Strabone: nā Strabo palas appellauit massulas au
 ri semissales. Plinius paleas appellat non glebulas, sed rametulas,
 palearum formam habentes, quod non magnopere mirum est Her
 molaum in transcursu non animaduertisse. Idem Plinius libro tri
 cesimotertio de argenti metallis loquens: Mirum, inquit, adhuc per
 Hispanias ab Annibale incohatos puteos durare, sua ab inuentori Putei ab AN
 bus nomina habentes. Ex quibus Bebelo appellatur hodie qui CCC. nibale inco
 pondo Annibali sumministrauit in dies ad mille quingentos passus hati.
 cauato iam monte, per quod spatium Aquitani stantes diebus nocti
 busq[ue] egerunt aquas lucernarum mensura. Trecena pondo Roma Trecena fō
 na, tricena millia drachmarū efficiebant, quæ terna millia corona do Romanas
 torū ualent. Quare hoc dictū Pliniij cōuenit cum superiore Stra
 u bonis

Mira auari
tia.
memorabilis
redditus me
tallorum.

bonis loco, ut sufficer Plinium de Carthaginensibus argentifodi-
nis locutum, quæ in citeriore Hispania erant, finitima Aquitanis.
Polybius enim æqualis Annibalis etatis fuit. Rursus Strabo: φι-
σὶ δὲ προειδώνιος μάρκου μάρκελλον προέξοδαι φόρον ἐν τηλ
πειρίας τάλαντος ἔξακόσιος, ἐξ οὗ τεμαχίραδαι πάρεσιν ὅτι τρα-
λοὶ ἕσσον δικελτίβηρες καὶ χρυμάτων εὐπροῦντες. Ait autem Posido-
nius Marci Marcellū exegisse tributū ex Celtiberia ad talēta sex
centa. Ex quo cōiecturā facere est Celtiberorū gente numerosissi-
mam fuisse & pecunia abundantē. Tametsi regionē ieūnā incole-
rent. Plinius libro XXIII. de metallis Hispaniæ loquēs: Vicena,
inquit, millia pōdo auri ad hunc modū annis singulis Asturiā atq;
Galleciā et Lusitaniam præstare quidā traddiderunt, ita ut plu-
rimum Austria gignat: neq; in alia parte terrarum tot seculis hæc
fertilitas. Vicena millia pondo Romana, tricena minimū noſtra
ualent. Ingentia sunt hæc testimonia de opulētia Hispaniæ, quibus
accedit, et tertium Trogi Pompeij, ut ex breuiario quarto et quadra-
gesimo Iustini nouimus. Strabo autem de tēpore suo loquēs ita inquit,
in mentione metallorū argēti quæ sunt ad Carthaginē nouā: ἐσὶ δὲ
καὶ, νῦν τὸ ἀργυρός, οὐ μάνιον διμοσίος, οὐδὲ ἐντεῦθεν οὐδὲ ἐν τοῖς
ἄλλοις κτήτοις, τὰ δὲ χρυσῆται διμοσιεύεται τὸ πλεῖον. Sunt autem &
nunc argētifodine nō tamē publicæ, nec illic nec alibi, sed priuato-
rum: auri autem metalla pleraq; sunt publica. Hactenus de Hispania.
Cuius etiā Galliæ æmulā aurifera ui fuisse eodē autore cōproba-
bimus. Quippe lib. IIII. de Turdetaniæ. i. Bæticæ metallis loquēs
metalla auri
quondam in
Gallia.
ita subdit: οὐχιοντι δὲ γολοσται τὸ παρὰ ἑωραῖς ἔναιι κρέπιδω μέταλ-
λαι εἰν τοῖς ιμεριῶ ὄρει, τὸ δὲ ὑπὸ ἀντῆ πυριῶν. η μάνιον τοῦ
ἐντεῦθεν εὐδοκιμεῖ. Galli uero meliora esse sua cēsent, quæ in Ci-
merio monte sita sunt, & quæ Pyrene ipsi subiacēt: illinc tamen au-
rum magis probatur quam Gallicum. Vbi puto non Cimerio sed
Cemmeno legendum: Cemmeni enim montes κεμμένους ὄπει,
apud Strabonem libro quarto: Aquitaniam à Cētis discludunt,
quo loco Cæsar Gebennam uel Gebennam posuit montem ponū-
huius

huius pars hodie Tarara uocatur. Rursus idem autor libro quarto de Narbonensi litore loquens & sinu qui Gallicus illic dicitur: ἔχουσι τόποις λόγον κόλπον, παρθένοις ἐστι χρυσῷς απόστασις τετάσης πάντων. εν τῷ βόθροις ὄρυχθεῖσιν ὡς μικρὸν ἐνρίσκυται καὶ χρυσός πλήθεις χρυσίου πλάκες, ἐσθίοντες μικρᾶς καθάρσεως οὐδὲν δύνασθαι. λοιπὸν, φῆγματα ἐστι καὶ βῶλοι, καὶ αὐταὶ κατργασίαι οὐ πολλῶν ἔχουσαι. Tarbelli inquit eum sinum obtinent, apud quos aurifodinae sunt omnium præstantissimæ: in specubus enim leniter effossis inueniuntur auri crustæ quæ manum implere possint, interdum modico purgamento indigentes: reliquum autem aurum ramenta sunt & glebulæ, modicam & ipsæ operam poscentes. In terior autem regio & montana melius solum habet: nam ad Pyrenen conuenarum est ciuitas qui eō ad incolendum conuenerunt, ubi oppidum Lugdunus. Hallucinatus eo loco interpres qui locum ita uertit: Nam ad Pyrenen conuenarum Synclydo est ubi oppidum Lugdunum, quasi Synclydon nomen effet oppidi, cum gentiūs sit pluralis conuenarum significans. Synclydes enim collectiū alicuius loci habitatores dicuntur ut latinæ cōuenæ. πρὸς τὴν πυρήνην ἡ τῆς κρουένων ἐστι συγκαύλων εν τῷ πόλις λούριον. Plinius de Aquitania loquens: Mox in oppidum, inquit, cōtributi cōuenae. Lugduni autē oppidi in ea regione nō meminisse Strabo his uerbis: Tectosages pyreneis propinqui sunt montibus: paulū etiā aquilonare latus Cemmenorū montiū attigit, terrā colētes auro multo præditā. ἐφάπλοντες τὸ μικρὸν καὶ τὸ προσερκτιον πλευροῦ τὸν κειμένων. πολύχρυσόν τε νέμονται γῦν. Apud ipsos autē thesauros ab imperatore Romano Scipione repertos in urbe Tolossa et ablatos ait, à quibus aurū Tolossanum apud scriptores Aurum Todecatatissimum, in prouerbiū cessit, ut autor est Gellius. τὰ μὴν τὸν lossanum. πεθέντας εἰ τῇ Ζελάσῃ χρύματα μυρίων ποὺ καὶ πεντακιχιλίων ταλάντων γενέσθαι φασί. τὰ μὴν εἰ συκῆστρα κείμενα, τὰ δὲ εἰ λίμναις ἱεραῖς, οὐδὲν μίσθιον κατασκευλῶν ἔχοντα, ἀλλ' ἀργὸν χρυσίου καὶ ἀργυρού Posidonius (inquit Strabo) uerisimiluer

tradit pecunias Tolosse repertas ad quindecim talentum millia, quarum parte in fanis, partem in lacubus cœserratis recondita fuisse, argentum aurumq; infectum atq; rude. Et rursus paulo inferius: Ut autem inquit Posidonius, & alij complures, regio ipsa auro aliquam abundas & homines habentes superstitioni addictos, & ad parsumoniam in uictu assuetos, multis in locis Celticæ Galliae thesauros habuit, maxime uero lacus eis sacros sanctos à prædoniū direpti nibus thesauros præstabat, in quos ideo auri argentiq; pondera de miserant. Romani uero quum uir armis loca ea obtinuissent, aetionis lacuseos publice subiecerunt. Emptorum autem plurimi molas argentreas ductiles inuenierunt. μόσχις δὲ οὐρανοῖς λίμναις πλεύσουσιν παρεῖχον, οἷς οὐκ οὐδέποτε ὄργυρου ή καὶ χρυσοῦ βάρη. οἱ γοῦν ρωμαῖοι κρατήσαντες τοῦτον τὸ πων ἀπέδοντο τὰς λίμνας διαμοσία. ή τοῦτον ὡνητοκλήσιων πραλοὶ μύλους ἐποροφυριαζόντες αὔριον.

Lucius. γυροῦς. Idem autor est Lucius Aruernus patrē Bannū (qui Banitus Aruernus. cū Maximo Aemyliano & Domitio Aenobarbo ducentorū milliū hominum exercitu conflixit) tantis delicijs diuinissimisq; circumfluxisse, ut aliquando ostendendarū opum gratia curru uectus per campum ingredetur, nūmos aureos argenteosq; huc atq; illuc spargens, quibus colligendis amici & comites occupati sequentur. ζεσοῦτον πλαυτέρες λεγοτε καὶ θυφῆ Λιενιγεῖν, ὥστε πρὸ τοῦ θεάτρου φίλοις τὸν ἔνθρον, επ' ἀπίνυν φίρεαδεικνύειν, χρυσοῦ νόμισμα καὶ ὄργυρου δεύρο οἰκεῖστο μισσατέρων, ὥστε συλλέγειν ἐκένους ἀκγλονθοῦντας. Auri Tolossani meminit Gel. lib. IIII. & Cice. de natura deorū lib. IIII. ob cuius raptū quæstionē **Cepio.** habitam esse dicit. Trogus libro XXXII. Cepione appellat eum imperatorem qui aurum Tolossanum abstulit: quod sacrilegium ei, & exercitui eius excidiū causam fuisse tradit. Auri autem, inquit, fuere centum & decem millia pondo: argenti quinque decies centena millia. Hæc summa uix dicere ausim quanti estimanda sit: auri singula pondo minoris estimari centum aureis solatis non possunt etiā ut undecima pars aeris in eo mixta fuerit. Qua ratione aurum illud

Tolossa-

Tolosfanum centies & decies centenis millibus aureorum ualuit: quod si obryzū fuerit i.e. centenis & duodenis solatis in libras aestimabile, centies uicies ter centenis & uiginti millibus ualuit. Quod autem ad argentum pertinet Trogum existimari non quinque Quinque de decies cetera millia pondo scripsisse, que summa quinquagies milles, & qualities mille aureos ualeat, sed quindecies centena millia, que quindecies. millies mille aureis coronatis aestimantur à nobis, id est centies & quinquagies centenis millibus. Quod si quis Trogum quinque decies scripsisse malit, tamen pro quindecies intelligam: modo apud Suetonium in Augusto quaterdecies millies pro bis sepius, id est quatuordecies. Cicero etiam sic usus est. Strabo ex Posidonio quindecim millibus talentum argenti aestimasse aurum argen- tum que simul uidetur: que summa minor est minima prædictarum, id est nonagies centena millia aureorum. Apud Iosepum libro supradicto Agrippa magnifice de Galliarū situ & felicitate Gallicas lorum domestica differunt: quos omne genus bonis apud se scatentibus totū penè orbē irrigare, mirifico præconio uociferatur, & nihilo secius sub mille & ducentis milibus Romano imperio parere, quibus plures propemodū ciuitates habeant, non animi mollitia, ut qui octoginta annis pro libertate dimicassent, sed animi destinatio ne in obsequiū eius gentis fixa cuius & uirtute experti fuissent, & fortunam admirarentur. Multa adhuc adnotauimus, que fide caritura sunt, ut opinor, præsertim apud eos (ut dixi) qui oīa & præterita & futura præsentis temporis modulis metiuntur: unū etiam ad dam ex eodē Strabone, qui de Bætica loquens πολὺ ἡ καθῆται πρότερον. νῦν ἡ ἐρικαὶ μέλλον τὸν κραξῶν, καὶ πρέσοι τις εἰστὸν καλούσ, ταλαιπωρίους γοῦν ὠροῦνται. Κύριος εἰς τὰς ὀχέας. Mula autem uestis antea inde ueniebat: nūc autem lanæ magis qā Coraxis, Arietes tale pulchritudine eximia: siquidem propter hoc arietes talētari pretio tares in Bæ emūtur ad admissurā. Coraxi autem populi sunt Colchorū Stephano iica. de urbibus. Talentum sexētis aureis aestimamus: tāti autem uēditari arietes potuerūt apud eos, qui asinos admissarios, uel etiam asinas

Auri metalla exhausta
hoc tempore.

Michaël
Bodetus.

Auri ad ar-
gentum ana-
logia.

ad foeturā, id est ad mularū partus x.l. sestertijs emerēt, ut supra ex Varrone & Plinio didicimus. Verū enim uero cum tot olim auri metalla fuerint, & in Hispania, et in Gallia, hodie neutrobi esse dictūatur quæ quidē cōmemorari digna sint. Nā & Strabo suo iam tempore in Tmolo & circa Pactolū & alijs in locis consumpta fuisse auri metalla, autor est lib. xiii. Vidimus hoc anno ex Lingonensi agro effosso lapides auro argentoq; interstinctos, ex quibus aurū argētūq; elicitor, hos metallarū pro experimēto dederat: qualis aut̄ subesset uena nondū compertū erat. Is ager in diuīōe est Michaëlis Bodeti antistitis Lingonēsis, uiri cū singulari, ac multipli eruditione prædici, tum uero ad priscā normā continentiae pōtificiæ exacti. Cuius auspicijs metallarū opifices specimina supradicta auri argentiq; metallorū ediderūt. Postremo idem Strabo libro decimoquarto circa finem: Polybius, inquit, autor est tempore suo circa Aquileiam, & præsertim in Tauriscis Noricis inuenitam esse aurifodinā sic natura commodā, ut cū quis in duos pedes terræ superficie detraxisset, statim aurum fossitū inueniretur: effossonem aut̄ non infra quindecimū pedem processisse. Fuisse aut̄ aurum illud partim purū magnitudine fabæ aut lupini, octaua tā tum parte decocta, paruum pluscula indiguisse excoctiōe, alioquin ualde utile. Verum cum Itali Barbaris in ea re operā nauare cœpissent, cōtinuo intra duos mēses aurum per totā Italīā tertia parte pretij uilius esse cœpit. Quod cū Taurisci animaduertissent, eis etiis adiutoribus operis soli aurū promercale exposuerūt. Nunc autem, inquit, omnia auri metalla in Romanorū potestate sunt. συνβολήσιν δὲ τοῖς Βαρβάροις οὐκ ἵταλιων, ενδιμήνω πόροι χρῆματα χρυσοίον ἴνωνέργον γενέσθαι τοῖς μέρει καθ' ὅλην τὴν ἵταλην. οὐδὲ οὐδέποτε δὲ τοῖς παρίσκους μονοπωλεῖν ἐκβαλόν τοις τοῖς συνβολήσιν δύνανται. νῦν δὲ ἀπανταχ χρυσοῖς ὑπὸ ἡμερόis ισι. Hoc dictum Strabonis eo pertinet quod supra de auri ad argentum analogia dictum est, quæ uaria olim fuisse deprehēdūr. Pollux decuplicem posuit. Ex Plinio Romæ primum dimidio etiā

maiorem

maiores fuisse docuimus. Rursus Træquillo autore Cæsar dictator aurum in libras ternis millibus nummum uenundedit, quæ ratio subduplex est eius quā Plinius posuit, quæ ē eiusmodi, ut aurū quindecies argento repensile fuerit. Si tamen locus emendate nūc legitur, quod uix mihi persuadeo, ut alibi dictū est. Herodotus, nō modo aurum, sed etiam psegma aureum tredecies tanto argenti taxabile posuit, cum tamē den& quaternæ unciae psegmati uel Chrysamni sanctione principali pro singulis auri libris cedant, ut diximus. Qua ratione septima fere parte psegma auro obryzo uilius fuisse conuincitur. Sic Herodoti aestimatio proxime ad Plinianam accedit. Porro ex Tacito docuimus aureos singulos Romanos nūmis ualuisse centenis. Qua ratione auri drachma duodenis argenteis et hemidrachmio ualuit: nostri autē tēporis aestimatione aurum paulo minus duodecies argento rependitur. Intelligimus igitur ex uerbis Strabonis interdū ppter auri copiam ex metallis existentē, auri pretiū diminutū etiā tertia parte: sic fit ut Pliniana aestimatio ad Pollucis estimationē redeat. Nostri autē pleriq; opinantur iusta auri ad argentū proportionem decuplicem censerī. Sed auri pœnuria esse auctā, id quod ex iā dictis nō uidetur esse uerū. In uniuersum autē ostendimus uarias auri indicaturas, quæ auri etiā pretia euariare faciunt: nec aliud statui (ut arbitror) ex antiquorū lectio ne de auri ad argentū pportione potest. Ad ea autē quæ de Gallia diximus, illud etiam addemus, Lugduni Argyrocoptium fuisse Romanī imperij, id qđ Strabo lib. I.III. his uerbis perhibuit: Lugdunū in colle conditum, ubi Arar amnis Rhodano immiscetur, Romano tenetur imperio, ampliori quoq; dignitate uirorum secundum Narbonem florens, quibus usui magno est emporium; ibi quoq; Romani duces aureum numisma argenteumq; signant: υρὴ νόμισμα χαράκτορι εὐταῦρῳ τε ἀρποῦνται, τὸ χρυσόν. Fuit etiā signandæ pecuniae officina Appolloniæ in Epiro. Ci. ad Gn. Plan. li. xiii. epi. Cū signaretur argentū Appolloniæ, nō possum dicere eū præ fuisse, neq; possum negare eū affuisse. Lugduni autē tēplū cōmuni

Ara memorabilis Lugduni.

Pensitationū tria genera.

Canon.

Caius princeps inaudita prodigia infamis.

Memorabilis cupiscebat, q̄ quod posse effici negaretur: & iactæ itaq; moles in opum immen- festo ac profundo mari, & excisæ rupes durissimi silicis, & campi farum profli- montibus aggere æquati, & complanata fossuris montium iuga, in gator.

Vicies & septies millies sestertiū non toto uertete anno absum- pſit. Idem alibi: Nouissime correctandæ pecunie cupidine incē- sestertiū. sus, s̄æpe super immensos aureorum aceruos patentissimo diffusos loco, & nudis pedibus spatiatus, & toto corpore aliquādiu uoluta- zus est. Vicies septies millies sestertiū, numismate nostro sexagies septies millies mille aureos & quingenta præterea millia ualut: uel

uniuersæ Galliæ impensa extructum est, & Cæsari Augusto cōferratum ea parte ante urbem ubi amnes confluunt: inibiq; ara di- ginitatis eximiae ḡetium sexaginta titulo insignis, dicatis ibi totidē gentium simulachris. Non omitendum etiam prouinciales olim sti- pendiarios tria genera pensitationum agnouisse, canonem, oblatio- nem et inductionē, quæ etiam hodie populares in Gallia agnoscūt. Hæc tria genera Cicero his uerbis cōplexus est in tertia in Verrē actione, autore Asconio, sic enim inquit de Sicilia loquens: Quan- do illa frumentū quod deberet, non ad diem dedū: quando id quod opus esse putaret, non ultro pollicita est: quando id quod imperare tur, recusauit: Age iam percenseamus immensas pecuniarum sum- mas & impendia inusitata quibus cōfirmari possit id quod ante dī- ximus de reddiūibus opimis Romani imperij. Tranquil. in Calig. Nepotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superauit, com- mentus nouum balnearū usum, portentosissima genera ciborū atq; coenarum, ut calidis frigidisq; unguentis lauaretur, pretiosissimas margaritas acetō liquefactas sorberet: conuiuis ex auro panes & obsonia apponeret, aut frugi hominem esse oportere dictans, aut Cæsarem: quin etiā nummos non mediocris summæ ē fastigio ba- silice Iuliæ per aliquot dies sparsit in plebē. In extractionibus præ- diorum atq; uillarum omni ratione posthabita nihil tam efficere cō-

uel (ut prisco more loquamur) sexcenties septuagies quinquies cen-
 tena millia aureorum. Cræci sex millia sepiungentas & quinqua-
 ginta myriadas aureorum dicerent. Priscum aut eum morē nume-
 randi fuisse ex Plinio apparet libro XII. ubi de Arabia Felici lo-
 quens: Minima (inquit) computatione millies centena millia sester-
 tiū, annis oībus India & Seres, peninsulaq; illa imperio nostro
 adimunt, nō dicūt cēties millies, mille sesteritiū, ut nūc uulgo loquā-
 mur, sed millies centena quod idem est. Sic alibi in II. Pars nostra
 terrarum de qua memoro, ambiente (ut dictum est) oceano uelut
 innatans, longissime ab ortu, & ab occasu patet, hoc est ab India
 ad Herculis columnas Gadibus sacratas octuagies quinquies cen-
 tena septuaginta octo millia passuum, sicut Artemidoro placet au-
 tori. Hoc apud Martianum Capellā totidem uerbis legitur: Lon-
 gitudo ab ortu ad occasum, hoc est ab ipsis Indiæ extremitate, us-
 q; ad Herculi columnas sacratas, octuagies quinquies centena se-
 ptuaginta octo millia sunt, sicut etiam Artemidori autor affer-
 uit. Rursus idem Plinius lib. eodem: Uniuersum aut hunc circuitum
 Eratosthenes in omnium quidem literarum subtilitate, & in hac
 utiq; præter cæteros solers, quem à cunctis probari video, duento-
 rum quinquaginta duorum millium prodidit: quæ mēsura Roma-
 na coputatiōe, efficit trecenties quindecies centena millia passuum.
 Hæc uerba cum sic legerentur apud Vitruvium libro I. nuper Io-
 cundus, architectus uir religioni initiatus, omnis antiquitatis peri-
 locundus ar-
 tissimus, tamen more nostro referenda censuit, in ijs exemplaribus chiectus.
 Vitruij quæ egregie alioquin & solerter emendata imprimenda
 curauit: sic enim in ijs legitur: Quæ ducēta quinquaginta duo milij restitutus
 lia stadiorum fūnt passus semel & tricies millies mille & quingē
 ties mille. Huius aut octaua pars quā uentus tenere uidetur est ter
 millies mille & non ingenties tricies septies mille, et passus quingē
 ti. Qui modus loquendi antiquitatem non respicit, quare sic locum
 potius lego (exlibrorum prius impressorum obseruatione, licet cor-
 ruptus ille locus atq; etiā mutilatus in eis sit) quæ fiunt passus tre-
 a 5 centies

centies & quindecies centena millia. Huius autem octaua pars quam uentus tenere uidetur, est tricies nouies centena triginta septem millia, & quingenii passus. Hac lectione & uetus formula restituitur, & numerus ad passum conuenit. Apocalypseos cap. xi. Et soluti sunt quatuor angelique parati erant in horam & die & mensem & annum: ut occiderent tertiam partem hominum, & numerus equestris exercitus uicies millies dena millia. Alio uero proposito, sic latine & prisco more uerti debuit: bis millies centena millia. Millies enim centena millia myriadum myriada significat.

Afocaly-
locus.

Millies cete-
na millia
Numerandi
rat. o apud la-
timos græcos
q:
Vltra quem numerum græci uocabulum non habent. Nostrates centum millions appellant, cum millionem dicamus millenarium numerum in se multiplicatum. Ergo bis millies centena millia duas myriadas myriadum significat: & ter millies tres myriadas, & deinceps usq; ad decies millies centena millia. Hoc est decē myria- dū myriadas: qd uno uerbo nostrates abaci studiosi milliartum appellant, quasi millionū millionē. Romani igitur per cœtenarios mil- leniorū numerant nō per millenarios, milleniorū, ut græci p- chiliadas chiliadū aut myriadū: qd apud priscos Romanos nullus erat numerus maior centies millenario. Verū apd' Pliniū lib. eodē ubi legitur in codicibus post Hermolai emendationes impressis, tri- cies quater quiquaginta millia, et quinquagies bis quidēcim millia passuum, centena uerbū subaudiendum est, ut recte admonuit. Her- molaus, quomodo & paulo post: Quæ mensura uniuersa ab eo ma-

Cœtene uer-
ri efficit octuagies quinquies septuaginta octo millia. Superius
bū in nume-
ris antiq[ue] s[ecundu]m
pe supplēdū. enim centena additum est à Plinio: quod hic non legitur sed subin-
telligendum relinquitur. Hoc autem liquere potest ex Martiano
ante Hermolam: A Gange amne ostioq[ue] eius quo se in eorum oce-
num effundit per Indianam Parthienenq[ue] ad Myriandū urbem Sy-
riæ in Issico sinu positam LII.M.XV. passuum decem & nouem:
apud Martianum eadem uerba leguntur nisi quod numerus ita
effertur

effertur, quinquagies bis quindecim millia. Ex quo autore Hermo-
laus Plinium eo capite emendauit: quare conjectura ex hoc loco fie-
ri potest ad ea quæ nos ipsi in Plinio mutauimus, ut millies sesterti-
um & quingenties & huiusmodi alia aduerbialiter prolata, quæ
confusa sunt in exemplaribus propter notarum compendia. Simile
est illud quod statim sequitur apud Plinium: Latitudo autem terræ à
meridiano situ ad septentrionem dimidio ferè minor colligitur
LIIII. mil. **LXII.** sic enim in manuscriptis & olim impressis le-
giuntur, cum Martianus dicat quinquagies quater centena sexagi-
ta duo millia. Quem à Plinio hæc & alia superiora transcripsisse
non dubito. Centena autem uerbum in his numeris subintelligen-
dum relinqui planum fit ex eodem Martiano, qui de Europæ lon-
gitudine loquens ita inquit: Europæ solius mensura octogies bis
XCI. Plin. libro **III**. Longitudinem Europæ Artemidorus at-
q; Isidorus à Tanai ad Gades **LXXXII.** **XIII.** prodiderunt. Sic
enim in antiquis legitur, licet in impressis **LXXXIV.** Millia le-
gatur. Apud Marianum octogies bis centena nonaginta quatuor
millia intelligo: apud Plinium sic: octogies bis cētēna **XIII.** mil,
passū, & sic plerūq; & Plinius & Martianus locuti sunt, & an-
te eos Cicero: qđ eo ualeat quod supra diximus de cōpendio loquen-
di per aduerbia antiquis usitato, ut centies sestertiū p centies cente-
na millia sestertiū oīno intelligi debeat, ut fortasse illi numeri libr.
XXXIII. Plinius de ærario Romano recte restituui uideantur à no-
bis supra lib. **II.** Macrobius in **I.** de somnio Scipionis numerādi cō-
pendiū refugies, ita inquit: Duplicatis igitur illis quadragies octi
es cētēna millib⁹, erit integra diametros cœlestis circuli nonagies
sexies cētēna millia stadiorū, & inuēta diametros facile mensurā
nobis ipsius quoq; ambitus pdit. Hanc enī summā q̄ diametrū fecit,
debet ter multiplicare adiecta parte septima, et ita inuenies totius
circuli per quē sol currat ambitū stadiorū habere trecenties centena
millia, & insup cētēna septuaginta millia. Sed ut ad rē redeā, supradē
etas opes Tyberius aug. princeps nō mō deparcus et sordidus, sed
etiam

etiam rapax, annis tribus et uiginti confiscauit. Caius aut̄ successor intra annum primum imperij exhausit cum annuis uectigalibus & tributis imperij. Quapropter idem autor de Nerone ita inquit: Diuitiarum et pecuniae fructum non alium putabat q̄ profusionē, sordidos ac deparcos esse quibus ratio impensarum constaret: prae lautos uereq; magnificos, qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturq; auunculum Caium nullo magis nomine q̄ quod in gentes à Tyberio relictas opes in breui spatio prodegisset. Quare nec largiendi nec absumendi modum tenuit. In Tiridatē (quod uix credibile uideatur) octingenta nummū millia diurna erogauit, abeuntiq; super seftertium millies contulit. Nullam uestem bis induit. Quadringenis in punctum seftertijs aleā lusit. Nunq; carucis minus mille fecisse iter traditur soleis mularū argenteis. Haec tenus Tranq. Tiridates rex erat Armeniæ Vologesis Parthorū regis frater, in qua regione cum Corbulo præfectus res prospere Neronis auspicijs gessisset, Tiridates rebus aduersis perterritus ad colloquiū cum Corbulone uenit. In quo colloquio Tiridates (ut inquit Tacitus l:bro x v.) de nobilitate generis multum præfatus, cætera temperanter adiungit: iturum quippe Romam, lateturumq; nouum Cæsari decus non aduersis Parthorum rebus supplicē Ar-sacidem. Tum placuit Tiridatē ponere apud effigiem Cæsaris insigne regium nec nisi manu Neronis resumere. Et colloquiū osculofinitum. Dein paucis interiectis diebus magna utring; specie inde eques compositus per turmas & insignibus patrijs, hinc agmina legionum stetere fulgentibus aquilis, in medio tribunal sedem curulem, & sedis effigiem Neronis sustinebat. Ad quam progressus Tiridates cæsis ex more uictimis, sublatum capiti diadema imagini subiecit. Postero die spatium orauit quo tantum itineris aditur fratres ante matremq; uiseret, obſidē interea filiam tradit lueras q; supplices ad Neronom: haec causa fuit cur Tiridates Romā ueniret, cuius aduentū ut honorificentissimum sibi Nero omnibus uotis concupierat. In huius aduentum Nero Pompej theatrū operuit

auro:

Nero æmul⁹
Caij auuncn
lisui.

Tiridates:

auro: de quo Plin.libro xxxiii. Nero Pompeij theatrum operu
in auro in unum diem quo Tiridati regi Armeniae ostenderet. Idē Tridatis ad
libro xxx.de magia loquens, quam ob id inanem artem esse con- uetus Romā.
tendit, quod eam Nero scire maxime concupiuit nec potuit, cū nec Nero magiae
ingenium nec facultates deessent. Magus (inquit) ad eum Tirida studiosus,
tes uenerat, Armeniacum de se triumphum afferens, & ideo pro
uincījs grauis nauigare noluerat, quoniam expuere in maria alijs
q; mortaliū necessitatibus uiolare naturam eam fas non putant.
Magos secum adduxerat. Magicis etiam scenis eum initiauerat;
nō tamen cum regnum ei daret, hanc ab eo accipere artem ualuit.
Tranquillus alibi de eodem ita inquit: Non immerito inter specta-
cula ab eo edita, & Tiridatis in Vrbem introitum retulerim, quē
Armeniae regem magnis pollicitationibus solicitatum, cum desti-
nato per edictum die ostensurus populo propter nubilum distu-
lisset, produxit quo opportunissime potuit, dispositis circa fori tem-
pla armatis cohortibus, curuli residens apud rostra triumphantis
habitu inter signa militaria atq; uexilla: & primo per deuexū pul-
pitum subeūtem admisit ad genua: alleuatumq; dextra exosculatus
est: dein precanti, tiara deducta diadema imposuit, uerba suppli-
cis interpretata prætorio uiro multitudine pronuntiantes: perductis
in theatrum ac rursus supplicantem iuxta se latere dextro colloca-
uit. Ergo Tiridati Nero octingenta sestertia diurna erogauit,
quæ perinde aestimo ac si uicena millia aureorum nostrorum dice-
res. Diurna autem nescio an qdiu Romæ fuit intelligam, an ex quo
intra fines Romani imperij esse coepit. Discedente autem amplius
uicies quinque centenis millibus dono dedit. Quadringenit in Quidringē
punctum sestertijs aleam lusit, id est denis aureorum nostrorum mil
libus in singula puncta, non in singulos casus aleæ. Huiusmodi lu- tis in pūctū
dii ab eodem Tranquillo in Augusto describitur: Inter coenam lu- festertijs ale
simus geronticos & heri & hodie. Talis enim iactatis ut quisq; ca
nem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in
medium conferebat, quos tollebat uniuersos qui Venerem iecerat:
bac

Dom⁹ aurea hac ratione fit ut immensus ille ludus Neronianus fuerit. De domo aut̄ aurea si quis locū apud Tranquillū legerit, quicquid nostro ēuo exēdificatū est, despicibile existimabit, adeo ut Gallionense prætoriū Cardinalis Ambasiani quod iam in proverbiū uenit ob sumptum superuacanēū, gurgustiū præ illa domo Neronis uideri possit. Quā tamē ipsam Plinius à Marci Scauri theatro operis magnificentia uictiam fuisse contendit, ne miremur millies seftertiū absumptum in Marci Scauri uillæ incendio, uel bis millies fortassis Ea quanti cō se quod antea explicuimus. Quāti autem domus aurea constuerit, ex eo cōjciendum relinquuntur, quod idem Tranquillus de Othonē scripsit: Diplomatibus primisq; epistolis suis Neronis cognomen adiecit: certe et imagines statuasq; eius reponi passus est: nec quicquā prius pro potestate subscrispsit q̄ quingenties seftertiū ad peragēdam auream domum. Si igitur Otho quingenties seftertiū, id est duodecies centena & quinquaginta millia aureorū nostrorum attribuit ad peragendam domum auream, quanti opus ipsum antea factum estimamus? Nam nihil defuisse operi ex eo apparet quod idem in Nerone inquit: Eiusmodi domum cum absolutam dedicaret, hactenus comprobauit ut diceret quasi hominem tandem habittare cœpisse. Quingenties igitur seftertiū subscrispsisse Othonē intelligimus ad appendicem quandam domus faciēdam uel operis expolitionem. Plinius libro x x x i i . Nero Pompeij theatrum operuit auro in unū diem quo Tiridati regi Armeniæ ostenderet, & quota pars ea apparatus fuit aureæ domus ambiētis urbē? Tacitus Bis & uicies libro x vii . Bis et uicies millies seftertiū donationib⁹ Nero effuerat, appellari singulos iussit, decuma parte liberalitatis apud Neronis pro quenq; eorū relicta. At illis uix decumæ super portiones erat. Exadiga liberali tioi x x . equites R o. præpositi. Igitur si Nero quatuordecim annate effusum nis quibus in imperio fuit bis & uicies millies seftertiū donationib⁹ bus effudit, id est quingenties & quinquagies cētēna millia aureorum nostrorum, et aureā domum extruxit, cū interim in omni parte uiræ prodigos omneis superasset: quid existimabimus de opulētia imperij?

imperij: de eo Plin.lib. xii. ita inquit: Periti rerū astruxerunt non ferre thuris tantū annuo foetu Arabiā, quantū Nero princeps nouissimo Pōpae suæ die concremauit: ubi Poppeæ legendum puto, de cuius morte Tacit⁹ lib. xvi. Post finē ludicri Poppea morte obiit fortuita marii iracundia, à quo grauida iactu calcis afflcta est: corpus nō igni abolitū ut Romanus mos, sed regū extenorū consuetudine differtū odoribus cōditur, tumuloq; Iuliorū infertur: dicit̄ tamē publicæ exequiæ. De hac Poppea Plin. lib. xxxiii. ita inquit: Vasa coquinaria ex argento Caluus orator fieri queritur, at nos carrucas ex argento cælare inuenimus. Nostra quoq; ætate Poppea cōiunx Neronis principis delicatioribus iumentis suis soleas ex auro quoq; induere solebat. Idē lib. xi. Poppea certe Domiti⁹ Neronis cōiunx asinas quingētas foetas per oīa secū trahēs, balneariū etiā folio totū corp⁹ illo lacte macerabat: extēdi quoq; cutē credes. Eusebius in Chronicis & Orosius vii. hist. autores sunt Neronē Poppeæ senatū Ro. coēgisse ad conferendū sibi annum centies seftertiū luxus, ad tolerandas expensas imperatorias, hoc est ære nostro ducena quinquagena millia aureorum, id quod post mortē Senecæ factum fuit, cum iam deterior fieri non posset Nero, et ad summum nequitiæ & improbitatis peruenisset. Post Neronē Vitellius princeps successit de quo ita scribit Trāquil. Sed uel præcipue luxuria se- untiæ q; deditū, epulas trifariā semper, interdum quadrisariā di- spertiebat, in ientacula, & prædia, & cœnas comedationes q; fa- cile omnibus sufficiens uomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alij eadem die. Nec cuiq; minus singuli apparatus quadrigenis millibus cōstiterūt. Famosissima super cæteras fuit cœna ei data aduentitia à fratre. In qua duo millia lectissimorū piscium, se ptem auium apposita tradūtur. Hanc quoq; exuperauit ipse dedica Coena Vi tione patinæ, quā ob immēsam magnitudinem clypeum Mineruæ, telliana. id est ægida poliuchi dictū abat. In hac Scarorum iecinora, phasianorum et pauonum cerebella, linguas phœnicopterum, murenarū lactes à Carpathia usque, freto' que Hispaniæ peñitarū cōmisiuit. Hactenus

Hactenus Tranquillus. Evidem nihil maius dici aut excogitari in luxuria posse video, nisi margaritarum liquefactarum haustus. Iam primum pauones uidimus Varronis tempore quinquagenis denarijs uenales, id est quinque aureis nostris, quorum cerebellis patina illa constabat, ut iocimoribus Scarorum, de quibus Plinius libro nono ita in-

Scarus quia: Nunc Scaro datur principatus, qui solus per scium dicuntur rupiscis. minare herbisque uestis, non alijs piscibus, mari Carpathio maxime frequens: proxima est his mensa generis duntaxat mustelarum. Et paulo post: Ex reliqua nobilitate et gratia maxima est et copia mullis, sicut magnitudo modica. Ex his uerbis apparet Scarum primae autoritatis fuisse apud ganeos homines: qui quanti uendi potuerit coniij cere licet ex pretio nulli qui Claudio principe septem uel octo millibus numerum emptus fuit ab Afinio ut alibi dictum est. De Phoenicoptero idem Plinius libro x. Phoenicopteri lingua praecipui saporis esse Aprius docuit nepotum omnium aliissimus gurges. Idem libro tricesimoquinto: Atque ut luxu quoque autoritas contingat

Tripatinum. figlinis, tripatinum (inquit Fenestella) appellabatur summa coenarum lauitnia: una erat murenarum, altera luporum, tertia myxonis per scis, inclinati iam scilicet moribus. Nam nos cum una Aesopi tra-

Patina Aesopi. goediarum histrionis in natura auium diceremus seftertijs sexcentis stetisse, non dubito indignatos legentes. At Hercules Vinellius in

Patina Vi- principatu suo cc. seftertijs condidit patinam, cui facie de fornax tellij. in campis ijs edificata erat, quoniam eorum peruenit luxuria, ut etiam fi-

ctilia plurimis constent que murrina. Propter hanc Mutianus altero consulatu suo in cōquestione reprobrauit pontinarum paludes Viellio. Memoria non illa foediore cuius ueneno Asprenati reo Cassius Seuerus accusator obijciebat interijsse centum triginta coniuias. Si haec uerba uere leguntur, patina illa fictilia ducentis seftertijs, id est non minoris quam quinq; millibus aureorum nostrorum constituit, propter quod Plinius dixit plurimis fictilia constare que murrina, quorum pretia Plinius magna ponit libro tricesimo septimo: Sed quoniam modo fieri potuerit ut patina fictilia tanti constituerit inire rationem nequeo;

nequeo : nec ipse Plin. hoc significare mihi uidetur cū pri^o dixerit
 Aesopi patinā sexcētis sestertijs stetisse . Patinā enim pro ferculo
 posuisse notū est ex loco libri decimi qui à nobis diligenter (ut spe-
 ro) explicatus est de centū auiculis humano sermone canoris , senis
 millibus emptis . Sed rursus si Plinius de ferculo intellexit , quoniam
 pacto Plinius nō ineptus erit qui post sexcēta sestertia , ducēta di-
 xit ? Cum maius aliquid omnino & mirabilius dicere uellet , ut pla-
 nè quis ex uerbis eius intelligere potest . Cum hic me scrupulus an-
 xium olim habuisset , libros antiquos adij in quibus decē talētis pro-
 duceis sestertijs legitur , quod nec ipsum placuit , ut pote quod sex
 tam tantū partē ad ducenta sestertia adderet , & alioquin nunquā
 Plinius & antiqui de rebus Romanis per talēta locuti sunt , licet in
 antiquis quibusdā codicibus Pliniū mendose sēpe legatur hoc uer-
 bum in mentione rerū latinarū . Quare ex ueiuſtissimo exemplari
 decies sestertiū lego , quod addit quadrīgēta sestertia ad patinā
 Aesopi , id est aureorū decē millia . Conditū aut̄ pro cōmentus est
 & autor fuit , intelligo . Quod aut̄ sequitur , sic lego : Propter hanc
 Mutianus altero cōsulatu suo in concione exprobrauit patinārū pū-
 ludes Vitellij memoriae . Non illa foediore cuius ueneno Asprenatā
 reo Cassius Seuerus & cætera , hoc sensu , ut nō sit foedior illa pa-
 tina in qua uenenum datum est tot conuiuiis . Patinārū autem pa-
 ludes figurate dictum est allusione Pontinæ paludis , cum patina
 ipsa etiam fictilis esset & lutea , de qua Plinius libro tertio : A cir-
 ceis palus Pontina est , quem locum XXIIII . urbium fuisse Mutia-
 nus ter consul prodidit . Is est autem Mutianus cuius mēlio crebra
 est apud Tacitum , qui Vespasianum ad capeſſendum imperiū hor-
 tatus est , quē intelligimus ex uerbis Pliniū Vitellio supplicio affe-
 cto , pro concione aliquando taxasse tempora Vitellij ob luxum per
 diuſſimum , uel alias conquirendo exprobrasse patinā fœditatem , luxus .
 si conqueſtione legatur . Tacitus de luxu Vitellij loquens libro de-
 cimosepiūmo : Ipſe abunde ratus si præsentibus frueretur , nec in lon-
 gius consultans , nouies millies sestertiū paucissimis mensibus in-
 um .

Pliniū locus
memorabili-
bus mēdis ex
purgatus .

teruertisse creditur. Hanc ego summam non minorem ducenties uācies quinques centenis millibus esse dico. Octauo autem mense im-

periū sui exercitus ab eo desciscere cōperunt. Paucos igitur menses Tacitus, octo mēses, appellauit. Hic facere nō potui quin maioris etiam luxuriæ exempli Vitelliani patina remiscerer, tamet-

si non quærerem, id erit ex Tranquillo in Nerone deterrimorum

Inauditus lu omnium principū facimorosissimo. Quo loco enim de luxu eius epulūxus & fidem larī loquitur: Indicebat, inquit, & familiaribus coenas, quarum unē

excedens. mellita quadragies sestertiū constiterunt. Ego mellitorum appella-

tione mellita dulciora fercula intelligo quæ ultimis mensis appo-

nuntur, ut hodie saccharati missus epularum à pistore dulciario, et

omnia quæ bellariorum nomine continentur: & saccharei operis

strues in adijcialibus coenis atq; nuptialibus quæ in lancibus argen-

teis ad ostentationē traducuntur, magis ut delibentur interdum q;

ut esitetur. Hęc si centenis millibus aureorum nostrorum cōstimiratur,

quāti coena ipsa cōstimirari poterit? Huic dicto fidem arroget an de-

roget id quod sequitur nescio. Seneca libro de consolatione ad Al-

Caligulæ binā matrē suam inquit, de Caligula loquēs: C. Cæsar Augustus

coena. quem mihi uidetur rerum natura edidisse ut ostenderet quid sum-

ma uitia, in summa fortuna possent, centies sestertio coenauit uno

die, & in hoc omniū adiutus ingenio: uix tamen inuenit, quo modo

trium prouinciarū tributū una coena fieret. Quibus uerbis appa-

ret, cēties sestertiū immēsam esse pecunia, & quæ de Cleopatræ

unione diximus ex Plinio nō uanitate cōmētia à nobis esse aucta,

sed modice cōstimatū eius pretiū: id quod in omnia pene in his li-

bris prodita ualeat. Maiora sunt ista omnino nostræ cōtatis captu.

Sed de Vitellij helluatione ita inquit Iosephus libro quinto de bello

Iudaico: Octo mēses ac dies quinq. potit⁹ imperio iugulatur in me-

Vespasianus dia urbe: quem si uiuere diutius cōrigisset, eius luxuriæ sati⁹ esse im-

tributis et ue periū nō potuisset. Vitellio successit Vespasianus Augustus. Quę

cōgalib⁹ gra omissa sub Galba uectigalia reuocauit, noua et grauia addidit, trē-

mis. buta etiā auxit, & prouincijs nonnullis duplicauit: quare cum nō-

nullle

nulli auarissimum esse tradiderunt. Sunt contra, qui opinentur (in quin Tranquillus) ad manubias & rapinas necessitate compulsum summa ærarij fisciq; inopia: de qua testificatus sit iniicio statim principatus, professus quadringenties millies opus esse ut res publica stet posset: quod & uerisimilius uidetur, quando male partis optime usus est, in omne genus hominum liberalissimus. Quippe qui ex parte ueritatem censem senatoriū, & consulares inopes quingenis sestertiū millibus annuis sustentauerit. Ingenia & artes uel maxime fouerit, primusq; è fisco latinis græcisq; rhetoribus annua centena cōstitue rit. Cæterum quadringenties millies maiorem summam esse video q; ut Vespasianus sperauerit quantauis parsimonia aut tributorū exactione colligi posse: quare pro quadringenties quadragies legendū esse uidetur, & sic quidē maxima erit summa earū quas adhuc dimicimus, id est millies centena millia aureorum coronatorum. Utriaenam enim hanc summam ne ludicra quidem uota hominū procedere solent, etiā immensum quid, maiusq; omni auri cōceptaculo exoptare contēdant. Sed fortasse credibile hoc faciunt ea quæ in secundo scripsimus. Hec ferè sunt ex quibus Romanorū opes coniūcere magis q; cognoscere possimus. Reliqua enim monumenta per autores sparsa huiusmodi sunt, ut ex ijs certū nullū argumentū ad constitutionem huius rei colligere possimus: ut quod Plinius libro uno & uice cesimo de gente quadā Pontica dicit: Gens, inquit, ea cū cerā in trebuta Romanis præstet, mel quoniā exiitiale est, nō uēdit. His dictū unū Pliniū addemus, ne id præterij se uicio mihi uertatur. Is enim memorabilis autor lib. XI. de felicitate Arabiæ loquēs ita inquit: Verū Arabiæ locus Pliniū, etiā nūc felicius mare est. Ex illo nāq; margaritas mitis: minimaq; cōputatione millies cētēna millia sestertiū annis omnibus India et Seres Peninsulaq; illa imperio nostro adimūt tāto nobis deliciae & foeminae constant. Libro aut sexto de cursu annuo & nauigatione in Indiā loquēs, ita inquit: Nec pigebit totū cursum ab Aegypto exponere, nūc primū certa noctua patescēte: digna res, nullo anno mēnus hic quingentesimū imperij nostri exhauste India, et merces re-

Notādæ libe
ralitates Ve
spasiani.

Quadragies
millies sester
tiūm.

mittente quæ apud nos centuplicato uaneant. Ex horum locorum collatione dicere possemus millies sestertiūm Plinium quingentesimam imperij Romani taxauisse, non redditus publici, sed uniuersarum opū publicarū priuatarūq; quasi in India quotannis quingētesima pars pecuniae trāsportaretur ex ijs prouincijs quæ Romanæ ditioni subsunt. Ego aut hunc locū corruptū esse puto: nam in uetus stissimo exemplari, nō D. sed DL. legimus: et alioquin particula hic, omnino hoc loco absurde sita est. Quare sic Pliniū scripsisse puto:

Pliniū locū. Nullo anno minus HS quingēties imperij nostri exhauriēte India: licet lib. xii. Plinius millies sestertiūm dixerit geminata summa.

Persarum opes. Alioquin quonāmodo Plinius inire rationē potuisse quingētesimā imperij R.O. nō video, ne si breuiariū quidē cēuale oīm prouinciarum uidisset. Hactenus de Romanis opibus. Redeamus ad Persicas.

Diximus supra quāta essent tributa Persarū auri argentiq; Darij Histaspis tēpore, præter cæteras obuētiones thuris & aromatum. Præfecturas aut Parthorū (sic enim postea Persæ appellati sunt) Plinius decē & octo esse dixit his uerbis lib. vi. Regna Parthorū duodeviginti sunt omnia: ita enim diuidunt prouincias circa duo (ut diximus) maria, rubrū à meridie, Hyrcanū à septentrione. Ex ijs xii. quæ superiora dicuntur, incipiunt à confinio Armeniæ Caspijsq; litoribus, pertinent ad Scythas, cum quibus ex æquo degunt. Reliqua septē regna inferiora appellātur. Sed Plinius de tempore suo loquitur. Herodotus aut libro tertio: Præfecturas uiginti posuit in regno Persarū ut diximus, in quibus regnū Lydiū ut præcipuum ponit. Ab eo tēpore ad Dariū ultimū Persarū regē multi reges fuerunt: qua tēporis intercapidine Persarū regnū magnis opibus auctum est. Primus ille Darius qui à septē Persis, obtruncatis Magis, creatus est, omniū hominū pulcherrimus fuit, excepta brachiorū et cubitorū longitudine qua de honestabatur, usq; ad genua protenorū, ob quæ Macrochir, id est Lōgimanus appellatus est, ut autor est Strabo lib. xv. & is fuit qui tributorū formulas instiuit: οὐδὲν διατάξει τας (inquit ille) ζὺς φόρος διαρπίγει ἔνοιαι τὸ μη-

κρόχειρας καὶ καίλλισον ἀνθρώπων, πλὴν τοῦ μέκους τὸν βραχίονων καὶ τὸν πύχειν. ὅπτεδε τὸν γονάτων. Ήνιι εργο Δαρίῳ τῷ περιεγιντιεράτη πρæfecturæ stipendiariæ præter immunes & munerarias, ab Hellefonto ad orientem tendentes inter duo maria. Ab Hellefōto aut et Aegeo mari māfiones qui statim græce dicuntur, certis spatījs ad Susa regiā Persidis miro ordine dispositoras fuisse dicit: ἐχει τὸν αὐτοφί την ὁδὸν ταύτην. σαθμοὶ τε πάντας ἔισι βασιλίοι, καὶ καταλύσις καίλλισαι. διὸ δικεμένις τε ὁ ὁδὸς ἐπεσσε καὶ ἀσφαλέστερ. Sic aut, inquit, res se habet circa uiam illam, māfiones ubique sunt regiae, & diuersoria elegan- tissima. Omnis aut uia per habitatā regionē tutāq; ducit. Deinde Herodotus rē singillatim persequēs māfiones per Lydiā & Phrygiam uiginti numero ponit: Excipit aut à Phrygia, inquit, Halys fluuius, in quo portae sunt quas omnino trāsire necessē est. Et tādē māfionibus omnibus enarratis usq; ad Susa ubi erat regia, δυζι, inquit, δι πάντας σαθμοὶ ἔισι ἐνδέκα καὶ ἑκατόν. καταγωγαὶ μὲν τῶν σαθμῶν Γερανοί ἔισι τοι σερδιτεῖς σοῦσσε ἀναβατίον. Oes aut hæ māfiones nūero sunt centū & undecim: tot sunt māfionū diuersoria à Sardibus Susa tendenti. Quod si recte dimēsa uia est regia parasangis, et parasanga tricena stadia ualeat ut certe ualeat, à Sardibus ad regiā q Memnonia dicitur, stadia sunt xiii. millia & 2. & parasangæ quadringētæ quinquaginta. Cētena igitur & quin quagena stadia quotidie per agrātū uiatori, cōsumuntur dies solidi nonaginta. πάντας ἔισι καὶ ἑκατὸν σαδλία ἐφ' ὑμέρῃ ἑκατόν διηξε εῖσι, ἀναστιμοῦντες ὑμέραις ἀπερτὶ ἐνενήκοντα. Hic fuit stat⁹ Persici regni sub Dario Macrochire: quibus si addantur quæ ab Aristotele in libro de mundo dicta sunt, hæc erunt credibilia: Hoc regnum ab Alexandro eversum est deuicto Dario, & in plures Alexandri successores diuisum, quoad Parthi denuo instaurauerunt cum Romanis saepe belligantes. Maximas autem opes sub Dario ultimo fuisse ex Quinto Curtio & Strabone docebimus. Iam primum Curtius libro tertio de gaza Damasci loquens Alexādro

Via regia
Persarum.
Parasanga.

Euersum regnum Persarum. Darius ultimus. prodita à præfecto qui eam eduxerat fugæ colore quæsito : lacebant, inquit, totis cäpi opes regiae, illa pecunia stipedio ingeti militum præparata. Ille cultus tot nobiliū virorū, tot illustriū foeminarū, aurea uasa, aurei freni, tabernacula regali magnificetia ornata. vehicula quoq; à suis destinata ingeti opuletiæ plena; facies etiæ prædantibus tristis, si qua res auarissimā moraretur. Quippe tot annorū incredibili & fidē excedente fortuna cumulata. Et paulo inferius: Sūma pecuniae signatæ fuit talètūm duo millia & sexcēta: facile argenti pondus quingēta æquabat. Sic enim in membranaceo legimus. Idem lib. v. de Susis loquës Alexandro cūra oppugnationē tradūit: Hic Abulæs cū donis regalis opuletiæ occurrit. Dromas camelī inter dona erat uelocitatis eximiae. xii. elephati à Dario ex India accui: nō iam terror (ut sperauerat) Macedonum, sed auxiliū, opes uicti ad uictorē transferēte fortuna. Vt uero urbē intrauit, incredibilē ex thesauris summam pecuniae egressit, quinqua ginta millia talètūm argeti, nō signati forma sed rudi pōdere: mul ei reges tantas opes longa ætate cumulauerant liberis posterisq;, quas una hora in externi regis manus intulit. In codicibus impressis millia uerbū deest errore librariorū. Hæc talēta aut Babylonie fuerunt aut Attica: quare hæc summa minima computatione trecēties centena millia aureorū nostrorum ualuit. Antea aut̄ idem autor dixerat eodē libro: Alexandro traditur Arbela, regia supellefili Darij q; gaza repleta: quatuor millia talètūm fuere, præterea pretiosæ uestes, totius (ut supra dictū est) exercitus opibus in illâ sedem congestis. Hac summa fit accessio quater & uicies cētēnum millium aureorum, præter gazā Damasci. Susa (ut autor est Stephanus) regia est Persarum quam Memnon cōdidisse dicitur, qua Regia Memnonia re Strabo regiam Memnoniā appellauit: ab hac, Susiana dicta est nomina. regio Persidis cūrerior. Ab ea urbe Alexander Darium cedentem sequens Persepolim ueluti ad regni penetralia raptum contendit: cui præsto fuerunt quatuor græcorum millia, mūtilis corporibus, quos Persæ quondam bello captos uarijs suppliciorū generibus afficerant.

erat. Quare Alexander impetum cepit urbis eius excidēdæ, quæ antiqua regia erat Persarum, olim à Cyro condita, qui et Persarū ipse regnum condiderat: ab ea enim sede profectos aliquando Persarum reges Græciæ bellum impium & Europæ intulisse: quare Persepoleos excidio parētandum maioribus esse censuit, quos Persæ uarijs cladibus traepto Hellefproto & pontibus eam iuncto. Persepolis.
 lacesuerant. In ea ignur urbe quantas opes Alexander ceperit, uerbis ipsius Curtij autoris ter si atq; elegantis referemus: Multas urbes (inquit) refertas opulentia regia partim expugnauerat, partim in fidem acceperat. Sed urbis huius diuitiae uicere præterita. In hanc totius Persidis opes congefferant Barbari, aurum argentumq; cumulatum erat, uestis ingens modus, supellex non ad usum modo, sed ad ostentationem luxus comparata. Et paulo infra: Ingens pecuniae captiue modus traditur, propè ut fidem excedat. Cæterum aut de alijs quoq; dubitamus, aut credimus in huius urbis gaza fuisse centum & uiginti millia talenta, ad quæ uehenda (nanque ad usus belli secum portare decreuerat) uimenta & camelos à Susis & Babylone contrahi iussit. Sic in uulgatis libris legitur. Verum obseruata uetusta lectione, non centum & uiginti millia talenta lego refragante loquendi consuetudine doctorum, sed centum millia & uiginii talenta. Hæc summa quantiæ estimari numismate nostro possit, ex præcedentib; apparet. Quanta auctem fuerit gaza Babylonica Curtius non addidit, licet Alexandrum recognouisse dicat. Strato autem libro decimoquinto Alexandrum in angustias Persidis & Vxiorum qui Persis contermeni sunt, & Persicas deniq; ipsas portas superasse ui bellica, penetrare festinantem ad caput ipsum regni & gazophylacia Persarum, quæ tot seculis congesta ac recondita fuerant. ἐκ τοῦ αὐτοῦ βίας διῆλθεν ἀλέξανδρος καὶ τὰς πρόσηκτας πύλας τὸν κατ' ἄλλους ξῆρος διεξιὼν ἦλθεν, τὸν κακόπλευσον σπενδιὼν τὰ κυριώτατα μέρη τὸν ταχίστων καὶ ταχίστων χρόνοις ἔβαπτισεν.

Et paulo inferius de Cyro loquens: Omnes aut Persidis pecunias

Susa exportandas curauit, quæ thesauris ipsa & supellectili plena erant: nec ideo tamen illic regiam animo destinabat, sed apud Babylonem, quam constituerat etiam supellectili & instrumento regio adornare, etenim illic quoq; thesauri conditi erant: πάντα δὲ τὰ ἐν περσίδι χρήματα θέσικον οὖταις τούταις καὶ ταῦταις θεωρῶν καὶ κητασκευῆς μετόπ. οὐδὲ γέντις βασιλέος, ἀλλὰ τὸ βασιλικόν καὶ πλεονεῖται τούτῳ προσκητασκευῆσθαι. καὶ ταῦτα δὲ οὐδὲ τοις θεωροῖς θεωροῖ. Fama est (inquit) præter eas pecunias, quæ Babylone & eās quæ in castris erant, quæ inde sumptæ non fuerant, ipsa per se quæ Susis & in Perside erant, quadraginta millia talentū numerata & recognita fuisse. Φασὶ δὲ χωρὶς τοῦτο ἐν βασιλικῷ, καὶ τοῦτο ἐν τοῖς στρατιώταις τοῦτο πρότοτο μὴ λιθοβολίᾳ ταῦτα τὰ ἐν Κύρῳ καὶ τὰ ἐν περσίδι, δὲ μυριόδες τελοῖς τῶν θεωροῦνται. τίνει δὲ καὶ πέντε λέγονται. Hoc non conuenit cum eo quod Curtius scripsit, quia Susis & Persepoli centum & quinquaginta millia Curtius inuenta dixit. Plutarchus XL. millia talentū argenti inuenta dixit in regia gaza Susis, & quinquaginta millia talentū purpuræ hermionicæ. Sed uideamus quid ultra dicat. ἀλλοι δὲ πάνταις χθενιστικοῖς προδιδώντος εἰς ινδοτονικὴν μυριόδες τελοῖς ταῦτα. Alij autem uniuersas undique coatas pecunias centū & octoginta talentū millia dicunt Ecbatana cōportata fuisse. Hoc confirmari non potest ex Curtio, quia locus ille libro quinto mutilatus est, licet eodem libro in mentione Philote significet Parmenionem maximæ pecuniae custodem in Media fuisse. Verum ex Arriani libro tertio nouimus Alexandrum mandasse Parmenioni, ut pecuniam quæ ex Perside exportata fuerat Ecbatanis in arcem conderet, ibique ad custodiā sex millia Macedonum cum amicis relinquere. Tantum hoc refert quod Arrianus

Suma Persi tradit Alexandrum Cyri thesauros Pasagardis, oppressis celericarū opū ab tate custodibus, reperiisse. Strabo autem dicit Cyrum Pasagardis Alexandro causa regiam quidem suam statuisse, sed tamen pecunias Susis conditum reliquerat. Curtius igitur gazam Persarum multis in thesauris conditam

tam, ad centum & quinquaginta septem millia talentum taxauit
 absq; Babylonica pecunia. Strabo omnia complexus cētum & octo
 ginta posuit. Hæc summa centies & octies millies mille aureos no
 stros ualeat, summa haud dubie multo maior maxima omnium sum
 marum, quas uno tempore coactas in rebus Romanis legerimus:
 nisi si fidē habuerimus ijs quæ dicta sunt in secundo de ærario Ro
 mano ex uetusto exemplari, in quo iudicium meum uix interpone
 re ausim propter dubiam fidem exemplarium. Præter hanc summā
 post Persepolim direptam dirutamq; cum Alexander iam in Hyr
 caniam uenisset, uiginti (inquit Curtius) & sex millia talentum p
 xima præda redacta erant, e quib; xii. millia in congiarium mili
 tum absumpta sunt: par huic pecuniæ summa custodū fraude sub
 tracta est. Tantis opibus Alexandri magnifica facta respondere
 uidentur. Cum enim in Persidem ex India regressus intellexisset
 milites suos iam ueteranos consumptis per luxum orientis spolijs in
 super etiam ære alieno obstrictos esse, edixit ut omnes milites &
 alienum profiterentur: quod cum illi facere cunctarentur, tentare
 sese rati quo facilius Alexander sumptuosos notaret, rex satis gna
 rus professioni æris alieni pudorem non contumaciam obstat, mē
 sas totis castris ponit iussit & decem millia talentum proferryi. Tum
 demum fide facta professio est, nec amplius ex tanta pecunia q; cē
 tum & xxx. talenta superfuere, adeo ille exercitus tot ditissima
 rum gentium uictor, plus tamen uictoriæ q; prædæ deportauit ex
 Asia. Autores Curtius lib. nono et Plutarchus in Alexandro. Ab
 eadem munificentia est congiarium militare de quo ante diximus
 xii. millium talentum: sed inusitata est illa sublimitas animi, Ephesiois fu
 stionem charissimum sibi, morbo defunctum, decem millibus talen
 tum, id est sexages centenis millibus nostris funerasse, ut auto
 res sunt Plutar. in Alex. & Arrianus in septimo. Diodorus libro
 xvii. de hoc loquens, ita inquit: Εσαύτιον ἡ απουδλία ἐποίει
 πρὸς τὴν διαφοράς μηδέλθεν ὥστε μὴ μόνον τὰς προγεγενημένας
 παρὰ συνθετήσας ταφὰς ὑπερβεβλίων, τολμήτης ἐσθιόντος μηδὲ

μιαν ὑπέρθεσιν καταλιπεῖν. Tanto autem studio contendit in accurando eius funere, ut non solum superiorum ætatum omniumq; hominum funebres apparatus superauerit, sed ne posteris quidem quicq; reliquū fecerit quod ipsi possent superaddere. Deinde apparatus ad extreum ita narrationem claudit: φασὶν πλῆσος τὸν ἀναλωθέντων χρυσότων γεγονόντων πλέον τὸν μηρίων διχιλίων ταλάντων. Aliunt numerum consumptæ pecuniae mātorem duodecim millibus talentorum fuisse. Idem Alexander in nuptijs Statyræ Darij filiæ quam Susis matrimonio sibi iuxta, epulum nouem millibus conuiuarum fecisse tradinur, & unicuiq; ad libmina peragenda auream phialam donasse, autore ipso Plutarcho. Huius dicti finem facere potest Chares historicus qui Alexandri gesta scripsit, ut ex Athenæo nouimus. Aut enim post Darij mortem Alexandru nuptias sibi amicisq; celebrasse splendiissimo apparatu: siquidem in eodē conclave duos & nonaginta thalamos sternendos iussisse. Erat autem conclave prægrande centonarij lecternij facile capax. In quo singuli lecti toralibus strati genialibus erant impensa uicenū minarum argentii. Inter quos uisendus erat lectus regius pedibus aureis fultus. Epulum autem nuptiale in aula temporaria factum fuit excitatis tentorij singulari splendore & opulentia. Huius aulæ ambitus quatuor stadiorum erat: i. duūm millium & quadringentorum pedum, uel passuum quadrigenitorum & octoginta. Firmamentum autem præstabant columnæ uicenū cubitorū, partim aureis laminis, partim argenteis contextæ, & insuper lapillis pretiosis distinctæ: tum ambitū ipsum circumgebant Babylonica stragula aurea textura & beluata distincta. Nuptiarum celebritas diebus quinq; instaurata, cū interim & musici artifices & scenici, & omne genus acroamatū in medium prodirent, sui quisq; specimen artificij præbētes. Inde q; primum assentatores regis Alexandro colaces dici coeperunt, qui antea à tyranno S: ciliæ Dionysio colaces dicebantur: Omnia summa hilaritate ces. Alexandro approbante. Tum subdit: οὐδὲ πεμφθήτε φοισίφοις

Chares.
Nuptiarum
Alexan. ma-
gniluxus.

Alexandro-
colaces .
Dionysiocola-
ces.

τοι, ὃ πρεσβευτῶν καὶ τῶν λογιῶν, ταλάντων δόσεν μηρίων
 παντακιχιλίων. Coronae autem à legatis, & alijs in ea celebritate
 missæ quindecim millibus talentum aestimabantur. Quapropter
 paulo superius ita dixerat: οὐδὲ τοι πρότροπον καλούμενοι δι-
 συνοικόλαιοις, ἀλεξανδρεογέλαιοις ἐκάλυψαν διὰ τὰς τριῶν
 Αώρων ὑπερβολὰς ἐφ' ὅπερι καὶ ἡδὺ ἀλεξανδρεῖ. Proinde qui
 prius Dionysiacolaces vocabantur, iam inde Alexandrocolaces dicitur
 sunt, propter munera magnificentiam, exhilarato ob id etiam
 Alexandro. Quindecim millia talentum non minus nonages cen-
 tenis millibus coronatorum valuerunt. Hæc autem munera intelli-
 gimus Alexandro ab Asia gentibus subactis & regibus, & dynas-
 tis ob honorem nupiarum missa, ut hodie factiari uidemus: cum
 fortasse Alexäder literas ad præfectos præficiarum ob id misisset,
 & præterea ab ipsis Macedonum primoribus, quos uictoriæ aliae
 super alias in immensum locupletarant. Magnificentia autem & ni-
 torem inusitatum Augustalis Alexandri Phylarchus his uerbis aīo
 concipiendā dedit, ut idē autor refert: τὰς ἐχρυσᾶς πλατάνους
 καὶ ἄχρυσην ὁμπελον, ὑφῆς δι περσῶν θεοῖς εἰχρυμάτιζον πρὸ^τ
 λαόκοις καθεύδηνοι, σμαραγδίνους βόλιος ἐχούσις, καὶ τριῶν ινδικῶν
 σκυθράκιων ὄσλαων τε πανθελασπῶν λίθων ὑπερβαλλόντες πρὸ^τ
 τελεῖας, ἐλάσπιοι φιστὶν ὁ φύλαρχος φαίνεται καθεύδηρον ἐκάστο-
 τε γινομένοις παρὰ ἀλεξανδρεῖασπόντοις. Nam aureas (inquit) pla-
 tanos aureāq; uicē sub qua Persarū reges sedētes iura sēpe redde-
 bāt, audiēdisq; gentiū postulatis uacabāt, inferiores uideri quotidē-
 ano sumptu Alexandrinæ regiæ Phylarchus perhibuit. Etiāsi uicē
 illā aureā spectabile opulentia facerent uiae in ea dependentes, ex-
 smaragdī illæ quidem & carbunculis Indicis, atq; gemis alijs sum-
 mæ taxationis aptæ. Pergit Phylarchus in hæc ferme uerba: Iam Prætoriū ca-
 primum erat eius prætorium castrense centum lectorum capax, strense Ale-
 idq; aureæ columnæ octo numero continebant. Supra autem colu-
 xand. mag-
 mnas affurgentia laquearia opere uermiculato auro aliaq; eximia
 materia coagmentato, summam prætorij partem decore fastiga-
 bant

Augustale
Alexandria

bant. Ipsi plurimū quingēti Persæ, quos illi melophoros uocabat, id est hastilia feretes aureis malis præpilata, intrinsecus prætorium cingebat, luteis ac purpureis uestimentis exculti. Post hos mille sagittarij, partim flammeis induiti uestibus, partim hygino tintatis, nō pauci etiā cæruleos amict⁹ habebat. His quingēti Macedones præ-

Argyraſpi **des.** rant argēteis parmis insignes, ob id argyrapides dicti. In augusta li medio aurea sella solio similis statuebatur, in qua resides Alexāder de ijs rebus statuebat, quæ regiā sententiā poscebāt, aut præfectos ad imperia accipiēda uocabat, cū interim stipatores undiq; regi appareret. Extrorsus uero elephantorū agmen suis stratis contum prætorio circundabatur, & simul Macedones mille Mace- donico cultu cōspicui. Ab his rursus Persæ numero decē millia ex- cubias agebāt. Quibus aut̄ purpurā ferre mos erat, quingēti tantū erant: ijs enim tantū ex supradictis Alexāder purpureā ueste da- bat. Cūq; tot essent præfecti comitesq; Alexādro et ministri, nulli ad eū accedere nō accersito ius erat. Huiuscemodi (inquit ille) fuit dignitas, et augusta species Alexandri in expeditione agentis post

Platanus ui- tū; **aurea.** Sed quod Phylarchus de platanis et aurea uite dixit, uidēdum id quale sit. Idē igitur Athenaeus circa principiū lib. XII. de luxu et delicijs loquēs ita inquit: χάρις ἡδομητυλίωας Θεὸν τῷ πέμπτῃ τῷ δὲ πρὶ αἰλίξενδρον ισοπιῶν, εἰς ζεσούντιν φισιν ἔχον θυ- φῆς δι τῷ περσῶν βασιλεῖς. ὥστε χρωδὲ βασιλικῆς κλίνης ὑπὲρ μήφαλος ὅπιμος πεντακλινον. ἐν δὲ χρυσίου πεντακλινοῖς διὰ παντὸς ἕκειθε τάλαιτα. ή, πρὸς προθέντον ἔτρον ὅπιμος βασιλινον. οὐ τάλαιτα πρόχειρα ἕκειθε αργυρίον. ή, προσηγορεύετο βασιλικὸν ὑπὲρ πόδιον, ἦν δὲ ζεσούντινος, λιθοχόλλιτος ὁμπελος χρυσῆς ὑπὲρ τῆς κλίνης. πλὴν ή, ὁμπελον ταύτῳ ὁμούντας φισιν ἐν ζεσούντινος, καὶ βολβὸς χειρίν ἐν τῷ προλιτεύσατων τύφων συνπεμψόντων. **Chares** aut̄ Mitylenaeus lib. V. historiarū Alexāndri Darij regis tē pore in eas iam delicias Persarū reges prolapsos esse scribit, ut ad caput cubilis regij cōclauē unū esset pariete uno intermedio obstrue fū ea magnitudine que quinq; lectos caperet, in quo semper eēnt conditæ

condita talēta auri quinq; millia: hocq; cōcluae ceruical regium ap
 pellabatur. E regione uero huius aliud esset cōcluae triclinū ad pa
 rietem eum excitatū ad quē cubilis pedes uergebat, in quo argenti
 talēta numero tria millia condebātur: nam etiā ipsum trium tātum
 lectorū capax erat, & scānum suppedaneum regis esse dicebatur. Scannū sup
pedaneum.
 uerum in ipso cubiculo regio uitis erat aurea gēmis insuper inclu
 sis locupletata, eaq; uelut pergula regio cubili obtēdebat. Hāc uī
 tem Amyntas in libro de māsionibus regijs prodidit racemos etiam
 pēfiles habuisse ex lapillis existimatissimis aptos. Nec procul ab ea
 craterem aureū collocari solnū Theodori Samij opificio nobilem.
 Quinq; millia auri talentū non minus millibus quinquaginta ar
 genti ualuerunt, quæ nos trecēties centenis millibus coronatorum
 estimāda esse cōtendimus. Tāti Persarū reges ceruicē suā inclinā
 dam esse cēsuerunt, & præcipue Darius ille, quē tertio iā prēlio,
 atq; etiā bello uictū, amicorū iuratissimi aureis cōpedibus uinctū,
 cū aliquādiu traxissent, ad extremū equū cōscendere negantē ne
 fario scelere cōtrucidarunt. Hoc sibi fortuna ludibriū extremū ex
 uinctus tru
 tanta superbia cōparante, ut qui tanti caput suum recumbere, et pe
 des subnūi uoluerat, tanti etiam manibus pedibusq; uinciretur. Sic perbie abij
 fert humana conditio, ut cum fastigū suum longe supergressa sit, ciēdē regib;
 continuo concidat. Quod utinam reges satis animaduerterēt, ani exemplū relā
 maduersumq; meminissent. Sed unde id in mentem illis ueniat? Da quā,
 rius enim ille Persarū regum ultimus literas etiam grēcas sciuit,
 ut autor est Curtius, nec id meminisse potuit, tum maxime floren
 te philosophia. Idem Curtius autor est libro quarto cum Alexāder
 ad Arbela castrametatus esset, qui uicus est Assyriæ Persarū cla
 de, & Alexandri uictoria nobilis, legatos Darij iterum ad Alexā
 drum ad pacem petendam uenisse, et redimendam matrem Darij
 cum duabus uirginibus: mandata autem Darij & conditiones hu
 iuscemodi attulerunt, quæ conditiones Darij incredibilem opulen
 tiā latæ, & Alexandri inauditam animi fidutiam atq; celstudi
 nem non acceptæ, ostendere potuerunt. Verba legatorū hæc apud
 Curtium

Darius Ale-
xandro filia
suam cū dote
opima obtu-
lit.

Curtium leguntur: Quid opus est armis, inter quos odia sublata sunt? antea Darius imperio tuo finem destinabat Halymannem, qui Lydiam terminat. Nunc quicquid inter Hellespontum & Euphratem est in dotem filiae offert quam tibi tradit. Ochum filium quem habes pacis & fidei ob fidem retine. Matrem & duas uirgines filias redde. Pro tribus corporibus triginta millia talentum auri precatur accipias: sic enim in antiquo lib. legimus, licet in impressis trigesimum talentum auri legatur. Et inferius: Alexander legatis excedere tabernaculo iussis, quid placeret ad consilium referat, diu nemo quod sentiret ausus est dicere, incerta regis uoluntate. Tandem Parmenio, antea suauisse se aut ut captiuos apud Damascum redimētibus redderet: ingentem pecuniam potuisse redigi exercitus qui multi uincti uirorum fortium occupauerant manus, & nunc magnopere censere, ut unam anum & duas puellas in uinerū agminūq; impedimenta, xxx. millibus talentum auri pmutet. Ingrata oratio regi fuit, itaque ut fine dicendi fecit: Et ego (inquit) pecuniā q̄ gloria malle si Parmenio esset: nunc Alexander de paupertate securus sum, & me non mercatorem memini esse, sed regem. Hactenus Curtius lib. IIII. Cuius illa uerba corrupte uulgo leguntur, cum alias, tum etiā quod xx. talentis auri codices impressi habet, quod non magnū est pretium, hoc est minus quadringentis talentis argenti. Plutarchus decem millia talentū oblata fuisse dicit, non adiecto auri uel argenti: puto igitur corruptum esse numerū etiam in antiquo codice: nullae enim opes eam summam & quare possunt: aut certe argenti legendum esse non auri. Tame si talentū auri fortasse non sexagenarium erat, ut infra videbimus. Apud Iustinū ep̄iome XIIII. ubi legitur de opibus Alexandri: Erant enim in thesauris C. mil. talentū: & in annuo uectigali, & tributo CCC. mil. Ego non CCC. sed xxx. legendum censeo: non enim conuenit ut CCC. mil. annua essent, & centum millia tantum in conditis pecunijs: et alioquin xxx. milia anni redditus fuisse cōjicere possum ex supradictis. Hęc ferè sunt quae de opibus Persarum comperimus, etiam di-

et possunt. Quibus hoc institutū fuit (ut diximus ex Herodoto) ut aurum, atq; argentum graue in thesauris haberent. Strabo autem ita inquit, de hoc loquens: οὐδὲ πλεῖστον χρυσὸν καὶ ἀργυρὸν τὸ ταῦτα ηγέτασθεντος εἶναι. νομίσματι δὲ οὐ πλλῶ, πρὸς τὰς δια-
ποτέντων κεχαρισμάτων. νομίζειν μᾶλλον καὶ πρὸς κειμενίων
εἰπόθεσιν. οὐδὲ νομίσματος πρὸς τὰς χρύσας ἀρνοῦνται, οὐκεντρον τοις αὐτοῖς σύμμετον. Maximam autem auri atq; argenti partem in instrumento & supellestili esse, in numero non multam: siquidem illa elegantiora, & ad munificentiam, & ad thesauros condendos apud eos existimari. Nummi autem signati tantū sufficere quantum satis sit ad usum: ideoq; signari modo impendiorum. Hoc institutum Persarum ignorasse homines iij mihi uidentur, qui censem interessere reipublicæ ut uasa aurea & argentea quam paucissima in priuatis sint censibus, & plurimum aurum argentumq; confletur in officiis monetalibus, ut numisma in commercijs exuberet. Nec me latet censura olim digna apud Romanos uisum argenti factum domi ultra paucula pondo habuisse: sed ob alia causam id institutum, & in penuria argenti. Veruenimus uero quū imperij nostri redditus cōponere cū Persicis, subquartā ferme proportionē habere deprehendi. Sic enim ratiocinabar, qua si large annua quina dena talentū millia Persarū reges referre in accepta potuerint. Huius summae quartā partē quadragies centenis millibus francicorū (hoc enim uocabulo nostrē in ratiocinijs principalibus utuntur) ubere ratione estimabam. Quam summam acceptā & expensam memoria nostra aliquot annis nouimus. Sic igitur statuebam: Si tributa quæ quotānis ex occasione gerendarū rerum uarie & libero principum arbitratu indicuntur, ad statam fixanq; summam & formulam redigerentur, posse hilari popularē conditione ad quinquies & uicies centena millia peruenire. Vextē galia autem (de quibus ante diximus) & patrimonium regium, ac diadematicum duodecies minimum conficere. Reliqua omnia quæ uices statas non habent (qualia sunt fortuna, & aduentitia, & omnia

Institutum
Persarum
animadver-
tendum.

omnia in fiscum cedentia) in paginam liberalitatum seponebam,
 cum muneribus & magistratibus & omnibus dispensationibus quæ
 codicillis conferuntur a rege: his enim rebus prolixe munifici prince-
 pes esse possent, si certo quodam modo munificentiam temperare
 medarentur, nec primo cuiq; aditum occupanti largiri. Hanc bre-
 uiarij principalis constitutionem, spondere ausim et fortunis omnibus
 meis cauere, populum Gallicum non modo ferre posse, si ei in-
 iungatur, sed etiam beneficij loco depositurum, duntaxat ea lege,
 ut ab iniuria militari incolumem se fore & sartum teatum (ut dici-
 tur) restipulari liceat, & semel quotannis ea conditione imperatis
 regijs defuncturum. Adde, si placet, & sibi bona fide sponderi id
 intelligat, neq; id quidem modo, sed etiâ corollarij nomine hoc ad-
 diturum, ut si de aris & focis dimicandum sit, repetitum se iri ube-
 re aliqua inductione caueat. Semper enim ad incerta bellorum re-
 ges nostri uelut sanctius ærarium in populi benignitate obsequio-
 sa reconditum habuerunt. Quod si quis huius anni collationem re-
 putet anni superioris collationem excipientem, atq; in id tempus
 utrangu; incurrentem, quo & uis maior seu coeli intemperies cala-
 mitatem, & uis improbior (quæ militaris est petulantia) pauperie
 longe lateq; per rura fecere, nullus iam modus estimationis erit.
 Nam cum aliâs ferè ea populi imperia accipientis obsequentia, &
 tributa præstationesq; alias imperantium duritia apud nos esse so-
 leat, quæ est uinitoris, aut insiti, aut minime indulgentis, qui plu-
 ribus palmitibus uitem q; pro stirpium uiribus onerare non ueretur,
 quum nihilo secius imperatas uvas uitis frugifera reddat, tum sic
 actum est hoc biennio (quod miremur plebicola principe) quasi po-
 stremum tributa atq; simul omnia iniungerentur, perinde ut codu-
 ctores agere iam ferè exactis lustrorum annis assolent, qui præ-
 dio non suo mox futuro multorum annorū fructum exprimunt im-
 probius. Sed scilicet fatali dirâq; (ut ego quidem arbitror) omnium
 propè ordinum ignavia incuriaq; pari, insignes anni fuerunt, eo
 utiq; tempore quo nemo fere Gallus inde Gallica inuentus est.

Etenim

Etenim per deum perq; publicam conscientiam, quo^t cuiq; gloriae
ri licet sua in rempublicam officia constitisse? Certe nulli ut uide-
tur eorum quidem certe qui à memoria, aut consilijs principi, et sue
per sanctiora officia fuisse dictinatur. Ecuādo autem post homē
num memoriam strenuis magis gnauiisq; ducibus, & loricatis & to-
gatis respublica indigere uisa est? At uirosq; eam nunq; tantum de-
siderasse constat, quum populo id uociferante, omnes etiā ordines
tumultuose admurmurarent. Heu dissoluta inertia, plebei gemen-
tis uoce nō commouerit? Nutrici regiae ac publicae iam exuctae atq;
aridae, primores eius alūnos, neutiq; condolescere? Quod si parum
de comprimēdo ore fame laboramus, dum famem longe à nostris
priuatim penatibus arceamus, ne deum quidē res humanas credi-
mus despectare? Ecquō igitur unq; tēpore, maior (ut ita dicam) se-
ges emerendae gratiae tum diuinæ tum humanæ fuit? Si ijs qui ad
limina obseruabant, publicae charitatis guttulā paracletus ille spirē
tus subinstillasset, qui totum se iam profundere creditur simul ac
creare pontifices eisdem libitū est. At enim rex aures ferendae ue-
ritati non habet, nec oppidanī homines scire possumus quid cū prin-
cipe in aula interiore agatur. Quot igitur eorum tandem, aut quo-
ties ipsos uidimus ex curia electos, ob id quod ingenui homines de-
cerēt eos esse prolocutos, aut uicē publicā egregie conquestos? Hęc
in pullata forsitan turba admitti excusatio potest, que trans teclio-
ria uultuum intropicere præ hebetudine non potest, inter eos non
potest qui alia opinione habent cum ex usu ipsam aulico, tum ex in-
genio principis plebicolae & indulgentis, eorumq; ipsorum moribus
confirmatam. Ego ut credam causam populi eos agere qui nihil nō
sibi suisq; impetrare auferre q; non uerentur? aut regiae charitatis
igniculos excitare eos posse, qui beneficentiae fines gentilitate, aut
cognitione circumscribentes, ad suffragationes aut pias aut hone-
stas, frigidiores esse salamandra uidentur? Quonam aut modo exē-
stimabo diuinæ legis eos rationem ullam habere, quos in actu uni-
uersitatis stipulationes priuatim ideniidem concipere notum est?

Quid eos deniq; pensi habere credā, quos populo ad extremā inopiam redacto, Crassianis censibus penates suos augere nec piguisse nec puduit? Atqui eō iam uētū esse video, ut uelut in lusu talario populus damno semper iactu miser, omnia sua in mediū cōferre tenetur, cum aulæ pauci alumni tanq; iactu Venereo fortunati, uniuersa raptim, aut certe pignora uniuersorū auferant. Nos autē ludi fortunæ spectatores proculq; ab actu summoti, ut immunes, ita exortes, risum interdū rebus, interdum lachrymas suspiriaq; accōmodemus. Hęc enim nō tam Democrito spectatcre quām Heracleto indigent. Hac alea dudū Gallia omnis æui decus gloriāq; perdit, ut parcissime loquar. Verū enī uero est in Græcorum prouerbio: tesseras superni Iouis nunquā non cadere cōmode & euenire, quo intelligi uolunt, deū quū rebus humanis lenta quidē manū, sed ineluctabile admouit, eū euentū cuiq; rei dare solere, quē hominum promerita, aut secus admissa postulauerint. Quare qui lusu antedicto immodice creuerūt, cauere (ut opinor) etiā atq; etiā debet ne sibi propter ea nimiope gratulētur. Si enim deus uicissim aleam suā iecerit, isti qui nūc Venere sibi cecidisse lætatur atq; triūphat, uersa uice ludi sero quidē casu, sed caniculari cōcidet. Siquidē nec impostura fieri iudicio diuino potest, nec diuine iustitiae præscribi ullo tēpore aut titulo. Sui autē amor nimius & charitas publica, ita inter se dissidet, ut ne glutino quidē magistratus uel honoris socia bilia esse possint. Tu demū igitur aula Fraciæ recte cōstituta esse dicetur, quū n̄ qui summā rerū tenebūt, sui & lariū suorū obliuisci tatis per uidebūt. Nūc autē ita qd actum rerū hoīes partim irreperi, partim irrūpere uidemus et profili, ut quos tenues et ieunios uiderimus pridie, distētores ricinis cernamus postridie. En quisculū in tenebris micemus, ut in utranq; aurem reges securi somno sopiri possint, qui huiuscmodi uicarijs atq; administratoribus habenas rerum cōcrediderunt. At etiā hoīes eximiū se decus meritos esse adeptosq; cēsebūt, si res dudū accīsae, benignitate diuina uberiōres fieri la cōpere circa pulueris tactum, ut est in prouerbio. Quasi uero obscu-

**Adagium
Græcum.**

obscurū sit ductores ipso ordinū impares grauioribus curis, cōser-
tū (ut aiūt) manibus optabūdos, fatis oīa regēda permisisse casūūq;
temeritati. Quū interim populus alienæ culpæ pœnas pendens (ut
affolet) infulas, ac fercula propitiatoria circūferēs, ueniā & pacē
superū supinis ad aras manibus exposceret atq; exoraret. Nū etiā
(si dijs placet) prouidētiam suā imputabūt, ij qui aurās oēs laxamē
ti securūtatisq; priuatæ captiātes, in pacē tandem geniale fato auspīcē
ce deciderūt? Evidē sacrilegij instar esse putarem, si id quod præ
ter hominū opinione diuinitus fatis ita competētibus euenit, humā
na prudētia acceptū sibi ferri uellet. Quis aut̄ nescit q̄ male para-
ti ad occasiōē eramus, q̄ undiq; deprehēsi & stupētes, nisi deus im-
petum iræ sue repress̄isset? Gratias ignur ob id habere & agere
clemētiae diuinæ nō nostræ gratulari prudētiae debemus. Neq; ue-
ro ex illa iactatiōē fœderū anniuersariorum fatis ipsi uidemur in
portum quendā fixi certiōq; cōsiliū respexisse, nec pignus certū habe-
mus pacis superū ueniāq; impetratæ. Cur enim has ego superū
indicias potius quām pacē uocādas esse nō pute, cū aspectū & coe-
lum nos referre nō uideā? simul ab istis galeripetis metuo (ut aper-
te loquamur) qui nos semper ē tranquillo in æstū atq; in scopulum auferunt. Hic facere non possum, quin paululum excedam à propo-
sito, animoq; obsequar opere fatigato. Nam quum in mentem mihi
earum rerum uenit, quas post decimum abhinc annum uidimus, mē
hi uidetur animaduersio diuina, uelut lanista quidam præpotens
totius propè occidentis imperia inter se commisisse: uidelicet ut ui-
cissim bella populi propulsantes, & inferētes iustitiæ supernæ pœ-
nas penderent insolentiæ & tanquam sanguinem mitterent opu-
lentiæ exuberantis. Atque ut reliquos omittam, nos in Italia rebus
gestis feroce, Venetiis bellum utcunq; indiximus, indictumq; stre-
nue gessimus cum contemptu hostium, atq; ingenti uiriū nostrariū
fidutia, id etiam mira felicitate uno prælio, ductu et auspicijs prin-
cipis penè profligauimus. Huius clarissimæ uictoriae, quum laureā
nō sceptris nostris alligare, sed in gremio summi louis (ut aiūt) de-

Galeripetæ
purpuræ
candidati,

ponere deberemus (ancipiū enim alea præliū commissum fuisse notum est, nec incruento Marte cōfectū) pro eo ut benignitatē diuinā summāq; potestate agnosceremus, uictoria ipsi feroces, subinde gigantea propè immanitate theomachiā mediari instimūs, in superosq; uelitari, quū interīm & à nobis & ab hostibus sacrosancti lūcines bellicum occinerent. Heu fatalis furor utrārūq; partium. Quid nos maiorum nostrorū pietas non mouebat? illos heroicorum ēpōrū sanctitatis nō pudebat? quū diuus Petrus Paulusq; & eorū sequaces ecclesiæ architecti, non armorū splendentiū fidutia infestī ad prælia grassabantur, sed cruce, sed innocentia frēti, cætera

In Iuliū II. inermes, ad castra C H R I S T I tuenda flagrantissimæ charitatis classico ciebantur. Nunc inania tantum ipsi nomina, quorum maiestate apud populos sacrosancta, sacerdotū ordines primarij fastus suos obumbrant. O dirā portetosamq; uecordiā sacrosanctæ potestatis. Quis enim unq; tantū animo cocepit nefas, ut sacerdotū culmen, ut cleri magister, ut sacrorū summus opifex, manus inaugurate, ab altari calētes, in familiā domini armare sustineret? animoq; plus q; gladiatorio grassaretur ad Christiani nominis columē mūdo stupēte delendū? Et nūc mysticā illū ensem cæsim punctimq; irrito (ut credimus) proposito uibraret; nūc à Marte sanguinariam frameā mutuaretur, & cōsternatos diris execrationibus (quæ forzasse in eū ipsum uerterūt) ad internicione quoq; perseguī cōnteretur? En quos pedes, quas manus libēs exoscularēre, inde ut os crue tum ac pollutū referes. Miserū te tū Iuli, atq; intēperij actū, qui usquadeo iræ cæcæ indulgendū putāris. Tu ut transuersus et præceps, u&sana animi cæciuate raperēre et nec te nec decorū maiestatē beatissimæ præ odio respiceres? sed ordinē amplissimū, sed senatum purpuratū, sed Libani gloriā splendorēq; tecū rapiēs, iniuitam bona ex parte & mussitante, arcis ecclesiæ ruina obruere nos teq; adeo ipsum cuperes? orbē etiā penē totū concuteret fulminibus ciedis collabefactū: ut nos odio & inuidia flagrantēs igneūq; deinde ardenteis inspiceres, nec recusares quin in rogum nostrum flammantem

mantem uoti compos insilires? Proh superi immortales, tantum' ne de summo sanctuarij uertice licuit maleuadæ noxæ, ut æstro uim-dictæ percitū per fas ageret nefasq; præcipitæ? ut uel corpus animūq; in busto inimicorū properaret ire per dñū? Non fuit iræ effera-tissimæ satis retro nos in fines fulmine perterrefactos egisse, Italiæ adamatae possessione cedentes cū fremiu ac gemiu, nisi de aru insuper fociq; dimicare, extremaq; deinde exēpla timere coëgisset: quū sub ipso lanista sanguinario totus propemodum hic orbis nobiscum pariter digladiaretur animo infestissimo. Vbi nā erat igitur ille Zelus domini, quæ est ira iusta læsæ aut imminutæ uindex diuinae maiestatis? Hoc enim tantum signifero in aciem prodire sa-criis cohortibus fas est, siquādo prodire fas est. Num tandem ex æde charinatis aut fidei facello ancylia prōpserat, et signa cruciata? Ec quid igitur eū pudebat seruū dei se uocare, cū Franciā Christianorum decus, et pōtificū olim religionisq; asylū, bustis ipse Gallicis in signire gestire? quū sacerdos septuagenarius Bellonæ sacris opera retur, cui uel generis humani luculeto dispēdio lūnare contēdebat, cum quū profanū uulgas ad delubra pacis et concordiae miserabile specie supplicatiōes inibat? Enimuero uisendū spectaculū patrē nō modo sanctissimū, sed etiā senio & caniū spectabilem, quasi ad tu multū Gallicū è Bellonæ fano suos euocatos ciēte, nō trabea, nō au gustis insignibus uenerandum, nō pōtificijs gestamibus sacrosanctum, sed paludamento & cultu barbarico cōspicū, sed furiali (ut ita dicam) confidentia succinctū, fulminibus illis brutis et inanibus luridū, eminēte in truci uultu cultuq; spiriuū atrocitate. Profecto nos uidimus paucis annis multa quæ prorsus maiora fide posteris uidebūtur. Hoc turbine, hac procella luxata ecclesiasticae autorinatis ac disciplinæ compage, quonā modo fides recta nisi clavis trabaliibus & æternis fixa, sacrisq; monumētis semel affirmata cōstabilita q; stetisset? Verum o superi boni, q; præsto manus ipsa deū affuit, quondam ipsa ecclesiæ architectatrix. Quām autem ueluti numen tragicum ut dicuntur, & è machina, nec opinato uisa est

Leonis. x.
præconium.

præsentissima opulatrix? Nam illo pontifice de medio statim sublato, hunc mirificis comitijs eadē manus sufficit intestini protinus externi^{q;} belli pacificatorē, qui caliginē sanctuaria domini incubātē discussurus haud dubie existimatur, cæliq; liberum aspectum oīno redditurus; quum etiam eadem manus diuina Iulium ipsum ante mortem Titanici sceleris cordolio tetigisse crederetur. Nos tamen eas poenas (ut ingenue fatear quod negare non possum) meritio pependimus, ob uictorias utiq; luculentas semper insolescētes, ne non planè Galli priscorūq; similes Franci nūc esse uideamur. Siquidem supradictarum rerū religione obstrictis Gallicarū copiarum animis (ferre enim diu piaculi religionē uiri Christianissimi nequeunt) idem qui à nostris deus in rebus secundis non agnitus fuit, ex fauore ille quidem in iram uersus (si tamē irasci deus pot) lymphatico primū pauore cōsternatos retro egit in Franciā: deinde etiā classicis circunsonantibus pauciūtateis, de aris ac larib⁹ dimicare delicias suas Francos, aut certe tergiuersari coēgit. Quo tumultu ac dedecore quā iā multū poenarū uideremur sup̄pis pep̄dis se, nec ideo uerdiā nostrā expiatā esse putaremus: hostes aut rursus bellū & tumultū inferre, nos propulsare pigeret (neq; enim satiā aiorum nobis, præsertim quū alibi man⁹ nostræ distincretur: neq; illis satis copiarū aut apparatus fuisse dictatur) factum est (Coia moderatē p̄uidentia) utriusq; ut comoda pax esse crederetur, fremete tū Sinone aquilifero, qui primus incendia miscere magno tumultu solebat, & rursus extinguere, in utrāq; partē alternans, s̄epe leues ob causas atq; indignas. Ita aī aduersio diuina ut lanista clemēs, duos populos ad internicationē iāmīa digladiaturos, medio in certamine diremit, cōtēta (ut spero) ad sanitatē & modestiā utrosq; redegisse. Inuidia enim apd' sup̄pos utrimq; flagrabamus ob redundanteis opes. Iāq; eo uentum putabatur, ut illi hausturi propediē de fece, nos etiam reselecturi de uiuo uideremur. Tāetsi in ea sum opinione, ut nobis improuisa tempestate iactatis, una & altera (ut dicitur) anchora sicca restaret, si gubernādi satis gnari in tumultu ac-

que

q; trepidatione fuissemus. Quādō enim Francia oībus rebus instruēta, deo qđē non aduerso, undiq; deprehēsa est atq; ad incīos (ut dicitur) redacta? Hic mihi uereri subit, ne ī geniali foedere præteri torū nobis obliuio surrepat, & ueluti rude donatos nos esse diuinitus existimemus, quasi iterū nobis bellū nō timendū sit, dūtaxat pro portis, plaribus, pro pignoribus gerendū. Nā ne nusq; belligerem?, inquies, noster aīus ferre nullo mō potest. Sic opes iā nimias conte ri iugi bello necesse est, & referre dicūt quorundā dispensatorum principes à rebus bellicis nunq; esse feriatos, ne trāquillo rerū statu ratiōes ipsi recognoscere uacet. O beatā futurā Galliā, si tā ei cōtigisset heros habere frugi, quām bonos habere solet. Nā mancipia, ut q; maxime unquā puincia dicto habet audietia: etiā si suū ius ser uietibus cōstat & q̄tate dominatiū. Lūprimū in ea summū Liberi patris cū Cerere certamē ut uini nobilitates nō possis sine nomencu latoris oīpa numerare. Mitto tēperie cāli & clemētiā, & quod utrū usq; maris cīctu & cōmercio cōmode comiterq; habitatur: soli uertas tāta ē in uniuersum etiā iter imopes frugū sterilesq; puincias, ut quasi annonae præfecturam sub cardine nostro gerere existi memur, prorsus (abſit inuidia uerbo) ut ieunia indicere finitimi, uictumq; abstemium cum libuit possimus, quum sumen (ut ita dīcam) occidentis arare uideamur, si in uniuersum fiat aestimatio. Adde animorū alacritatem ad res omneis inceptandas, tum dexte ritatem corporū impigram atq; eximiam ad uices obeundas: quib⁹ si militaris disciplina constantiam addidisset, nihil effet utiq; quod in nobis ab exteris requireretur: nam nostris quidem satisfacere nullo modo possumus, qui nos in ordinē nuper Barbarorū coēgisse dicūtur, nec disciplinas nobis politicas, nec prudentiā cōcedentes. Equidē proborū hōim esse nō puto ingenitā simplicitatiē in Franciis improbare, q; in latebris mentis infidias condere nō didicit. Atqui nisi Genius Francici diadematis iam inde ab incremento sceptrorum ita fermē semper tulisset, ut oculis & auribus alienis utē decus regium crederetur, sicq; plerunq; fierent imperij potentes se

Frācia bona

misses, quicunxes, trientes, ut fortuna tulit, homines, qui imperādi uetandiq; impotentes esse & actu rerum deprehenduntur, quia su-
mus rerum omnium instructi commoditate, Persici quodam modo
regni nunc instar obtineremus. Cui enim tandem prouinciae iude
datum est, omnia ut pacis belliq; subsidia, & sua, et (quod dicitur)
in numerato habere? Ita nobis copiae nostrae equestres statio iugi-
q; stipendio descriptae in turmasq; centenarias quinquagenariasq;
ceteriatæ, non dico præsto sunt si ad delectum edictumq; citetur,
sed etiæ in procinctu, et arrectæ ad bellicum exaudiendum: ex qui-
bus centurias habemus, cum ad præsidia regni omni in parte collo-
catas, tum uero ad incerta casuum stationes agentes, in quascunq;
partes incubuerit tumultus, protin⁹ coituras. Quod si et alias quo-
q; succenturiari oporteat, abunde est iuueniutis ad sacramentum
paratæ imperiæq; manentis. Propter has aliasq; prouinciae præsta-
tias, Francia ab externis inter primas prouinciarum libentissime
& uisitatur & habitatur, quippe uisendam eam singularis præterea
hospitalitas facit, incolendam autem omnium rerum expetendarū
exteris commoditas. Sed & si milite externo accersitoq; uti libeat,
pecunia large supereſt, & annona, unde alere copias & autorare
perenni stipendio possimus: q̄q per hosce annos infeliciter id expe-
rixi statuimus, ut ferè omnia agi præpostere cœpta sunt fatali de-
mentia. Siquidem eo errore quem græci xenomaniam appellant

Xenomania. id est nimium & inconsultum externorum studium, luculenta cla-
des illata rusticam plebem affixit. Cernere erat & nostrū, & ex-
ternum militem plebeculæ penusaginatum, ultro etiam temulen-
tum illudere quasi uictis, quem interim miselli, & egetes & sicci,
alijs super alias collationibus in desidis stipendia militis omnia cor-
radere atq; eo amplius corrogare cogerentur: & (quod sine gemi-
tu meminisse nemo potest) interdum nexum inire, ut est formula
exigendi tributii, si pignora capi nequeat. Sed sic est uisum diri tē-
poris inter regibus, quibus ipsis placere patrium nihil potest, quiq;
ante pedes positos trāſilientes, & Colchos nobis aut Basternas pe-
tendos

rendos uiros putat: ob quod eos non dubie biennij Epinicia manent, ab ijs(ut opinor) decantanda qui eoru olim actui supererunt. Sed enim(o miram uim numinis)sic libitum est prouidentiae, quae res & uires mortaliū tēperat, omniaq; à se facta pro potestate mode ratur: cuius rei rationē inire mortales non nisi confusam aut am biguā possunt, ut tantae rerū nostrarū cōpetentiæ cōsiliū quoq; pu blicū nō suppeteret: ne si bonis in rebus Franciæ et copiosis, bonam quoq; mentē reip. circunspectāq; dedisset, finūimos fortasse Gallia longissime summuue ret. Priuatim autem nostros cōsilio et solertia de fici ego qdē nō ceseo, ac ne eos quidē ipsos q in mediū cōsulere no bis existimari uolūt: ut quos in augēda re priuata et strenue et so lterer operā nauare uideamus. Hinc illi subiti penates imaginū no uaru, luminibus nūc officiētes antiq; simae cuiusq; domus et genero fissimæ. Scilicet hic ē ille orbis fatorū scitorūq; puidētiæ, quo gen⁹ humanū nutu dei uertitur: i quo emergeteis alias in sole familias, alias sideteis in tenebras uidemus, inuicē inter se sursum deorsum q; impellētes et summuuentes: quae uicissitudo facit ut alternis flore ant exolescālq; interiturae tandem stirpes. Verū hoc ridiculū, quod q ad centesimū se nepotē animi destinatioe propagat, illustrē sibi fa mā in oē æuu pollicētes, sēpe intra primos nepotes stirpites exole scūt, & tā friuola spe hoīes certā et diuinitus oblatā atq; expositam mutabūt æternitate: Sed qdnā in causa esse dicemus quāobrē q su is cōmodis suorūq; cōsulere bene feliciter norūt, ijde reb⁹ ipsi publicis p̄spicere non perinde uideantur? Nempe quod aulicis institutis cauetur ne quid ē republica esse uideatur aut principis, quod non idem cessurum in rem priuatam paucorumq; manifesto intelligā tur, nec rursus aliquid publice turpe, quod priuatim aut honorificū esse possit aut luculenter compendiosum: non item uice uersa, quic quid publice aut honestum aut utile sit, id ut ad singulos quoq; eoru pertinere uideatur. Nihil enim moribus huius ætatis publicum præ ter aērem et pluiam censem, cætera non tam publica esse, q ex posita existimantur in eorum utiq; prædam effusa qui anteuertere

re uerecundis & probis, & præripere possint: hic aulica uigilantibus iura instrenuisq; op̄nulari ferūt, uirtutisq; præmia concedere uel improbe p̄caciterq; occupanti. Proinde nulli in Gallia publica cōmoda domū suā auertisse fraudi futurū existimatur, aut noxam publice quanta sit illa cunq; nocuisse, q̄ quidē ipse, eius' ue amici in libras dāni dati unciolis decidere singulis nō grauetur, & ea sit soletia ut uti foro norit. Quo fit ut tā maxie ferē actui summo præpositorū diuitiæ circūfluāt, q̄ maxime uires opesq; publicæ & priuatorū facultates exhauiuntur. Sicut in ægris corporibus lien & uenter pellacia duo mēbra, tū maxime redundare dicuntur, quum cætera exulta defecta q̄ uidentur. Quod si quando nonnulli ut irudines distentæ, caput in sorbu popularis sanguinis uisi sunt reliquisse, longo iā interuallo rediurum id exemplum non timetur, præsertim quādo id quod olim capitale censebatur, nūc impulsis legibus atq; euersis, non tā criminosum q̄ contumeliosum esse cœpit: contumeliosum? immo uero ingeniosum inter istos beatos & fortunatos, atq; etiā palmariū, utpote inter quos nihil ignominiosius egēti aut ridiculous innocentia esse credatur. Simul enim hominē fidē cum re & censu cōcidere arbitrantur. Iam uero quum hoc semper habuit Gallia, ut bona sua interdū ipsa nesciret, interdū scire nollet, tū uero illa prægrauat indignitas & optimū quemq; enecat (si id effari phas est quod nequissimū non expectorari) quod amplissima familia domini copiosi, atriensiū paucoru regiūr arbitratu, qui accepti expensi q; paginas luculentas habentes in potestate, in rē præuatā iuxta atq; publicā uersa, publicæ rei expensare licenter impuneq; uidetur, necessitudini & obseqo gratiose tribuentes, quæ uirtuti officiæ & industriæ debebantur: unde factū est ut ad summū dedecus res nostræ semel deuenerint. Quid enim p̄ deū rerum nostrarum olim fortunatorē, quid inquam nō modo iniquius sed etiā ad speciem maiestatis huius regni indignius ac foedius esse potest q̄ quod inertes quidam homines, atq; ab omni actu memorabili ferēati, in Prytaneo (ut ita dicā) copioso saginantur cū suis clietelis tā quam

q̄ de republica aut principe meriti p̄clarissime? Quid perniciosa
ut, q̄ quod nūc demensum unicuiq; pro potestate statuit, qui me
ritos ab immitis, dignos ab indignis lectores à mediastinis, non
magis iternoscere didicerūt, q̄ literarū nescij doctos ab imperiis?
Qui etiā si id facere quoquo modo possint, tamē frigi bonæ hōes,
aut aliquo artificio cōmēdatiles, nunquā uel nequitia p̄dūis aut
uerberationibus seruis cēseant p̄ferendos: quorū quidē opera nō
in rebus dominicis, sed peculiaribus uti possint. Ita dominicū ipsum
nomē tantarū indignatū inuidiæ obijciunt. Omnia enim imperas
se dominus dictinatur quæ paucis dispensatorū cōmoda sunt, uel te
mere cōplacita. Horum p̄cipue interest (id quod quidam nuper
astruxisse dicuntur) solertes & cordatos in Francia non esse, ut
qui hac uia grassantibus ad peculum augendum ultra modum ser
uilem fastigiumq; priuatum, perinde connuentiam non possent ac
commodare. Verū enim ex hoc iā instituto eō uentum est, ut quām
optime quisq; de republica meritus est, tam pessime plerunq; de eo
principes mereantur: quippe aliter fieri non potest, quum huiusmo
di administri non modo dispensationibus, sed etiam admissionibus
in p̄etorio p̄fint. Quod si pauci interdum ad aulæ penetra
lia nō exoratis istis admissionalibus euasere, uiri uel doctrina p̄
dīi & solertia, uel grauitate & probitate laudabiles & eximij,
dicere ausim uel maioribus eos fati eosq; euasisse, uel (quod & que
rārum est) benigno aliquo sidere insinuatos esse, uel deniq; ui ma
ioris ingenij fortunam sibi finxisse. Ex ea ferè nota uidimus Petru
Cothardum summæ curiæ Lutetianæ principem, & Guidonem
à Rupeforti Cancellarium Franciæ (legū tutorem, morū, ordinū
q; censorem ac togatorum uerticem, hoc nomine significamus, quē
& pleniore & feliciore nomine Nomophylacem appellare posse
mus.) Horum autem duorum potissimum ideo meminisse me iuuat,
quod eorum nominibus appellandis quum in memoria felicio
rum temporum acquiescere mihi uideor, inaniq; p̄teritorum
meditatione recreari, tū uero assentioni & gratiæ nihil dedisse
dicar

dicar : utpote qui nec ab ipsis iam mortuis , nec ab eorum sequacibus , qui ferme iam nulli sunt , gratiam inire sperem . Quos autem uiuos colebamus , omniq; obseruantia dignos esse censemus , utinā memoriae perpetuae uel nunc uel in posterum consecrare possimus : uiros quidē illos diuersissimis ingenijs & que de laetis ferme luera tisq; meritos . Ille miro lepore studiosos exosculans , nostros et extenos benigne adiuuabat , festiuus , facetus , beneficus , comitate , iucunditate , & morū facilitate nulli hominū secūdus , ut uno uerbo absolutum , præsidium , subsidiūq; omnium , qui Minerue sacramento dixisse profiterentur , nam & ipse miro lepore inter ingeniosos literatosq; præditus erat . Hunc illi aduersam per diametrum genitaram habuisse dices , ut Democrito Heraclitum ex aduerso stetisse

Guido à Rupeforti. produnt : sed sub uultuosa illa facie & propè dixerim truculenta , summa omnia latebant etiam ad humanitatem pertinentia . Nihil autem amplius in eo cognouimus (quum omnia essent amplissima) q; quod & equabile animi præstantia in aula imperiosa atq; morosa seruauit ad extremū , nō ut in eo trucem animum , aut uitæ infensum esse dices , sed contra ignauia circumspectū , & generose cautum , tempori ita cedentem , ut consertis (quod aiunt) manibus integrum eum retentaret . Quo temperamentu in loco sanè lubrico , nō sine optimationum plausu stetit , qui sensim increbuit , eo de medio sublato : posteritatis enim dissimilitudine desideriū eius magis ac magis sensimus . Hic adhuc unus numeros omnes impletus gerendi summi magistratus existimatur . Fuit ingenio summo , memoria longe & equalium tenacissima , animo sibi semper instanti , uoluptatum uel nesciis uel contemptor . In illa celebritate ac strepitu aulico hominem apud se se dixisses semper esse . Reprehensus fuit à multis (ne ab omni eum culpa uidear uindicasse) quod dicerent eum ad rem paulo audiorem (ut etate adhuc uerecudiore) fuisse , atq; irae præcipiti non satis temperasse , & nihil secius omnes probum fuisse eū uirum non negant , n̄ quidem certe qui à uero non aberrant priuata similitate percipiunt . Evidem utiram in eo præcipit expertus sum , quę

qui cum eo sœpe habui negotium in munere publico, ita contendere ausim minime omniū iracudorum maleficā ipsum habuisse iracundiam. Fuit enim huiusmodi ut mira animi æquitate uerba propemodum iurgiosa redirascentium ferret duntaxat liberaliora, etiam si in re præsenii cœgre ferre admodum uideretur, uidelicet uir ingenui, & Catoniani spiritus, nemini fraudi esse uoluis generose libertatem in quenq; usurpasse, eorū quos male sibi conscos non esse intelligebat: alioquin uero quis negat nemini unq; homini mores undiq; absolutos fuisse? Atq; haud scio an laudi id uerti debeat, uirum natura biliōsum, & iræ intemperantē, nunq; tamē iræ ad uindictā usq; obsecutū fuisse: Eadem quū cōmitas in seueritate tristioris naturæ culpa defuit, omniū tamen quos quinq; hodie meminit gratiosus et suffragator ueracissime fuit: neq; enim ut hodierni homines aut fumos uenditare solebat, aut sœpius appellari de pollicitatione aut promisso ferebat: nec ut ueteratores aulici & flexiloqui solent, ancipites postulatores & suspensos ambitu lustrali tenebat. Semel suffragium suum aut spōdebat aut negabat, frōnte ut tristi, ita mēnime aulica & fallaci: opitulator non modo benignius tempore imperiosissimo, sed etiam strenuus & peruicax, tanta animi acrimonia & solertia, ut nullū ferē moribus cōmendatum, tuēdam suscepit, quem nō & pertulerit ad finē destinatum. Hic (ut ita dicā) Corculus in summa talis fuit, ut quum omneis flexus aulicos occasioneſq; memoriter teneret, minime tamen aulicus esse uoluerit & uersipellis: eorū diffimilimus quos hodie hoc nomine uersari decimo quoq; uerbo atq; obsolescere in ore uulgi nō pudet, homines perfrictæ frontis, immo planos improbissimos, quos imposturam factōtare ore iuuat renidenti, eosq; peccatores frustrari quos aulicæ uerſutie rudimentū non posuisse sentiunt. Alios ex Chrestologorum natione nouimus medicato sermone afficiētes animos flagrantib;, ut gaudio perfusos ab eis discedere sœpe uideas & spe bona gestiētis, sed post intellectam ludificationē diras ijs imprecāteis, quibus tamen ipsi obaudientes (o proteruum sermonem) fortunari se dicti tante.

tant. En artes & disciplinas quas aulica philosophia mirifice profitetur. Quibus tamen nonnulli domesticis pridē institutis clarissimi nunc aduerso rumore inter aulicos agunt, etiam si se suosq; secundis numinibus aulicis euasiſſe gratulātur. Qui autē eius academiae decretis iam perimbuti fuerunt, eos ad frugē aliquā bonā ciuiſis & æquabilis uitæ redire perq; rarum est. Huiuscemodi autem apud nos aulicastri degentes in oppidis uocinātur à populo, quo uerbo tam Aristippeos & Ephecticos ueluti philosophos Scepticosq; significant, illos salutigeros & morigeros, hos cunctatores & hæſitatores appellantes, nulli uel amicitiae ipsos uel causæ ita unq; ad dictos, quin statim cum fortuna transire parati sint: sic enim homines Aeolidæ, uersatiles ad omnē aulicā auram animos aiunt sapientum esse debere. Quo fit ut municipes in uiuice admonentes, uulgo eos in cornu foenū ferre dicitur ut inquit poëta lepidissimus. At Guido ne in Ironum quidē conuentu dissimilator fuisse dictus est: quod quidē ipſi uerti à quoq; uitio possit, alioquin ingenij et doctrinæ & ſeueritatis maiestate maiores, & qualeisq; longissime summo uens, ut tum opinio fuit constas. Cuius utinā sublimitas non etiam luminibus posteritatis obstruxisse uideatur: eam enim formam summi honoris incohauerat, cui⁹ præscriptis qui succederet propius ue accederet nemo adhuc repertus est, ut Veneris quondam Coæ tabulam ijsdem liniamētis qui absolueret, A pellis successor nusq; potuit inueniri: etenim qui ei proximus fuit sextus aut septimus magis q; secundus ei fuit. Mortuus aut̄ est uirtutis commendatione sera cognitus quum tristitia & ſeueritate popularis effe coepisset. Quare illi ex aduerso ac successori contigit, neq; enim ipse ut Phidiæ signū (quod aiunt) statim aspectus & probatus est, sed primore adueciu nec plausibilis nec gratosus, decedens tandem omnibus nō inquis defiderium sui non modicū reliquit. Alter contra, magna hominū expectatione exceptus, præsumptāq; ex præterito opinione gratius, ineundo etiā magistratu uibrās ac coruscās extinxit: sed illico à ſeſc desciscens, euando ſplendore etiam cedit in prioris gloriā. Quippe ut

Guido à Ru
peforti.

pe ut inclusa in funda annuli bratteola fulgetem suapte ui carbon
culum flagratiorem reddit: sic successore prouinciae longe inferio
re atq; obscuriore subiecto, decessoris illustris gloria intensius re
splendescit: quo maiore contētione animi adnūendū erit ijs qui in
posterum eum honore gesturi sunt. Heroicæ enim uirtutis exuias
gestare non cuiusvis est capit̄, etiam primæ notæ . Sed sunt qui à
fortuna quouis modo sublati, cum in digitos assurrexerunt, sua stu
pide miratur magnitudinem. Utinam aut illi Herculi Theseus alè
quis me uiuo suboriatur, qui mōstra reipublicæ ab eius obitu enata,
præstantissimæ uirtutis eius æmulatione tollat . Eius mors publice
haud dubie acerba , mihi priuatim quoq; lucluosa , omnibus ijs in
commodissima fuit qui honestarū rerum studio fortunam sibi factu
ri uidebantur. Quod genus hominum quum maxime placituru in
aula speraretur, frigere statim ubiq; eo mortuo ccepit . Siquidē tan
tum monumētum su premis in fascibus esse iam notū est: ut quā in
partem mores eius uergant qui eum honore gerit, eiuscmodi bona
ex parte primarios ordines sortiamur. Nam quum in eius sodalicio
¶ comitatu uelut seminarium antistitutum ¶ magistratum habe
re Frācia iam coeperit, fit ut ea in officina politos uel uiros uel ho
mines uenerari quo iure quaq; iniuria cogamur . Quare si diutiis
illi uiro ex sinu (ut ita dicam) beneficentia editio inter uiuos esse
superstitesq; licuisset, ¶ literatos utique uiros, ¶ de meliore nota
in scenam productos aulicam, ciuilem' que uidissimus. Hoc enim ne
mo unquam à bonorū causa, quos quidem comperisset ¶ exploras
set, aut firmius aut animosius stetit: quanquam sibi quidem ipse cer
te ¶ gloriæ satis studiosis et prudentibus qui productore ¶ com
mendatore ad tyrocinū indigent, parum, per inquam parū uixit,
ipse uero reipublicæ paululum: tam salubris enim sideris occasu sœ
ua mox orta tēpestas turbinibus rapidis res Gallicas in omnes coe
li plagas diuētilare cœpit. Qui duorum hominum spiritibus immo
Animaduer
dici excitati, quum eorum quoque obitu consopiti esse uiderentur, tendus locus.
ingenii stupore hominum extiterunt inaudite calamitates: quibus
quum

quum par nemo iam in aula supereisset, Gallia tum primū animos despōdere uisa est: retuso etiā illo mucrone strenuitatis primoreq; Martis impetu, quo maxime ualere Galli existimantur. Simul rei summæ gubernacula laurea partim excussa, partim emarcescente, omnium ordinū ore rediisse ad triarios dictūabantur. Verum ille à rupe fortī faustū cognomen sortitus, eum semper animū circa honestatis studiosos, modestiæq; tenaces præstittū (etiam si remittere frōtē atq; supercilium ne ijs quidē uidetur) ut eius obitus die atrū & funestū semper habere debeant. Qui aut eius institutis insisterre noluerunt, iam inde eo uiuo uirtuti eius infensi, huiusmodi fuerū partim ut priuatis studijs summi rerū actus fastigiū inclinasse, magistratumq; censurā (ut ita dicā) delumbasse uideātur, partim ut ex suo contubernio literatos & doctos exigisse iudicari debeant, eorūq; affines ambitionis, assentationisq; nescios, etiam si de lectu eorū hominū delectari sese dicere consueuerūt: ut omnia ferme uiri aulici diuersissima actionibus suis animiq; sententia proloquuntur, impudentia quorundā tam putida, ut aures defecatæ, harum rerū insolentes haurire hæc mendacia cūtra naufragiant quandā stomachos & indignationis nequeant. Sed nihil indignius q; quod sic quoq; fallere sperant ipsi nos intra pomoeria & natos & institutos. O stulta et ridicula opinione si quidē ita putant, impudentem & capitalē sermonē, si non putant: sed illudere proterue atq; improbe eorū patientiae gaudent quibuscū colloquuntur, qui ne tantulum quidē ipsi commouere se in illo regni theatro extra numeros possunt aut probitatis aut honestatis, quin aut risu statim acrīum spectatorum, aut aduerso murmure excipiantur omniū cuneorum: usque adeo qui suspici se supra alios uolunt, uel agentes ipsi uel loquentes latere nos nequeunt. Nonne quæ in adyis aulæ quasiq; intra scenam ac post uelum aguntur: quæ illic numina, quibusq; sacris uictimiæq; colantur, solenne est nobis anniuersarijs ludis uelut ex proscenio audire? satyricisq; actibus ita in rem præsentē perduci, ac si reducto uelo operantea sacra introspicere permitteremur?

Qui

Qui igitur fieri id posse dicamus? Nempe quod Aius ille (ut ita dicam) Locutius arcum nihil esse finit eorum quae in aula geruntur, agitur aut summissim dicatur. Quod enim ad uniuersos pertinet, id palam quoque uult et facit omnibus ordinibus esse. Sed beatum illud diuersoriū illi tantum qui intus sunt, rimis perlucere nesciunt. Proh superi immortales, num quisquam sodali & contubernali uel etiam familie notior esse potest, quam omnes eorum mores & habitus, oes status, flexus, affectiones, motus corporis animique; omnes uultum species & aspectuum omnibus nobis notae sunt istorum qui sese omnes pulchre latere putat? Quanta igitur cautione, quam circumspecte, quam religiose in suo se actu gerere uel alieno inferre debent, quae acribus oculis theatri amplissimi sese circunspici sentiunt? Sed quis eos hoc sentire credat quibus in re sibi gerenda sat agentibus omnibusque sensibus occupatis consulere famae non uacat? Atqui si oculis cuneorum inferuire non uacabat, aut si non magnopere id referre existimabat, uel ordinum ipsi oculis uel orchestræ certe inferuire debebant. Hoc enim meminisse oportebat, qui existimationi olim suae consulere neglexerunt, de his aliquando publice grauitate esse consulatum. Verum haec iam terricula infantium aut nouitiorum esse creditur. Per huius autem rerum & quos ueteratores uocat aulicos arcem sibi impunitatis nuper praefixisse existimantur, cum immanium opum propugnaculis tutam, tum uero ualidis praefidibus contractarum affinitatum necessitudinemque firmata, quam expugnare nulla uis iudiciorum, nulla constituedae reipublicae formula ualeat. Pessime uero de se mereri iam putantur, qui uel famae detimento commodis suis non consulunt interim dum dispensant. Inane enim et iejunum nunc aucupium famae esse creditur fortunis augendis quoqu modo parcere, ut integratatis opinionem honestatiusque tueantur. Proinde non ita pride qui rerum potiebatur, scenicorum figuram uere cundis auribus transmittere aut deuorare uidebantur: hanc loquendi libertatem moribus atque usu inolita tolli non posse Francis rege non uiolento intelligentes. Nunc uero aures istorum sensim cauillie-

ita occalluisse atq; insueuisse uidemus, ut inter theatraicas personas prodire optabile iam esse cœperit quorundam opinione, qui non nisi beatorū & copiosorū nomina in argumentis satyricis frequentari dicunt: quādo illi auriti caput licentia atq; impunitate summum ferē quodq; caput salibus suis perfricant. Vnde eō rem tandem uide mus euasiſſe, ut quae olim uitia figurata maximoq; cum lepore allegoriarum taxabātur in summis magistratibus, quū uel satyri caui labundi inducerentur, uel uitia ipsa personata per prosopopoeias prodiret, in ijs quas uulgo moralitates, nos antiquo uocabulo ethologias appellamus, ea nunc satyrico felle insulse, & simpliciter ac sine uenustate schematū enuntiētur: uidelicet quod licetia peccādē perijisse frontē (ut inquit ille) de rebus arbitrātur. En quibus seruire, quos colere & obseruare, quoru uoluntati lenocinari, deniq; quibus grauitatis & doctrinæ, atq; omnī ingenij ornamentorum fasceis summittere necesse est, eos quidē qui aliquo in numero haberi in Francia concupuerint: ut mirari iam homines desināt, quod rari sapientes & eruditi in rerū nostrarū administratione uersentur.

Nam ij quoru maxime interest res probe administrari, quū in spe Vcalegen, culis esse deberent: Vcalegentes ferē sub tecto securi rerum euenu-
BVK CΛΕΥWV. tuumq; dormiāt, ne discrimine quidē ipsi nuper fumigante excita-
ti. Hic est status ferē Franciæ, qui si aliquādo ipse recte atq; ordi-
ne cōstitutus fuerit, ut ij ultra in puppi ne imperiāt, qui uel in trā-
stris sedere, uel inter uectores quovis loco esse deberet, tam opulē-
ta, ut opinor, erit Gallia, q; priscis temporibus Hispania & Persis
fuiſſe perhibetur. Rex quidā Fraciæ Ludouicus (ut opinor) unde-
.cimus, quū sermo aliquādo inter eū & legatos magni cuiusdā princī-
pis incidisset de prouinciarum opulētia, illiq; magnifice de suis sen-
tire rebus opibūq; uideretur: respondisse ita fertur, ut diceret pra-
sum se graminosum, & late patens habere, quodq; toties fierē re-
stibile, quoties uisum esset foenicio opus esse. Quo dicto significa-
re uolebat, nunquam nō imperata tributa populos sibi subdiuos obe-
dienter confessimq; pendisse. Nos autem sic actum esse per hosce
annos

annos cum populis Francie scimus, ut eodem anno una & altera accessione tributa, modo dimidio, modo altero tanto, nonnūquam etiam sesquiplo excreuerint tāta animorum æquitate, ut uice prim cipis plebem etiam dolētem uideres audiresq; qui tot in curas ipse rebus gerendis distringetur: perinde acsi ab eadem sementi alte ra & tertia seges demeteretur in Francia, aut ex noualibus spicilegium instar iustæ messis existeret, uindemiamq; racematio excipiens, noua atq; integra fœtura denuo exuberaret. Verum rex ille Ludouicus prato suo amplissimo florentiūq; identidem gloriabatur, ex quo eodem anno foeniscium iterum & saepius cogeret, quā tumq; placuisse. Erat olim fortasse rex alter breui qui chrysomallas oues aureo uellere opimas uisendasq; habere se dictinabat, nō illas quidē apud Colchos, aut Iberos, ut in fabulis leguntur quandā fuisse, sed clemente coeli tractu luculentis inerrantes latifundijs, toties attonfiles quot res extinerint gerendæ, uellere succrescente perenniter ac iugi fœcunditate. Illud uero singulare ac nulli & que prouinciae datum, ut bellis continuis, intestinis uel externis exhausta, & uiris uiribusq; ad summam inopiam usq; defecta, unius statim aut alterius anni pace & commercio recreetur: et ut Antæum illum gigante ab Hercule sublatū poëtæ fabulatur quantūuis lucta fatigatum ac certamine confectum, simul atq; terrā matrem contègisset, integras ilico uires solitum recuperare: Ita Francie uires opesq; quantum libet accise, cum primum per pacem aut inducias tellurem aratro mouere licet, quasi terræ tactu instaurari uidentur ac restitui incredibili celeritate. O rara prouinciae felicitate. O reges undiq; beatos, si tantū personā suam satis nosse potuissent, & in actu summo rerum grauissimum quodq; negotium ductu suo transfigi, nō auspicijs tantum suis ipsi cōcupiuissent: hoc deus ad cætera Galliae addidisset, numeris omnibus cumulata felicitatis esset: nam quum clementiā in regibus, tum libertatiē in ciuibus rarissime desiderauit. Quantum utiq; ferre monarchia potest liberaliter insperiosa. Illud enim uero, illud inquam acreis homines, rerumq; non

Oues Chry
somallæ.

Antæum

nescios urit, angit, enecat: quod pusillis homunculis necesse perse-
pe subseruire, quos ut actores & uicarios principis aulica comitia
ceruicibus iniungunt succollaturae succiduaeque plebis illos quidem
aut fortunae suffragio, aut fauoris incosulti redempti ue aut alias
perperam renunciatos. Huiusmodi autem homines, quum fata Gal-
lica pro potestate regant, quum liberalitates principis munificen-
tiamque arbitrentur, quum cuiuscunq; nostratiū externorumque merita
ancipiati trutina arbitrii sui perpendant, & uoluntatis sue modu-
lis viros magnos pusillosque metuantur, sursum deorsumque (ut aiunt)
permiscent omnia in Francia, facile quidem illa principe alioquin
omnium prouinciarū. Quid enim per deum immortalem recte atque
ordine administrare semisses actores possunt, qui nullū ius ciuilium
iis, atque isonomiae nouerūt, quae est æquabilis honorū honorumque di-
stributio, pro dignitate, ac merito ciuium tēperanda? Nam quod
ius à perniis appellatur distributuum, id ab Aristotele iuris ciuilis
eximio conditore nocte ἔξιον dictum est, quod est secundū dignatio-
nem & promerita cuiusque ciuiū statuendū. At huiuscmodi uelut
interreges iamdiu pertulimus frementibus ne quicquam frendentibusque
omnibus ordinibus suppressa procerum autoritate. Hic mihi
manum inijsca reputatio fortunae temeritatis, resistereque paulisper
me cogit, ac sui meminisse. Siquidē quum in omni mundi parte for-
tuna plurimum pollere, & rerum esse domina dispensatrixque oculis
capta existimat, tum uero super omnia ipsam esse in Francia cœ-
cam atque hallucinatrice iudico. Haud ita pridem homines duos ui-
dimus tanta subnixos potentia, ut ad reipublicæ officia uix decimus
quisque; non ex eorū clientelis quasi è seminario quodā magistratuū
prodire uideretur: quum etiā ipse incrementa sua fortunae ac teme-
ritati bona ex parte deberet. Horū cum alter tempore paulū prior, et
fastigio multū amplior, eo prorsus esset ingenio, ut qui se submittere
maxime eius potentiae uellent, hosce ille maxime ceteris præfi-
cere uellet prolixèque augere: Alter eos præcipue promoueri concu-
piebat, ornamentiisque immodicis crescere & eminere, quos sibi usuē
fore

fore sperabat ad potentiam uel augendam uel tuendam: aut ijs mo
 ribus prædiuos, ut sibi morigeri esse omni genere obsequij ministre-
 riq; sustinerent. Nam & ipse impigre morigerando probatus, in
 secundas gerendarum rerum à maiore adoptatus fuerat, quin &
 assecram comitemq; illius potentiae non socium postea semper egit,
 haud grauate primos summosq; fascis submūtens, atq; etiam subij-
 ciens illius fortunæ, cuius tum nutu omnia uertebantur: et memine-
 rat quas in leges quum summum magistratum iniret, surdo sacra-
 mēto ipse adactus esset. Quoad illo de medio sublato quum nutan-
 ti iam fortunæ uideretur imminere, alius ex eodem prodij comita-
 tu uir eximus apud ordines aulicos egregie gratus, cuius matu-
 ra iam & adulta autoritate solertiaq; effectum est, ne ille prima-
 riæ autoritatis aut hæres aut prædo, impotentia animi omnino in-
 dulgeret. Cui si spiritus omneis suos profundere libere licuisset, ne
 curia quidē summa quantuuis obnoxia substiuisset. Quū hoc rerum
 statu fors fortunaq; specimen facere potetiæ suæ uideretur, conti-
 gū (id quod necesse erat) ut quos casus temerarius in aula insinua-
 uisset (aula aut tum erat ferè comitatus ipsorum) quum unū aut alte-
 rum stipendiū ijs supparasitando fecissent, statim uel magistratu,
 uel antistitio donati, quasi militiæ præmio, macti esse uirtute obse-
 quij, atq; obseruatiæ iuberetur. Quod quū mirificis exemplis apud
 omneis innotuisset, eoq; mores incubuisse uulgo dictarentur, ut
 nulla iam uia certius ad magistratus, honores, uirtutis decora &
 diuinias ferret, q; ambitio & assentatio, & (ut plane loquar) corpo-
 ris animi q; foeda uenitatio: contraq; honestarū artiū stolidosi, aut
 ueritatis tenaces, oēsq; qui sese eximere fortis fortunæ ditione cu-
 piebat, uel quos extra præscriptum decori & honesti pudebat pro-
 filire, seſeq; uēditare, male de ſe ſuisq; mereri uideretur, qui uel stu-
 dio literarū miseri intabescerent, uel inania & obsoleta iam nomi-
 na honestatis & uirtutis tātopere amplecterentur, uel deniq; in ijs
 rebus fouendis conſenserent, quæ nihil ad id tēpus pertinere cer-
 nerentur, Quum ea inquam ferè eſſet conditio tēporis, certatim

eò aduolanteis, atq; etiam migranteis uidebamus ubi contubernium
 esse fortunæ uidebatur, largitionisq; eius promptuarii: quum inte-
 rim paucis illis qui constantia et pudore ducebatur domi agere fe-
 riatos ab omni actu publico necesse esset, qui quidē adiunctum cō-
 pendium cum honore haberet. Sic paucis annis factū, ut inuersis
 ordinibus patricij ad plebē, & plebei ad patricios plausibiliter tra-
 ducerentur, quum uelut somno beatos redeunteis uideremus, quar-
 to uel quinto, atq; etiā decimo equite nōnullos comitatores factos,
 ī imaginibus nouis insignes, quae gentilijs & Troiugenarum nunc
 claritate præstant. Ita duorum hominū potentatu, repagulis pudo-
 ris & reuerentiæ legum, atq; existimationis bonorum & grauium
 refractis, retusaq; acie iudiciorum seueritatis, eò iam insolentiæ
 & licentiae uentum erat, ut accepta expensaq; omnia non fortunæ
 (quod læteris) sed fortunatoribus hominum referrētur, quos prin-
 ceps indignitatis nescius præfecerat (ut assolet) hominū delectui.
 Qua potētia ipsi freti, quum diuinos sibi honores poposcissent, nec
 defuissent homines primarij, qui se eorum cultus ingessissent anti-
 stites, oraculorumq; interpres, ab altaribus interim domini non
 pauci emansitantes, iam mortalium sensu inauditæ rei miraculo
 stupēte, prouidentia utiq; rerum humanarum curam abiecisse, aut
 certe posuisse à multis putabatur: & alioquin usqueo publica mēs
 successu rerum elata aberrauerat, ut Martis & Bellonæ numina
 instar propemodū haberent omnis diuinitatis. Quibus rebus Fran-
 cia Christianorum partium signifera (me miserum qui hæc memi-
 nisse cogor) quum cognomen illud ipsa suum & æternum impia-
 uisset: ibi tum ibi uerum & unicum numen rapida nostri orbis uer-
 tigine teribile, diuinitatis suæ maiestatem asserere instituit mirific-
 ce, editis in superbos quosdā insolentesq; exemplis omnis memorie
 clarissimus omniumq; gentium, si rerum diuinorum intelligentie
 dociles ipsi animos haberemus. Sed nos (ocēcē mentes humanæ)
 monita diuina perinde ac fulmina terrificā, celeri transmītere
 obliuione gaudemus tālis per modo in coelū suspectātes, quo ad orbis
 concussū

concusso fragoreq; contremiscimus, serenitate autem reddita, uel
 substillo adhuc coelo, ne turbinum quidem recentium uestigij ad-
 monemur, alias quoq; procellas seuiores impendere fortasse. Que
 ro ecquo unquam seculo dominus in nostros, uel in suos potius at-
 q; peculiares seruos rapidorem iræ sue terrorem, micantio remq;
 distrinxisse iusus est? Distrinxisse dico? immo etiā vibrasse, & con-
 torsisse: tametsi contremefactas delicias suas, Francos persequi pe-
 percerit. Hoc quum heri & nudiustertius factū sit, quis iā satis me
 minisse dicetur, si quidē mens publica ex habitu, & fidutia singulo
 rū aestimetur? Siccine fomento uno (præcalido fortasse) ē re nata
 apposito, doloris statim & discriminis Franci obliuiscitur, ut uul-
 nere percurato? Proh suprema & æterna dei prouidentia, usq; a-
 deo' ne dēsa seculo nostro erroris impij offusa est caligo, ut ne ful-
 mināte quidē deo sursum aspicere possimus? Qui si cœlū suspicere
 obliuiscimur qn i gñr oīa intente circūspectamus, ut sensu saltē
 hūano Gallia niteretur? nūc uero nec dextrorū ipsi nec sinistrorū
 sum intuemur, nec retrorū respectamus, ac ne id qdē qdē porro
 ē uidere cōtedimus: id demū qdē oculis admouē ē, aut etiā ad qdē idē
 tīdē offensamus, aīaduersione dignū esse cēsemus: ut mirari nūc sue
 beat eorū uel inertīa, uel amētīa, quorū oculis p̄inceps p̄ cōspicilijs
 solet uti. Qui quū cōēmūdis possessionibus, exædificādis penatibus
 gentilitijs, noībus suis prodēdis lōgissime prospectare, & ad prone-
 potum usq; ad nepotes porroq; etiam uideantur, existimationi ta-
 men populari non seruiant ad posteros manaturæ, etiam si perpe-
 tuo ipsi tenore felicitatis (quod rarissime euenit) uitam transe-
 gerint longiorem: quanq; quid felicitatem istorum uoco? quorum
 nulli securum sui possessorem esse licet, ex quo ciuilis, et municipa-
 lis uitæ tranquillitatem aulicæ potentiae semel emanciparunt.
 Nam qui acquiescere intra natalium modum, exigui esse animi aut
 degeneris arbitrantur, ij quam altissime uolentes emicare, eō abrē
 piuntur sēpe, et efferuntur, unde sine præcipiō in uitam descēde
 re tranquilliorem nequeant. Atqui huiusmodi est ferē eorum cō-

ditio, qui ius in caput hominum, atq; in fortunas habere, aut decus
optimum esse putant, aut culmen felicitatis. Quos equidem (ut nūc
sunt humana) crediderim potius gradum ad æternum præcipitiū
factitare, quam ad ueram beatitudinem, uel tantulum proficere.
Qui enim sensu omnes suos diuino deßponsos amori, cultuiq; reli
gionis ascriptos, humano obsequio & fastu seculari ita mancipauē
rū, ut ne animam quidem receperit coelesti sodalitio natā atq; cre
atam: quæ in manum ipsa dei mancipiumq; tum conuenit, quum in
militiae Christianæ tyrocinio quisq; nostrum sacramento primum
dominico dixit nomenq; dedit lustrali rore respersus, quonam mo
do is non perfidus & transfuga est, qui à deo in cuius uerba san
ctissime adactus est, ad eum mundi fastum desciscit, cuius ipse ob
sequium rogatus eiurauit? Etenim anima usq; adeo aulicæ potetiæ
amore capta, quid aliud q; à sponso suo eodemq; domino diuertens,
res suas sibi habere eum iubet, ac cum dote sua licet profectitia do
minica atq; paterna transit ad amorē impietatis? Sed deus ipse ista
uiderit, cuius est prouidentiæ quicquid recte atq; ordine in cōmu
ne consulitur, ut eius est connuentiæ destinatiæ quicquid nunc po
pulus perpetetur. Cæterum (ut ad rem redeam) si per hosce aliquot
annos isti hominum merita in dispensandis honoribus, & officijs
publicis expensa & ponderata quoquomodo fuisse contenderint,
sunt qui ausint affirmare, raro libri pendibus ipsis eorum lance com
petitorum ijsse pessum, qui meritis quilibet amplis uel aurū, uel ne
cessitudinem, uel aliud quippiam commendatiū nō addiderint,
quod uirtutem doctrinamq; prægrauat & famam quamuis illu
strem. Ita uiros eximios, qui aut ingenij ornamentis, ut prærogati
ua natalium, aut innocentia & doctrinæ suffragio renuntiari spe
rent, & sua crescere industria, obstrictos ijs esse graui quopiam au
toramento necesse est, qui officiæ illius beatricis atque fortuna
tricis uideri mancipes gaudent atq; magistri: quorum ut quisq; ma
xime uel obscuris uel exiguis natalibus ortus est, ita plerunq; esse
solet plenissimus tumoris ac fastidij. Vnū tamen eorum genus sem
per

per exitiabile fuit, qui diu uero grassati obsequio, in omniumq; potentium obseruantiam cōpositi,oris tandem probitate obrepserunt, ijs quis super admissiones erant. Hoc genus & flexiloquum, & ad omnem rerum inclinationem aut fortunae celerem euariationem Chamæleonta quoq; ipsum mutatione aliud atq; aliud esse solet, uisi sunt sēpe Onocephali qui numerum augerent, ut in omni ordine ferē hominum sunt quos fortunae tantum esse ludibria quasi q; acroamata iudices. Qui nec ingenio prædicti, nec arte ulla ciuiili intincti sunt, nec natura aut sciti, aut lepidi, sed fruges tantum consumere copiosi prytanei nati. Illi enim uero nos urunt aulici ueterane uel uerius ueteratores, qui manubij popularibus beatū, processusq; obseratos uersuris autorantes, eos processibus suis ipsorum imiticos putant esse, & aduersos qui ijs studijs incumbunt quæ quæstum non faciunt; hos stipatos manipulis asseclarum uidere est, quos uelut tyrocinio deducunt in officinam ditis, ut illic argentariam factient. Ii autem illorum pedisse qui ut literarum irrisores improboli, sic ærarij arrosores minutuli, à uulgo dictitantur: ad id tamē succenturiati ab illis, ut uberrimum quodq; munus per manus traditū suscipiant, quod quidem esse possit in aulæ commercio: ex manubij popularibus suppeditantur iuuenes beatuli, quæ literatis & doctis sacrosanctæ solent esse: ijs autem stationarij ordinum ductores in sua uerba adactis, firmissimum quodq; tenent reipu. præsidium, ne quando summa potestas ærarie rei præser-tim inclinatione rerum ex sinu suo excidat, & nos consilium publicum tanti hac tenus copijs Galliae non suppetiisse miramur? Quis enim iam referre, uel honestatis, uel utilitatis publicæ putat quā quibus anteponantur? Nec uero Gallia quamlibet latis finibus pa-rens, multis magistratibus atq; honoribus instructa multiq; licet ter-q; descriptis, propinquis & necessarij istorum cum numero permultis, tum uero cupiditate deuorantibus uberrimum quodq; munus, iam esse satis potest. Quare cum magnæ ipsorum cognationes, etiam affinitates dudum coiuisse uisæ sunt, quæ nulla ui uelle

gūima, uel aduersarum factionum frangi possint uel diffui, quid il
 lis tandem sperandum est, qui suffragatores uel sequestres intra
 septa non habent? nam meritorum quidem surdas preces inaneſq;
 nihil prodeſſe ſcimus, quum alioquin omnia in potestate iij teneāt,
 qui dies & horas ſoli comitiales nouerunt: quidni enim comitia uel
 differre poſſint, uel auferre, qui etiam iuſtitium edicunt, quum li-
 buit & remittunt? Sed quid nominis appellemus, aut quid hominū
 potius eos eſſe dicamus, quorum haud ita pridem ſilencium plus re-
 gno noſtro nouimus incommodaſſe, q̄ omnium potuere concionan-
 tium uociferationes prodeſſe? Sirach ille philoſophus Iudeorum fe-
 cundum Solomonem ſapientiſſimus triceſimo capite ſui libri ita in
 quī: Effusa bona in ore compreſſo: ferula epularum oppoſita ſe-
 pulchro. O fœdissimam culpam, quum is animus in rerum non
 exhibetur actu, quem uel mores, uel anteacta uita ſpondere, uel
 frons denique impoſtricula uidebatur preferre. Silentium dico?
 Vtinam hactenus argui poſſent. Heu mores huius etatis. Quonā
 tandem genitum germana uirtus abijt? cedo nunc Aristidem u-
 num, unum Fabritium, aut Nasicam, quicum in tenebris micem, et
 ego Alcyonem uidiffe me gloriabor. Cedo Catonem, aut aliud
 quemuis liberi ſpiritus uirum, qui & rei publicæ charitate duca-
 tur, & precarium ſe honorem habere non meminiſſe uelit. Cedo
 qui in actu publico pleraq; in priuatas rationes non referat, nec
 uelut fortunæ largienti publica, pandendum eſſe priuatum ſinum
 putet, exemplo Luculliano atq; etiam Gabiniano. Cedo denique
 qui ſimplici innocentia & integritate, quam multipli lorica opū
 & propinquitatū aliarumq; neceſſitudinum tectus eſſe malit,
 non modo aduersus uim aulicam & improbam, ſed etiam aduersus
 legitimā & ciuilē. Poſtremo oſtēde unū ex iſtiſ uultuofis & perso-
 natis, qui aliquādo omnibus integumentis ſimulationū euolutum ſe
 uel amico & propinquuo cognoscendum dederit. Ita' ne uero iſti à
 conſpectu noſtro rapti, quum eos exceperint munia grandiora, iu-
 beant non modo nos, ſed etiam honestatem, ac ueritatem ualere:
quasi

quasi ut in alienos mores (o maleficam uim Vertumni) sic in aulicos immigrarint? & primos uitæ actus, quasi oisides hominum ex istimationi datos, & tate iam uergente perfide destituant? uideant quæso etiam atq; etiam, ne id perinde esse credatur, atq; si maturæ segetem laudum suarum, tædio ipsi uitæ compositæ tandem capti, repete (ut sic loquar) in arare, uertere q; dicerentur. At qui tales alii quando inuentos esse constat, qui dignitate uultus populo impone-rent & oris probitate: ut nuces intus marcidae speciosæ sœpe fallunt legentes putamine. Rursus idem Sirach cap. tertio & tricesimo: Pabulum (inquit) & uirga & sarcinae asello, panis & institutio et opus mancipio. Quorsum (inquis) hæc philosophi dicta? n'èpe ut intelligatur uirum sapientem priore loco eorum socordiam taxauisse, qui sibi ac propinquis impigri & disertii (ut claris innotuit exemplis) in causa tamen populari inueniti sunt infantes ac remissi, idq; eo tempore quum eos gnauos esse, & facundos rerum summae interesset. Quibus aliquando ipsis eorumq; collegis, aut successoribus eam metem dari uelim, ut uel pulpite faceant (ut dicitur) uel dicenda inculcandaq; in tempore proloquantur. Alterum illud symbolum ad regum eruditionem proditum esse censeo, ut crassis ac pigris ingenij sordida ipsi munera reipublicæ & uelut ciliellas publicas iniungerent, exigua quoque salario geometrica proportione statuentes, ut Aristoteles docuit ratione pulcherrima: eximios autem uiros, quorum industria solertiaq; rebus in arduis uti possent, primario ut pane alios ad ingenua munia transcribe-rent, ingenuis ipsis artibus institutos, nec eos uitam agere sine-rent ignobiles & abditos, qui ornamento reipublicæ & usui esse possent. Ecquod est enim per superos immortales aut utilius regni administrandi, aut splendidius instrumentum ad finitimas eit am & longinqua nationes refulgens, quam doctorum hominum multitudo, pariter in comitatu regis agens, partim per uaria reipublicæ munia, distributa? Huiuscmodi enim scrinia (ut dicitur) pectoralia, optimos & potentissimos principes circumferre necesse est

est, quibus in ipsis ius, fas, & equitatē omnēq; genus ciuilis huma-
niorūq; doctrinæ condita ad usum quotidianū habeant. At nunc is.
est reipublicæ nostræ status, ut clittelæ generosis equis, instrataq;
speciosa imponantur asinis. Proinde quum nec oculi, nec aures re-
gis officium suum nunc agnoscāt, & homines quidam in rebus suis
acres, in re publica & principis aut languidi, aut hebetes, nec deli-
gere ipsi idoneos viros, nec hominū famam secundā aut incomodā
satis explorare nouerint, quid causæ est tandem quin omniū in repu-
blica perperā factorum crimina ad eos pertineat? & quod Fran-
cia male nunc audit atq; ignominiose ob doctorū sapientumq; penu-
riam, id ijs in crimen uerti debeat, per quos hic tales multos esse no-
licet? Quid si etiam eorū nonnulli prorsus doctos & bonos, eorumq;
dissimiles nouere, sed procul eos gubernaculis summovent, ne uel
eorum acta ad manus ipsi aspiciant, ut in puppim fortasse admittit
tandem uelint? Manavit enim hæc opinio in omniis ita ordines, cor-
datiores ideo homines istis suspectos esse, quod prælucentē ipsi fa-
cem propius admoueri rebus gerēdis nolint. Certe uidimus huius-
modi non admissos in consortium, quum uox id publica uociferatu
summo, sed confuso flagraret. Aut igitur hoc fateātur necesse est,
amussim se albā in lapide albo esse, qui inter gnaros ignarosq; di-
scerniculum nesciat, aut nosse se quidē notæ melioris homines, sed
non tam scenæ & populo, aut etiā ueritati, q; potentia sue & com-
modis inseruire, principisq; senectuti aut infirmæ ualetudini ha-
bitent illusisse atq; imposuisse. Vtrumnis autē fateantur parū erit
impudetiae. Etenim qui satis secūdas implere partes nequeunt, qua
(malū) fronte primas tenere contēdunt? præsertim quum tot egre-
gios actores inter cuneos inerteis exactosq; sedere uideamus, &
decus scenæ proceres longissime submotos: eorum si sagacitatem re-
quirere nunc uacaret, aut id interesse rerum magnopere arbitrare
mur, quam facile esset docere Franciā non modo oculis & auribus
nostro caruisse tempore, sed (quod instar est monstri) ne olfactus
quidem sensoriū habuisse. Quā enim tandem cladem odorari ante
potui-

potuimus aduētānē, q̄ ab ea oppressi: quid ante prouidere, q̄ in ocu
 los incurrit: Quem rumorē belli prius auscultatu captare, q̄ omnia
 classicis personare uisa sunt? Hūc statū rerum in Gallia uidimus,
 quo statu res gestas si quis olim memoriae mandare statuerit, eori:
 quidēqueis lotis manib⁹ stilum capessere ducereq; licebit: lucule
 tum sanè argumentū scribendi, copiosumq; habebit, & ex eo poste-
 ritas intelliget, q̄ magnifice sese nonnulli in rerū administratione
 gesserint. Quis enim amans patriae, quum paulo acriorē animū ad
 hæc scribēda applicauerit, nō hoc præcipue docere contēdant, &
 persuadere, quod Francorū natio inuidia prius rerū in Italia pro-
 sperrime gestarū, deinde etiam odio & contēptu laborauit ob im-
 mutatum rerū statum euentu prop̄ interneciuo, non id uitium gen-
 tis fuisse, quæ tot seculis documentū strenuitatis sue dedit, comis
 & innoxiae, ut quidē sunt iura belli, sed tēporis fatalis, sed ambīcie
 nis paucorū præcipitis, atq; inertis: quā uniuersæ gētis ignominia
 expiari oportuit, ut exēplū seculis in posterū proderetur, sed quid-
 libet potius q̄ uniuersæ gētis uel scelus uel erratū. Hæ(ut arbitror)
 sunt cause quāobrem Francia latius atq; augustius imperiū nō ha-
 bet, ne mirū sit reputantibus cū amplum ei & magnificū late impe-
 ritandi instrumentū semper fuerit, rerum tamen gestarum ratio-
 nem & gloriam haudquaquam pro portione cōstare. Quare si ma-
 ribus iam nostris qui rerum summam tenent, tenebuntq; in poste-
 rum, in disquisitionem conuētum aliquando principe præfide uo-
 carentur, nonnulli s̄æpe qui nasutos sese uideri uolunt, haud dubie
 (quod aiunt) apprime simi atq; ea parte deformes ab omnibus cer-
 nerentur. Proinde qui illorū sunt adhuc superstites, ij maximopere
 laborare debent, ut præteriti temporis damna sarcientes, publicē
 etiam de decoris discutiāt suggillata, ut quidem discuti possunt.
 Sic enim fiet ut uulgatae opinionis & per omnes ordines peruaga-
 tæ sententia inducenda, à qua uix prouocare quisquam potest, pu-
 blicæ etiam ipsi famæ tympana sonitu hilariore ac festiuiore pul-
 sent. Ad hoc autem ideo alacriore animo, ac spe meliore comparare
 se possunt.

se possunt, quod rebus gestis genialis huius anni ansam ipsis deus retinendi gubernacula dedit, etiam cum laude non uulgari: qua occa sione utinam & probe & solerter ipsi tantisper dum licet & uacat utantur, ut nobis aliquando argumentum palmodiæ detur. Multa alia restabant eodem pertinenia, sed hactenus Hercules & Liber pater, ut est in prouerbio. Ulteriusq; fortasse ciuili libertati aqua fluere non uidetur: proinde uelut animo iam recreato regesta indignitate, ipse reuertar ad uiam institutā, quæ adhuc magna restat. Romanarum Persicarumq; opum commentationē excipiet Iudeorum mentio, quorum reges Dauid & Solomon immanes diuinas posse sedisse leguntur: quas eo magis leuiter excutiendas esse duxi, ne præuaricationis arguerer, quam quod explicandi de his aliquid fidutiam cōceperim. Iuuabat & alioquin in eas res inquirere, quæ (ut uulgi est opinio) sola sacrorum scriptorum autoritate subnixa esse creduntur. Iam primū igitur prioris Paralip.ca.ii. et xx. Dauid itaq; loquens ad Solomonē inducit: Cōfortare & uiriliter age, ne timeas, neq; paureas: ecce ego in paupertatula mea præ paraui impensas domus domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentū. Et ii. Regum viii. Et percussit Dauid Adadezer regē Soba, quādo profectus est, ut dominaretur super flumen Euphratē. Venit quoq; Syria Damasci ut præsidu ferret Adadezer, et percussit Dauid de Syria xxii. millia Syrorū, facta est Syria Dauid seruiens sub tributo: & tulit Dauid arma aurea quæ habebant serui Adadezer, et detulit ea in Hierusalem. Libro autē tertio Regum capi. x. Nō erat argentū, nec alicuius pretij putabatur in diebus Solomonis, quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharseis, deferens inde aurum, & argentum. Et paulo inferius: Fecitq; ut tanta esset abundantia auri & argenti in Hierusalem quanta & lapidum. Hac hyperbole immensa auri, argentiq; uis fuisse significatur in thesauris Solomonis. Vidimus supra sumimas Persarum opes centum & octoginta millia talentū fuisse post Darium uictum, quibus opor-

De Iudeorū
opulentia.

His oportet septem millia addere quæ Darius Ecbatanis fugiēs se
 cum in tumultu rapuit, ut autor est Arrianus, & ijs rursus conie-
 cta addere sumptum eius belli. Historia autem regum dicit Da-
 uid habuisse argenti mille millia talentū, id est decies centena mil-
 lia, & auri centum millia, quæ minima computatione mille millia
 talentū argenti ualent. Ita fit ut decies maiores fuerint David
 opes quam Darij. Existimo autem & Persicum talentum & He-
 braicū idem cum Babylonio fuisse talēto: qua ratione summa, sexta
 parte augetur. Quare fidem res illa habiura non uidetur hominiū
 quidem sensu, etiā si autoritati sacrosanctae id creditur. Quanquā
 etiam magis illud hyperbolicum uidetur quod Ctesias de Sardane
 palo scripsit, qui ducetis circiter annis Solomonis ætatem secutus,
 morte sua regnum Assyriorum finiuit. At enim eum rege ab Ar-
 bace Moedo obsecsum fractis iam aduersa pugna uiribus & uicto li pyra &
 riæ spe abscissa, pyram in regia struxisse altitudine pedū quadrin opes
 gentorum, in qua cubilia centum & quinquaginta posuit aurea, to
 tidem' que ex auro mensas. In medio autem pyræ contabulationem
 extruxit pedum quoquouersus centenū: in quo lecticas conser-
 nendas cum curauisset, superiorem contabulationis partem traba-
 li materia contexit, & latera crebis ualidis' que tignis cinxit, ita
 ut exitus non pateret. Quo facto ipse & uxor, & pallace uarijs
 in lecticis iacuerūt in eo ædificio conclusi. In quod etiam ipsum aue-
 ri centies centena millia, argenti uero decies tantudem concessit,
 id est millies centena millia talentū, quod ipse myriadem myria-
 dum appellat, id est decies millena in se multipliata, ut antea
 dictum est, cum præter eam summam liberis, quos ad Ninū rege
 belli initio miserat, auri talenta numero tria millia deisset. Super
 his operibus cum instrumento regio multiplici, ac copiosa uarieta-
 te distincto, quum ipse ita cum uxore et pellicibus eius recubuisset, Sardanapali
 pyram illi ædificio circundatam accendi per eunuchos, id est ami-
 corum iuratissimos iussit. Eos enim solos consciens consiliorum extre-
 morum fecerat. Quo facto ipse cum illis opibus diebus quindecim
 confla-

cōflagravit, stupenibus alijs præter cōscios. Fumus enim in sublē
me conuolutus ingentis cuiusdam sacrificij opinionem faciebat,
apud eos quidem qui extra regiā erant. ἐπεισέγοσε ἡ δο
κτῆσις μεγάλοις τε καὶ πολυχρόνοις. ἐπειδὸν εὐνόλω περιέθηκε πραλλός ξύ
λος ἢ πασχέος ὥστε μὴ εἶναι ξέσολον. ἐνταῦθος πολλοῖς χρυσοῖς
μυριάδαις χιλίοις, ὀχρυρίου ἢ μυριάδαις τοσάντην. ἢ γο
τιος καὶ προφύρας ἢ σολᾶς παντοποός. ἐπειδὸν φάσθαι κίλινε
τὸν πύραν. καὶ ἐκάθιστο πεντεκάρδιος καὶ ἡμέραις. ὅτι ἐθαύμαζον
ὅρῶντες τὸν οὐρανόν. ἢ, ἴδοκεν αὐτὸν θυσίας ἀποτελεῖν. ταῦτα οὐ
μόνοι οὐδὲ οὐτε οἱ εὐνοῦχοι. Redeamus ad Dauidem. Iosephus libro se
ptimo antiquitatum de eo loquens ita inquit: Reliquit autē Dauid

Dauid ditisissi
mus regum
omnium fu
isse uidetur.
diuitias tantas quantas nemo aliis regum nec Hebreorum, nec ali
arum gentium. κατέλιπε ἡ πλοῦσιν δύναμιν ἄλλος βασιλεὺς οὐτε
βραχιών οὐτε ἄλλων θυνῶν. Ingentes autem pecunias in sepul
chro eius conditas fuisse dicit, & in regum loculis, qui magna ar
te conditi ita erant, ut non facile inueniri possent. Eusebius lib. IX.
de præparatione euangelica autor est Eupolemum ita scriptum re
liquisse. Dauid regem Syros & Phœnices usq; ad Euphratēm do
muisse: Idumæos etiā & Ammonitas, Ituræos, Moabitas, Nabatæ
os, Nabdæos, Suronēq; Tyri ac Phœniciae regem, bello subactos
tributa Iudæis pependisse, Dauidq; petenti diuinitus locum fuisse
demonstratum quo loco cœdificaturus esset templum. Sed cum san
guine hostium & multis cœdibus per bella uaria impiatus, hoc fa
cere non potuisset, quam maximum potuit apparatum fecisse: itaq;
comparasse eum æris, argenti, auri talenta non pauca, lapides eti
am & ligna cupressi & cedri: nauesq; eum coëgisse Melanis Ara
biæ ciuitate, misisseq; in insulam Vrphen in rubro mari sūam me
tallis auri scatentem, unde in Iudæam innumerabilia penè auri pō
do delata fuisse. Dauid autem morientem regnum Solomoni filio
tradidisse. Qui cum templum cœdificaturus esset deo ita uolente, li
teras ad Vaphren Aegypti regem scripsisse hoc exemplo: Rex So
lomon Vaphri Aegypti regi amico paterno salute. Scio me à Deo
magno:

magno David patris mei regnum accepisse. Cumq; mihi pater man
dauerit templum deo condere, coeli & terrae conditori, ut etiam ad te
scriberem addidit: Peto igitur abs te ut artifices atq; fabros ad aedi- Epistola So-
ficandum templum dei mittere uelis. Vaphrem autem inter alia hoc phrem Aegy-
rescripsisse: Ad aedicandum templum dei fabros atq; ministros octua pti regem.
ginta millia hominum ad te destinaui. Dabis igitur operam ut recte sponsio,
atq; ordine uiuant, & rebus necessariis non careant, temploq; dei co-
ditio incolumes ad nos redeant. Itidem cum Solomon ad Suronem
Tyri regem scripsisset, simile tulit responsum, & eundem numerum
operatorum impetravit, & præterea architectum Tyrium matre Iu-
dæa natum, uirum in architectura summum. Congruit hoc cum eo
quod dicitur tertio Regum, capite quinto, ubi rex Tyrius non Su-
ron sed Hiram appellatur. Iosepus libro octavo antiquitatibus episto-
lam regis Hiram (que Iromus à Tyriis uocitatū esse dicit) & epि- Iromus rex
stolam Solomonis ad eum, ad suā cætate afferuatas esse affirmat,
Tyri.
non modo apud Iudeos sed etiam apud Tyrios. Libro autem primo co-
tra Apionem grama. Sunt inquit apud Tyrios annorum multorum acta,
quaæ publica cura diligenter afferuatur, in quibus inter cætera hoc
quoq; præscriptum est, quod Hierosolymis templum à Solomone ex æ-
dificatum est annis centum et quadraginta priusq; Tyri Carthaginē
coloniam aedificarunt. Apparatus etiam construendi templi in ea acta
relatus est. Iromus enim Tyriorum rex amicus erat regis nostri Solo-
monis. οὐεγράφι οὐ παρέκουνος ἢ τοῦ νοοῦ κατασκευὴ τοῦ παρέ-
κουν. ξιρωμένος τὸ τέλον τυρίων βασιλεὺς φίλος ἐν Σαστίων
ημῶν σολομῶντος. Pergit Eupolemus & rursum ita inquit: To-
tum autem aurum quod in templo columnis & uasis templi fuit
consumptum, quadragies sexies centena millia fuisse: argenii uero
ad clauos & alia instrumenta mille ducenta triginta duo talenta,
æris uero in columnis, fornicibus ac cæteris talenta decem & octo
millia: misisseq; omnes in regiones suas Phœnices simul & Aegy-
pios, decem auri talenta singulis data. Talentum autem dico, in-
Talentū pro
quin, quod siculum appellant: & Aegyptiorum quidem regi oleum & siclo.

mel magna quantitate misisse. Suroni autem columnam auream quæ Tyri in templo Iouis conficitur. Hæc expositiio potest rem facere credibilem. Sed quod dicitur quadragies sexies centena millia non adiecto sicolorum uel talentum nescio an librarioru sit uitium. Græcum enim exemplar nō uidit. Siclus inquit Hieronymus Ezechie. 111. stater est hoc est drachmæ quatuor. Exodi xxx. capite ita legitur: Siclus xx. obolos habet: media pars sicli offeretur domino. Quod expones Iosepus lib. 111. antiquitatū: Siclus, inquit, Hebreorum numisma quatuor drachmas Atticas habet. Hac ratione si singulis operarijs qui centū & sexaginta millia erant, deni sicli dati sunt, hoc est quadragenæ drachmæ, fiunt quater & sexagies centena millia drachmarū. Ex quibus quatuor & sexaginta millia podo fiunt, eo numero per centenariū diuiso, fiunt hæc mille sexaginta sex talēta & quadraginta auri podo: quæ estimatione nostra (in singulas enim libras centenos & duodenos aureos solatos et semissem numeramus) bis & septuagies cētēna millia solatorū ualēt: cū fuerit illud aurū nullo alio metallo cōcretū. Quæ summa si in opificum mercede impensa est præter sumptus cibariorū, quo euasurā estimationē operis cū instrumento sacrificali & ornamenti tem-

Tēplum Soplū putamus? Nempe ad infinitum uisum iri necesse est si quis apud Iomōis incre Iosepum uasa templi legerit. Quod si ita ponamus summā superiordibili sumptu rem ut quadragies sexies centena millia sicolorū fuerint in templo extuctū in- consumpta, hæc summa iam paulominus quadruplicato crescat. Se structū qz. decies enim centena millia sicolorū operarijs data sunt, quæ sexagintaquatuor millia pondo efficiunt: quæ si ternario multiplicentur, fiunt duodequinquagies centena millia sicolorum, quæ in ornatum & supellectilem cedunt, cum Eupolemus scripserit sex & quadraginta mil. sicolorū auri, in templi instrumentum ornamentumqz: absumpta fuisse: quibus nos ducenta millia addidimus, ut summa quadruplicato cresceret. Quod si uniuersam summam exacte college- rī, bis & sexagies centena millia sicolorum in duobus ijs capitibus inuenies, quæ ducenties quadragies octies cētēna millia drachma rum

rum ualent. Hæc si centenario partiantur, ducentia quadraginta octo millia pondo auri in summa efficiuntur. Quæ ut in singula pōdo aureos centenos statuamus, ducenties quadragies octies centena millia aureorū ualent. Sed quoniā aurum fūit obryzū ut diximus, si in singula pōdo rursus duodenos aureos & semissim addemus, fient in summa ducenties septuagies nouies centena solatorum millia. Quibus addere oportet mille ac ducentorum talentū argenti estimationem. Fortasse expeditior erit calculus hoc modo. Ducentia quadraginta octo millia pondo auri, quatuor millia centum & triginta tria talenta efficiunt, & uiginti auri pondo: quæ duodecies totidem argenti talenta ualeat; id est unde quinquaginta milia & sexcenta talenta. Hæc ducenties nonagies septies centenis, & LX. millibus aureorum coronatorum ualent. Et hæc summa superiori conueniet, si ad solatorum millia reducatur. Addit Eupolemus mille aurea scuta à Solomone fuisse facta. In tertio autem Regum capite decimo ita legiūtur: Fecit quoq; rex Solomō ducēta scuta de auro purissimo: sexcentos auri siclos dedit in lamina scuti unius, & trecentas peltas ex auro probato, trecentæ que minæ aure unam peltam uestiebant: posuitq; eas rex in domo saltus Libani. Per hoc intelligimus, in ornatum templi scuta aurea non cessisse, et accedere ad quantitatatem auri ab Eupolemo positam. Pelta autem scutum esse breue nemo est qui ignoret Virgilio dicente:

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Authic locus igitur medose legitur, aut Iosepus et Hieronymus non recte scilicet interpretati sunt. Deinde trecentæ minæ Atticæ paulo plus ducētiis uigintiquinq; libris nostris Zygostaticis ualeat, tantum aut pōdus uix gigas sinistra manu uersaret. Plinius inter miracula roboris refert Eufium saluum duo pōdera centenaria pedibus, toto idem manibus, & ducenaria duobus humeris contra scalas tulisse. At libra nostra quadrante maior est Romana: hodie iustum pondus baiularium centum & sexaginta pondo esse dicunt. Postremo nec scuta nec peltae solidi auro constabant, sed intus ligno,

A a quod

quod laminæ aureæ conuestiebat. Apud Iosepum libro octauo, non trecentæ minæ sed tres leguntur: capite autem prædicto tertij Regum ita legitur: Egressebatur autem quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti, & equis centum quinquaginta: atque in hunc modum cuncti reges Syriæ equos uenundabant. Centenos quinquagenos siclos in singulos equos pretium statuit, id est nummo nostro sexagenos aureos coronatos: quo fit ut quadrigæ, id est quartæ equi iugales quatuor & uiginti libris constituerint, quæ ducetis & quadraginta coronatis æstimari possunt. Ex pretio hodierno intelligimus probabile id pretium fuisse, ut negotiatori Solomöis equos in Aegypto & in Syria sexagenis coronatis emerint. Sæpe enim (ut testat^r sum) per anticipationē loquor quasi iam tunc aurei nostri fuerint, ut expeditius defungar eo quod institui. Liuuius libro primo: Ita pedestri exercitu ornato distributoq; equinum ex primoribus ciuitatis duodecim scripsit centurias, ad equos emendos dena millia æris ex publico data, & quibus equos alerent uiduae attributæ, quæ bina millia æris in annos singulos penderent. Hoc dictum ita accipio ac si centenos illic coronatos dixisset, et hic uicenos. Existimo autem unumquenq; equitem binos equos habuisse. Dixit enim Liuuius ad equos emendos dena millia, quibus uerbis significat unumquenq; equitem equos habuisse non equum tantummodo: ita pretium equi quinquaginta aurei coronati fuerunt prisco illo seculo, & sumptus annuus decem aureis æstimatus. Syriam autem equis abudasse ex Strabone intelligimus libro decimosexto. Tradit enim Pellam urbem Syriæ fuisse à successoribus Alexandri appellatam, de nomine Pellaæ quæ patria fuit Alexandri, postea autem Apamia dicta est. Iuxta eam locum esse campestre quens Orontes fluuius cum lacu quodam cherronesum efficit: ibi locum fuisse recensendo exercitiui, & hippotrophium pulcherrimum hoc est locum equino alendo destinatum. In eo fuisse equas regias numero supra xxx. millia, admissarios autem equos trecentos: ibide & equisones fuisse seu domitores equorum, & lanistas, & bellici ludi mat-

Hippotro-
phiū memo-
rable.

di magistros, & quicq; ad arma tyrones instituit, stipedia merentes, quod mihi memorabile uisum est: ἐνταῦθας Ἰ (inquit Strabo) καὶ τὸ λογισμὸν τὸ σρατιωτικόν. καὶ τὸ ἵππον Λόφιον. βύλεια μὴν ἴπποι βασιλικῆς πλέιους τῇδε βίσμυρίων. ὅχεῖος δὲ ζύτων τ'. ἐν ταῦθας δὲ καὶ πωλοδάμναι καὶ ὑπλομάχαι καὶ ὅσαι παιδευταὶ ἐμισθοδοτοῦνται. Talentū autem significationem non unam fuisse Talentū unū apud Hebræos puto quomodo & apud alias gentes nonnullas. Pol tantū apud lux libro nono Siculum talētum duplex fuisse tradidit, uetus et nouum apud Hebræos. uum: uetus quatuor & uiginti nummos significasse, nouum duodecim: apud Suidam non nummos uigintiquatuor ualuisse dicuntur sed minas, quod corruptum esse puto, ex Polluce qui ait: Δύναται δὲ ὁ νοῦμος τριανταῖς βόλοις. Valet autem nummus tres semibolos: licet apud Pollucem δύμολις pro ἄμινβόλοις legatur: quod sic cōiectura assequor. Nummus festerius quartam partem drachmæ ualeat. Drachma autem sex obolos, quare tria hemiobolia, id est sesquiobolum nummus festertius ualuit. Talentum igitur apud Siculos uetus quidem senas drachmas ualuit, nouum autem ternas. Propterea Pollux τὸ μέντη σικελικὸν τάλαντον ἡλάχισον ἰσχυε: Siculum, inquit, talentum minimum quid ualebat. Eodem pertinet quod idem alibi eodem libro dicit: οὐδένας δὲ τοῦ χρυσοῦ τὸ τάλαντον τέσσερας χρυσοῦς αὐτοῖς. τὸ δὲ τοῦ ἀργυρίου ἐξήκοντα μνᾶς αὐτηρίσ. Valebat autem auri talentum tres aureos Atticos. Argenti Auri & argento sexaginta minas Atticas. Homerus Iliados libro uicesimotertio describens agona funebrem quem Achilles ad tumulum Patrocli fecit: Talentum pro summa non magna posuit. Primum enim qualia fuerunt taleta. præmium curuli certamini proposuit secundum captiuam cum tripode: Secundum equam prægnantem mula: Tertio autem loco uincenti lebetem: Quarto duo auri talenta: Ultimo phialam æream lebetis uicem præbentem.

— Τετάρτῳ

εἴκε δύο χρυσοῖς τάλαντοις.—

Bina talenta dein quarto pronuntiat auri.

Ex his præmijs cum quibus duo auri talenta exæquat, apparet talentum paruum quippiam fuisse. Eo in loco enarratores talentum antiquum non simile recentiori fuisse tradunt. Aliunt enim uetus talentum secundum Polemarchum autorem quatuor librarum fuisse. Secundum Theophrastum quatuordecim. Secundum Timæum quatuor & uiginti. Aristotelem autem indefiniū talenti pondus posuisse. Cæterum paruam fuisse summam apud Homerum operuisse, cum quarto loco assignauerit, & minus equa & lebete fecerit. Sunt qui dicant talentum auri apud Græcos paruum fuisse auctore Diphilo: quod conuenit cum eo quod ex Polluce diximus. Huiusmodi autem talenta intelligi prioris Paralipomenon uicesimiseundi existimo, auri talenta centum millia, argenti mille millia talentorum, æris uero & ferri non est pondus, uincitur enim numerus magnitudine. Dauid autem circa finem regni Assyriorum regnauit. Cui tempori proximum fuisse Homerum nonnulli tradiderunt, ut autor est Eusebius. Ex quo conjectura capi potest de talento Homericō & Dauidico. Huic opinioni autoritatem præbere potest Iosepus libro septimo antiquitatum, apud quem Dauid ita loquens inducitur ad primores tribuum: Fratres nosse uos uolo, quod cum templū domini ædificare statuissē, auri argentiq; magnam uim præparaui ad talēta centum millia. Centum millia dixit, non mille millia, ut prioris Paralipomenon capite secundo et uicesimo. Nec centū millia talentū auri, sed auri & argenti centum millia talentū. Rursus cum dicitur tertij Regum decimo de regina Sabā: Dedit ergo regi centum uiginti talenta auri & aromata multa nimis & gēmas pretiosas. Et rursus: Erat autem pondus auri quod offerebatur Solomoni per annos singulos sexcētorū sexaginta sex talentorū auri, excepto eo quod offerebant uiri qui super uectigalia erant, & negotiatores, uniuersiq; scuta uidentes, & omnes reges Arabie ducesq; terræ. Et capite superiore: Misitq; Hiram in classe illa seruos suos uiros nauticos et gnaros maris cum seruis Solomonis, qui cum uenissent in Ophir, sumptum inde aurum quadri-

dringentorum uiginti talentorū detulerunt ad regem Solomonē. In omnibus his locis, ego talentū magnum intelligo quicmodō etiā cū de ære & ferro loquitur historia. Pri. aut̄ Paralipo. XXIX. ita inducitur Dauid pro concione loquens inter primores tribū: De peculio meo & aurum & argentum do in templum dei mei, exceptis ijs quæ præparaui in ædem sanctam, tria millia talenta auri de auro Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimè ad deaurandos parietes templi: & ubi cunq; opus est aurū, de auro, & ubi cunq; opus est argentū, de argento. Et inferius: Polliciū sunt itaq; principes familiarum & proceres tributū Israël, tribunū quoq; & centuriones, dederuntq; in opera domus domini auri talē ta quinq; millia, & solidos decē millia, argenti talenta decē millia & æris talenta decē & octo millia, ferri quoq; centū millia talentorū. De hoc loquens Iosepus, ita inquit: Sed & tunc oblationis præmias faciens alia tria millia talentū auri purissimi se præbārū esse p̄nuntiauit, ad adytū & currū dei faciendū. Cūq; tacuisse Dauid, à principibus et sacerdotiibus atq; levitis certatim offerētibus, collata sunt auri quidē talenta quinq; millia, et stateres decē, argenti uero talenta decē milliā, ferri talenta millia multa; Hic etiā magna talenta intelligo. Sed adnotandum quod quos historia sacra solidos, Iosepus stateres dixit. Stater apud Græcos aureū numerū significat, quo nomine et Persæ et Macedones utebantur, unde Philippei stateres et Darici et Alexadrei dicti. Stater etiā pōdus est drachmarū quatuor ut ante diximus, qđ Hebræi siclū dicebāt: ergo stateres hic p̄ aureis nūmis, id est siclis intelligo. sed de statere et solido inferius loquimur si memoria nō exciderit. Sūma disputationis nostræ hæc est: Aestimationē opulentiae Hebraicæ fieri nō posse Talēti signasse ob talenti uarietatem, cum nec ipse Iosepus exiricare hanc ambificatio-
guitatē potuerit. Nunc enim pro pondere, nunc pro numero, nūc p̄ nūmo ponitur: ut apud Eupolemū in loco supradicto: qđ et Græci eadē penē de uarietate significatiū talēti tradiderūt. Quātū tamē cōiectura haud ariolatrice cōsequi possumus, qđ Eupolemus dixit

quadragies sexies centena millia in templum et eius instrumentis
absunta fuisse, de scilicet, id est stateribus intelligendū, cuius sum
mæ estimatio à nobis posita est exacte ut arbitror. Itidemq; censem
dū dixerim de talentis illis Sardanapali, ut fidē historiæ obuer ar
rogemus. In qua hoc mihi animaduertendū summopere uisum est,
ad eorū quæ diximus confirmationem, quod Ctesias ha scripsit, ut
diceret: ἐν τοῖς θεριναῖς πόλεσι τοῦ χρυσοῦ μυριάδας χιλίων. Illic
circūdedit auri myriadas mille, non adiecto talentū ut in argen
to fecit, nūdem scilicet ut Eupolemus in loco superius citato: quæ
duo exempla indicant antiquū loquēdi morē, qualis est etiā hodie
apud nos, cū dicimus mille millia auri. Ut enim hac locutione mille
millia aureū intelligimus, sic illi mille millia scilicet auri signifi
cabant, uidelicet quod scilicet pondere apud eos nūmūs aureus per
cuteretur: ut apud Athenienses & Macedones stateris id est qua
ternarū drachmarū. Quo factū est ut stater pro aureo accipere
tur ut etiā apud Persas. Huius opinionis argumentū ducitur ex uer
bis quæ sequuntur: Argenti (inquit) ad clavos et alia instrumenta,
mille ducenta triginta duo talenta, æris uero decē et octo millia,
sic singulis opificibus dena talenta data, id est deni scilicet ut ipse in
quit. Talentū ergo nūmariū Hebræorū tetradrachmū erat. Athe
niensiu uero duodenariū erat, id est ternorū staterū. Sic apud nos

Talentū nū
mariū & pō
derale. interdū libra nūmaria est. Ponderale uero et librale Hebræorum
talentū Babyloniū fuisse puto, uel potius Aegyptiū, qualia erāt au
ri talenta quæ ex Ophir insula afferebantur, quam Vrphen Eupo
lemus Græcus autor appellat. Tharseis sunt apud Græcos qui In
la. dicā gentē fuisse puerū. Alij Carthaginē sic appellata ab Esaiā pu
tant: quod de urbe ipsa à Didone ædificata intelligi non potest, cū
Iosepus dicat post Solomonē centū & quadraginta annis conditā
Regina Sa
ba. esse à Tyrijs Carthaginē. Saba aut regio fuit Aethiopiæ. Regina
aut quæ ad Solomonē uenit, & Aegypto & Aethiopiæ imperauit,
ut Iosepus tradidit. Sabæi populi sunt Arabiæ Felicis. Sunt & op
pidani Sabæi, à Sabis oppido magno dicti, ut autores sunt Strabo,

et Stephanus de urbibus. Est præterea Saba portus in Aethiopia. Strabo libro decimosexto. ἐπει λιμὴν σαβωτίην καὶ κυνῆγον ἐλέφαντας ὄμώνυμον ἔντονος. ἐπει τὸν βαθὺ τὸν πόντον χώρας τύνεσιν λέγεται. ἐχουσι δὲ ἀντίλινδι πόντον τομητικού φυάσις αἰγυπτίων, βασιλεύοντος Ἰητέρου ποντικοῦ, οὐφέντος εἰς τὴν μηρόν πλησίον τοῦ πόντου τὸν πόντον τὸν τοπικὸν νεῖλον νεῖλον λαώ οὐσαντος. Postea portus Saba, οὐενatio elephantorum, locus à reipso appellat⁹. Post hęc regio interior quae Tenesis dicitur, quā obtinuit exules qui quondam à Psammiticho rege Aegypti aufugerunt, imperio parent fœminæ, quae regina est Meroës insula non longe ab aliis sita in eodem flumine, οὐ ab exilibus habitata. Ex his uerbis planum fit unde fuerit regina quae Solomonis fama excitata in Palestinen uenerit. Meroë insula est quam Nilus efficit Meroë. cū, ut inquit Plinius, οὐ urbs eodem nomine quam Aethiopicam esse Stephanus dicit, οὐ Strabo libro xvii. regiam esse Aethiopicam: Ιητέρον μέγιστον τὸν αἰθιοπικὸν βασιλεὺον μηρόν τὸν ὄμώνυμον τὸν γνῶμων. Est autem maxima Aethiopicam regia Meroë urbs eodem nomine Vocabula quo insula. Locoru autem uocabula quae in litteris sacris leguntur, apud corū in litteris historicos non agnoscit in causa est, quod scriptores Graeci ab idiomate Hebraico uerba deflexerunt, ut sermoni suo accommodarent. alijs scriptores Deinde Plinius libro sexto de nauigatione ab Alxeandria in Indiam rib⁹ nō agnouerunt, ita inquit: Quae omnia gentium portuum' ue, aut oppidorū scuntur. nomina apud nemine priorum inueniuntur, quo appareat mutari locorum status. Ingentes uero tunc opes in orbe fuisse argumento esse mihi uidetur aurei seculi appellatio sub Saturno. Saturnus autem in Italia ante Troianū bellū centum fermè annis regnauit; οὐ David Aureū secundum Iudaea post Troiam captam totidē propè annorum spatio, ut collimus, gimus ex chronicis Eusebij. Lactantius tamen libro primo, Belum qui ab Assyrīis colebatur, trecentis annis bellū Troianū præcessisse Belus. se contendit, οὐ ei equalē fuisse Saturnū. Cui congruit illud quod lit. quinto dicit: Post Saturni tempora cultū simulacrorū institutū, ideoq; tunc iustitiam uerā fuisse cū Deus uerus οὐ unius coleretur.

Regnū Assy
riorum.

Alexander
Polyhistor.

Nabuchodo-
nosor.

Porro regnum Assyriorum antiquissimum omnium regnum fu-
isse constat: cuius CCCC. & secundo anno Belicho rege octauo re-
gnante, Moses populum dominicum eduxit ex Aegypto: autor Eu-
sebius libro decimo de præparatione euangelica. Libro autem no-
no, Alexandrum Polyhistora cognomine, id est multis scium dictū
in libro quem de Iudaica historia conscripsit, autorem esse affir-
mat, temporibus Ioachim regis Hieremiam uaticinio functum esse,
& propter cultum Baal Iudeis cladem prædixisse, et quod ad Ti-
grin & Euphratem ab Assyriis capti opera essent facturi. Quod
cum Nabuchodonosor rex Babyloniorum audiuisset, Stibare Me-
dorum rege in auxilium accersito, centum et octuaginta pedium,
equitum centum & uiginti millia, & decem curruum duxisse in
Iudeam. Samaria naas primum omnes urbes, Galilæam, Scytho-
polim & Galatidem euertisse, deinde Hierosolyma, Ioachimq; Ju-
dæorum regem uiuum cepisse, aurumq; argentum & æs, cetera
q; omnia quæ in templo erant ornamenta arca excepta & tabulis,
Babylonem abstulisse. Postea cum Nabuchodonosor moenia Baby-
loniæ ædificare coepisset: morbo correptus diē obiit. Cui filius suc-
cessit qui propter morum nequitiam à sororis suæ uiro insidijs ex-
ceptus, altero anno regni sui sublatus est. Cui rursus cum filius suc-
cessisset, nono mense ijsdem insidijs petitus Nabonidam successo-
rem habuit, qui Babylonie muros secundū amnem latere ac biu-
mine extruxit. Quem Cyrus aliquāto post Babylone capta cepit.
Alpheū aut de Assyriis & Nabuchodonosore hoc modo scripsisse
dicit: Nabuchodonosorem Hercule robustiorem fuisse, uniuersam
q; Libyam, Asiamq; usq; ad Armenios subegisse. Quem Chaldæi
dicunt cum in regnum rediisset, furore diuinitus captum magna
uoce exclamasse: O Babylonij futuram uobis calamitatē prænun-
tio, quam nec Belus ipse nec uis ulla deorum auertet: ueniet Per-
ses semiasinus, id est mulus, qui uobis afferet seruitutem: quibus de-
stis repete è medio excessit. Hæc est summa historiæ Alexandreæ
de Nabuchodonosore, quæ Eusebius pluribus uerbis refert. Quarie
Regū

Regum xxxiii. legimus Nabuchodonosorem Babyloniorū regē direp̄is Hierosolymis regē ipsum Iōachim & familiā regiam cū thesauris & apparatu instrumentoq; templi aureo à Solomone cōparato & fabrefacto, secum in Babylonem abstulisse. A stipulatur et Iosepus in libro decimo antiquitatum. Videamus nunc de Cyro, & audiamus præconium Talthybijs summi regis, id est Esaiæ uatis, quo nullū potest esse maius testimoniu: Hæc dicit domin⁹ Chriſto meo Cyro cuius apprehendi dexteram, ut subiçiam ante facie eius gentes, & dorsa regum uertā, & aperiam corā eo ianuas, et portæ non claudentur. Ego ante te ibo, et glorioſos terræ humiliabo: et dabo tibi theſauros absconditos et arcana ſecretorū, ut ſcias quia ego dominus accinxī te et non cognouisti me: et reliqua. Hoc Esaias cap. XLV. quod aut̄ de Babylonē intellexerit, cap. XLII. plānū facit: Sed tace, et intra in tenebras filia Chaldeorū, quia non uocaberis ultra filia regnorū. Iratus ſum ſuper populū meū, conta-minauit hæreditatē mēā, et dedi eos in manu tua: nō poſuisti eis mi-ſericordias, dixiſti in ſempiternū ero domina: et reliqua ad eundē ſenſum effata à fatidico illo uiro et entheo, id est ſpiritu diuino p-fuſo. Herodotus libro primo expeditiones Cyri ſcribens Nitocrim reginam aggerem circa Euphratēm duxiſſe dicit, et crepidinem ſuperstruixiſſe, timente ne aliquādo urbs à Medis caperetur, quos imperio Afriæ imminere intelligebat. Cyrus aut̄ (inquit) contra filiū eius nomine Labynitū expeditionē fuſcepit, qui matri in regnū Affyriorū ſuccederat. ὃ δὲ κύρος ἦν τούτης τὸν ποτὶ θλοῖς ποτενέρος, ἔχοντα τε τὸ πατέρος τὸ οὐντὸν Κύρου μετὰ λαβενίσιον, τὸν οὐασυρίων ἀπέχει. Hunc aut̄ Cyrū Herodotus regē magnū appellat, à quo reges Persarū Megalos basileas, id ē reges magnos appellari ſe uoluerunt: ut mirū non sit magnum eū regē eſſe factū cuius dominus dexterā recturū ſe prædixerat. Verū & Affyriæ & Mediæ regna in Persas eſſe uictoria Cyri trāslata nemo igno-rare potest qui Herodotū aut breuiariū legerit. Hæc testimonium phibent dicto Pliniiano lib. xxxiii. Evidē (inqi) miror populū

Talthybius
domini.

Magni re-ges Persarū

Romanū

Romanum uictis gentibus in tributo semper argentum imperasse non aurum, sicut Carthagini cum Annibale uictae: nec potest uideri penuria mudi id euenisce. Nam Midas & Croesus infinitum possederant. Iam Cyrus deuicta Asia pondo xxxiiii. millia inuenierat, præter uasa aurea aurumq; factum, & in eo folia ac plantum uinemq;. Qua uictoria argenti quingenta millia talentorum reportauit: & craterem Semiramidis, cuius pondus xv. talents colligebat. Talentum autem Aegyptium podo octoginta capere Varro tradidit. Iam regnauerat in Colchis Galuces & Esubopes, qui terram virginem nactus plurimū argenti auriq; eruisse dicunt in Suaorū gente, & alioquin uelleribus aureis inclito regno: sed & illius aureæ camere & argenteæ trabes narrantur, & columnæ atq; parastaticæ, uicto Sesostri rege tam superbo: ut prodatur annis quibusq; sorte reges singulos è subiectis iungere ad currum solitus, sicq; triumphare. His uerbis apparet Cyrum maiores multo opes reliquissè quam quæ legantur inuentæ ab Alexandro. Nec mirum cum & Lydiorum opes et Iudeorum habuerit, quas Chaldaeë è templo abstulerat. Quod de Nabuchodonosore diximus ex Alexandro Polystore confirmat Iosephus libro primo contra Apionem his uerbis: περὶ Ζύτων γοῦν συμφωνῆ φιλόσοφος ἐν ταῖς ἴσοροῖς, μεμνηθὲν τὸ τύρου πολιορκίας. Καὶ μεγαλένυς ἐν τῇ τετάρτῃ τριῶν ἀνδρῶν, διῆς ἀποφαίνεται πειρᾶται τὸν προειρημένον βασιλέα τὸν βασιλώνιον ἕρακλέους ἀνδρέαν καὶ μεγίθει μενινοχέντα. καὶ ταξιρέτεως ἐν τῷ φυσικῷ λεγέντι τὸν πολλὰν καὶ ἰερίον. His igitur astipulatur Philostratus in historijs, quo in loco Tyri obsidionis meminit, & Megasthenes in quarto uolumine Indicarū rerum, ubi ostendere contendit prædictū Babylonium regem & fortiitudine Herculem & magnitudine præstuisse. Quippe qui Libyæ bonam partem subegerit & Iberiam. Reliqua autem omnia penne eadem ijsdemq; nominibus relata quæ apud Alexandrum. Strabo libro decimoquinto circa principium Nabocodrosorum uocat eū regem: Huic dicto, inquit, Megasthenes consentit dicens antiquis Indis,

Indorum historijs fidem nullam habēdam: nec enim ab Indis unquā emissam expeditionem, nec in Indianam quenquā aliunde cum exercitu penetrasse uictorem, præter Herculem, Liberum patrem & nuper Macedonas. Nam Sesostrim Aegyptium & Thearchonem Aethiopem usq; in Europam progressos ait: Nabocodroforum autem qui à Chaldaeis supra Herculem commendatur, usq; ad columnas exercitum admouisse. Ναβοκόδροσορον οὐ τὸν πρότερον χαλδαϊστοις ἐν Λοκιμίσσεσται ἵρακλέες μοσχλον, οὐδὲ τὸν τηλῶν εἰσάσσεται. Tantas igitur opes David & Solomon cumulasse dicuntur quantas alius nullus regum. Legimus autem capite octauo & decimo secundi libri Regū, David Syros omnes subegisse usque ad fluuim Euphratēm, & arma aurea spoliaq; opima eis ablata Hierosolyma comportasse, tributaq; Syria iniūxisse. Magnitudini autem Iudaei imperij consentanea est rei militaris cōstitutio in duodecim phalangas uel cohortes mēstruas distributa, quæ singulæ cohortes uicena quaterna millia milium habebant, quarum descriptio legi aur libro altero Paralipomenon capite uicesimo septimo. Quanta autē fuerit Syria Plini⁹ his uerbis docet libro quinto de Arabia loquens: Luxta Syria latus occupat, quondam terrarū maxima & pluribus distincta nominibus: namq; Palæstina uocatur quā cōtigit Arabas, & Iudæa & Cæle, dein Phœnice, et quā recedit intus Damascena, ac magis etiānum meridiana Babylonia, et eadē Mesopotamia inter Euphratēm & Tigrin, quaq; trāsit Taurū Sophene, cītra uero etiā Comagene, et ultra Armeniam Adiabene, Assyria ante dīcta, et ubi Ciliciā attingit Antiochia. Qui subtilius diuidūt, circū Euphratēm Syria Phœnicen uolūt, & esse orā maritimā Syriae, cuius pars sit Iudæa et Iudæa, dein Phœnicen, dein Syria: id quod præiacet mare, totū Phœnicū appellatur. Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarū inuentionis & fiderū, naualiūq; ac bellicarū artium. Sic in exemplaribus legiūt luculentō uno errore. Cuius à uetusto libro admoniti⁹ sum: qui enim fieri potest, ut circa Euphratēm Syria Phœnica uocetur? Sic igitur hunc locum lego:

Qui

Opes David
et Solomonis
et eorū impe-
rium.

Syria terra-
rū maxima.

Pliniij locus. Qui subtilius diuidunt, circunfundи Syria Phoenicen uolunt: uel, circunfundи Syria Phoenice uolunt, hoc sensu, ut Phoenicia undiq; circunscribat Syria, esse enim primu oram maritimam Syriæ ab Arabia, cuius pars sit Idumæa & Iudea, deinde Phoenicen: deinde rursus syriæ, quæ scilicet uergit ad Antiochiæ. Introrsus aut Syria Damasci claudi Phoenicen. Strabo libro x vi. syroru, inquit, non men tēdere uidetur à Babylonia usq; ad Issicum finu, et ab hoc olim usq; ad Euxinu. Et paulo inferius: Qui de syroru imperio scribit, cum Medos à Persis euersos dicunt, Syros aut à Medis, nullos alios Syros intelligunt q; qui Babylonie, ac Nini regni caput effecerunt.

**soluta terræ
Iudeæ.**

De bonitate autē soli terræ Iudeæ Iosepus libro primo contrà Apionem ita inquit: Hecatæus uir Abderites philosophus simul, et circa uitæ actiones industrius, Alexadri Magni æqualis cum quo etiam floruit, & postea cum Ptolemæo Lagi conuersatus est, hic librum de Iudeis accurate conscripsit. Cuius summā colligēs Iosepus: Hic idem, inquit, magnitudinē regionis quam incolimus & pulchritudinem prodidit, siquidem ad tricies centena millia arurarum optime & feracissimi soli incolunt illi, inquit: His enim finibus Iudea patet. ο Δὲ αὐτὸν τοὺς ἀνὴρ καὶ τὸ μέγεθος τὸ χώρων ἐν τηλεοῦτῳ, καὶ τὸ κάλλος τοῖς ὄρην. τριακοσίαις δὲ μυριάδαις ἀπορρῶ γειδὼν τὸ ἀρίστην καὶ παμφορωτάτης χώρας νέμονται φησι. ἦ δὲ

Arura.

ἰουδαϊαὶ Γεωγραφίαι πλατύθος 15 iv. Arura mensura est apud Græcos quinquaginta pedes capiens, ut inquit Suidas, id est octo ulnas & trientem, uel passus decem. Ita ut ulnam pro senis pedibus, & passum pro quinis accipiamus. De urbe autem ipsa ita inquit: sunt autem Iudeorum castella multa & uici per regionem sparso, una autem urbs munīta, ambitu fermè quinquaginta stadiorum, quam incolunt hominum circiter centum & uiginti millia, Hierosolyma uocat. 15 i. ιουδαϊών τὰ μὲν πολλὰ ὅχυρά μοστα κατὰ τὴν χώραν καὶ κάμπαι. μίας ἡ πόλις ὅχυρὰ πεντήκοντα μόλιςα σαρδιών τὴν περιμετρον. ἐν δικοῦσιν ἀνθρώπων περιπλάνη καὶ μυριάδαις. Πλατύτης δὲ εἴναι τὸ ἱρὸς θελυμας. Verba sunt non Iosepi, sed Heca-

Hierosolyma

tae,

tæi, ut nescias an idem Iosepus senserit. Strabo libro decimo sexto
 Mosen refert ex Aegypto multiudinē secum hominū numerosam
 eduxisse cum eis persuasisset Aegyptios sacerdotes non recte de di-
 uinitate sentire, & colendum esse deum unum sub nulla effigie,
 & reliqua eodem pertinentia. Deinde ita refert: Ζιοντας λιγων
 επεισεν εγγνωμονας ανδρας ονκ δλιγους. καλ απηγοχεν ιδιον τον
 προ τον ζεν οπου νυν εστι τον ζει ιεροσολύμοις κτισμα, κατέρχεται ρος
 θλιψ ονκ επιφρονον το χωριον, ονδι οπιρ ον ιαπουνδασιμηνως μα-
 χεσαι. ειδη πεζωδης, ενυδρον. πλω δι κύκλω χώραν εχων
 αυπράν καλ ανυδρον, πλω δι εξήγοντας σαδιων καλ, οπόπε-
 τρον. Hæc autem, inquit, cum diceret homines bona mente non sar-
 nè paucos facile in suam sententiam adduxit, ut se in eum locum se-
 querentur, ubi nunc condita sunt Hierosolyma: quippe locum faci-
 le obtinuit, quæ inuidere ei nemo iure deberet, nec cuius gratia cer-
 tamen magnopere excitari posset, utpote qui petrosus sit, & aquis
 scatens, cum omnis in circuitu regio iejuna sit & siticulosa, intus
 ad sexaginta fermè stadia lapidosa. Et rursus inferius: Primus pro
 sacerdote regem se fecit Alexander: cuius filios Hyrcanum et Ari-
 stobulum Pompeius sustulit, atque eorum munitiones subvertit: i-
 psa que in primis Hierosolyma ui capti sunt. Ea munitione petrosa
 erat, ac bene septa, interius aquis abundans, exterius prorsus aridæ,
 fossam habebat in saxo excisam sexagenum pedum altitudine,
 latitudine ducentum & quinquagenum. Pompeius urbem cepit ob-
 seruato iejunij die, cum Iudei omni opere feriati essent. Comple-
 ta enim fossa scalas muris admouit. κατελάβετε δι' ου φασι τηρί-
 σσει πλω τούς νυστίας ήμέραν ονικε απειχοντει ιουδαῖοι παντος
 ζρου, πληρώσσει πλω τούφον, καλ επιβαλλών τὰς θλιβαθρας.
 Hæc uerba Strabonis consentanea non sunt ijs quæ ex Hecatæo Iose-
 pus dixit. Neque uero magnopere mirandum res gestas He-
 bræorum, eorum mirificas opes, nec Græcis, nec latinis scri-
 ptoribus testatas esse. In causa enim multa esse potuerunt. Pri-
 mum quod Iudeorum res gestæ, & Græcorum historiæ in idem Iudei & eo-
 tempus

ru opes Græcis et Latinis incogniti fuerunt. Poëtæ Græcorū antiquissimi tempus non incurruunt: a tempore enim Moysis ad Troianum bellum octingentos amplius annos interesse Eusebius autor est, laudato etiam auctore Porphyrio. Homerū uero & Hesiodum multo recentiores Troiano bello fuisse constat. Linus autem et Orpheus, Musæus, Phemius et Aristeas Proconnesius, ut ante Homerū scripsierunt, sic eorum antiquissimus una aut summū altera generatione Troianū bellum præcessit: plerique Troiani belli æquales fuerunt, omnes hi poëtæ. Iosephus tamen nullū scriptū opus apud Græcos extare di-

cit, quod quidē in cōfesso sit uetusius Homeri poësi esse. Cyri autē temporibus, cuius auspicijs templū restitutū est euerso Chaldaeorum regno, septē Græcorū sapientes fuerunt, ut autor est Eusebius lib. decimo de præparatione, quo tempore uelut incunabula orientis philosophiæ fuerunt. Herodotus autē trecentesimo anno urbis Romæ conditæ historiā condidit Thurijs in Italia, ut autor est Plinius libro duodecimo: cuius scripta Strabo non historiā sed mythistoriā, hoc ē historiā fabularē existimari uoluit, de eo sic loquens lib. ultimo. πολλὰ δὲ ἱρότατά τε καὶ ἄλλοι φυναροῦσιν, ὥσπερ μέλος ἡ ρυθμὸν ἡ γέλιοσμάς περιβολέων λόγῳ πάντα τραχτέουν προσφέροντις. Multa uero He

**Herodotus et rodotus, & alij quidā nugarū plena scripserunt, ueluti cantus ille-
alij antiquis- cebras, & modulamenta, uel condimentū quoddā historiæ monstri-
fimi scripto- ficam fabulationē adhibentes. Et libro secundo: Sed nec Persarum
res. (inquit) res gestæ, nec Medorū, nec Syrorū propter fabularū stū
diū multū fidei sunt assecutæ, cū enim earum rerū scriptores uide-
rent magnopere poetas probari qui aperte fabulas conscriberent,
arbitrati sunt sua quoq; scripta suauiora fore, si historiæ forma ea
dicerent, quæ nec uidissent ipsi, nec audiuissernt ab ijs quidē qui sc̄e-
rent: quo fit ut facilius Homero & Hesiodo de heroicis rebus creda-
tur, q̄ Etefiae et Herodoto et Hellanico, et cæteris eius generis scri-
ptoribus, quoniam res huiuscmodi libenter audiuntur. Iosepus He-
rodotū non consulto mendacio, sed ignorantia falsa scripsisse uide-
tur existimasse. Manethon (inquit) historicus genere Aegyptius fu-
it, sed qui Græcam eruditissimè assecutus sit, ut facile est iudicare,
ut pote**

ut pote qui Aegyptiacam historiam græca uoce scripserit ex sacerdotiū annalibus interpretatus, ut ipse inquit: hic Herodotū in multis conuincit de rebus Aegyptiacis per ignorantiam mentitum. γέργαρφε ἔτι οὐλάσθι, φωνῇ τῷ πόρῳ ισορίον, ἐν τῷ δὲ ιρίων ὡς φυσικὸν τὸ μεταφράσσεται. καὶ πολλὰ τὸν ἥρόδοτον ἐλέγχει τῷ δὲ αἰγυπτίῳ κῶν ὑπὸ αἰγυπτίοις ἀφενομένῳ. Assignari etiā alia causa potest, cur res gestae Hebræorū nobis ab historia nō innotuerint. Quā ex eodem Iosepo sumemus, qui ijs respondens qui Iudeorum historiæ autoritatem eo præcipue eleuabant, quod testimonia græcorum nulla extarēt. Nos, inquit neq; regione maritimam habitamus, nec negotiationibus libentes ultimur, nec omnino eartū causa, aliarū gētiū commercijs affuescimus: sed sunt urbes nostræ longe à mari reducuae. Regionem autem bonam incolentes, eius cultu acquiescimus.

Ἱμεῖς Ζεύν δύτε χώραν οἰκοῦμδην παράλιον, δύτ' εἰμι πρέσβεις χαῖρομδην, οὐδὲ ταῖς πρὸς ἄλλους Διοῖς ζύτων επιμεῖξαις. ἄλλ' εἴσιν μὴν οἵμῶν ἄντι πόλεις μακρὰν ἀπὸ θαλάσσας ἀπωκισμέναις. χώραν δὲ αἰγαθήν νεμόμδνοι, ταύτην εἰκρυοῦμδην. Phœnices autem & Aegyptios propterea cognitos à græcis ait, quod ab Aegyptijs multa exportarentur ad alias gentes. Phœnicum autem qui maritimam oram accolunt quæstui studentes, negotiations exercebat. A quo uita genere cum Iudei abhorrerent, peculiaribus instauratis, ac cultu diuinitatis gaudentes factum est, ut sero fama eorum ad Græcos peruenerit. προσούσις Ζεύν Ζεὺς εἰρικένδνοις χρῆ, τὸ πόδε τὸ βίον οὐμῶν ιδιότητες, οὐδὲν δὲν εν Ζεύς παλαιοῖς χρόνοις τὸ πριοῦν πρὸς Ζεὺς ἔλλειας οὐμῶν επιμεῖξαι, ὥστε αἰγυπτίοις μὴν, τὸ πόρον τὸν δὲ ξεσχόμδνα, Ζεὺς οὐ τῷ παράλιον τὸ φοινίκιον κατέικοντιν πᾶσι τὰς καπιλέας παουδῆς Διοῖς τὸ φιλοχρηματεῦν. Hoc idem, inquit, et ijs cōtigū qui in Europa habitant. De Romanis enim qui instantam potentiam iam inde olim crescere sensim coeperunt, nec Herodotus nec Thucydides quoquo modo meminerūt, nec omnino aliis eorum equalis scriptor. Sed sero eorum nomen in Græcia audiūm, Gallorum autem et Hispanorum res usque adeo ignotæ ijs

Iudei cōmer
ciorū ignorare
atque ideo i-
gnotti.

Spani priscis fuerunt qui exactissimi & accuratissimi scriptores fuisse uidentur, ut unus eorum Ephorus Hispanus qui Iberi ab eo dicuntur, unam esse ciuitatem existimauerit, cum tam late fines eorum pateant: in uniuersum autem ritus eorum qui nec fuerunt nec fuisse unquam dicti sunt, scribere tanquam ita illis uerentur, non dubitarunt. πόλει μάλιστα γαλαξίην τε καὶ ιβύρων, ὃντως ἡγύροισαν διὰ Δοκοῦντας αὐτοὶ Βέριαῖοι συγγραφεῖσ, ὃντινοὶ φορθ, ὡς πόλιν ὅπερ μίσχον ἔνειχεν οἱ Βύρων, οὓς ζεσοῦνταν μέρθ τοὺς ιστερίου γῆς καὶ οὐτας, καὶ τὰ μὲν γενόμενα παρὰ αὐτοῖς ἔθνι μή τε λεγόμενα, γραφεῖν ὡς ἐκείνων αὐτοῖς χρωμάνων ἐργάμησαν. Causa uero, inquit, earum quidem rerum ignorantiae fuit, quod illi secum ipsi uiueret, commercia aliarum gentium auersantes. Scriptorum uero menda cij, quod uolebant illi quipiam ultra alias memoriae mandasse uideri. αἴπον δὲ τὸ μᾶλιστα γινώσκειν τὸ αλιθὲς, τὸ λίαν ανεπιμικτόν τὸ δὲ γράφειν τεύδει, τὸ βούλεσθαι τι Δοκεῖν πλέον τῷδε δὲ λαών ἴσορειν. Illud etiā non inter postrema assignari causae potest quod Eusebius libro decimo de præparatione inquit, ostendere uolens literas primum ab Hebræis inuentas esse, quarum inuentum Phœnicibus gloriæ ducitur: Primus, inquit, qui literas Græcis dedidit, Cadmus ex Phœnicia erat: multi Syros literas primum compre-
risse asserunt. Syrii autem etiam Hebræi sunt: nam Iudea in Sy-
ria semper à scriptoribus habita est, et Phœniciam etiam apud pri-
scos appellatam esse constat, quæ nunc Palæstine Syriæ dicuntur.

Hebræorum Ex hoc Eusebij loco coniiciendum relinquuntur, multa Hebræorum inuenta gen gesta aliarum gentium nomine posteriati esse tradita. Super omnia tibus alijs as- est autem quod Iosepus his uerbis dixit: τῷδε δὲ τοῖς ἡμῖν βλασφη- signata sunt. μιῶν ἕρξον μάλιστα πλοι. Βουλόμενοι δὲ ἐκείνοις πνεύσ χαριζο- θαι, πρεστρέπειν ἐπεχέρισαν τὰ ὄλιθειαν. ὃντε τὰ εἰς αἴγι- πλον ἀφίξιν ὡς ἐγένετο τῷδε ἡμετέρων προγόνων, διολογοῦντες, ὃν- τε τὰ ἔξοδον ὀλιθίουντες, αἵτιος δὲ πολλὰς ἔλαβον τὸ μισθίον τοὺς φθονεῖν, μάλιστα χαρχῆς, ὅπηστα τὰ χώραν αὐτῷ τὸν ἐμπνέο- σινσαν ἡμῶν διπρόγονοι, καὶ κατέβην αἴπολλαχέντες ἦσσοι τὰ δικέ- στη, πατε-

et, πάσιν ἐνδοξα μόνησαν. Quae uero probra & maledicta in no
 strates iactata sunt, ijs causam et originē Aegyptij præbuerunt, Aegyptij Iu
 quorū gratiæ nonnulli scriptores inseruire cupientes, ueritatē re- dæos exosi,
 rum gestarum peruertere aggressi sunt, nec maiorū nostrorū ad- ueritatem h
 uentum in Aegyptum ut re uera fuit, ingenue fatentes, nec inde storiæ puer-
 egressum bona fide commemorantes. Causas autem multas Aegy terunt.
 ptij odij & inuidiæ habuerunt, quis in nostram gentem extimula-
 ti sunt. Nam primum quod nostri olim rerum in patria eorum poti-
 ti sunt. Deinde quod illinc digressi, in propria patria secunda
 omnia nacti sunt. Postremo ratiuum dissensio ingens eis odium in
 nos accendit, tantū religione nostra et recte diuinorū cultu, ab ea
 quam ipsi uerā pietatem putant differente, quantū diuina natura
 brutis animalibus præstat. Εἰθὲ οὐτωνύπενον πόθης πολλών οὐ-
 γίσει πόιησεν ξερον, ζεουγνήμετέρας, διαφρούσης οὐσιεῖας
 πρὸς τὴν ὑπ' ἐκείνων νεομισθύλων, οσον βεοῦ φύσις λώσων οὐλόγων
 διέσικεν. Item in principio statim operis, docere uolens nō à Græ
 cis antiquarum rerū historiam requirendā esse, sed ab Aegyptijs veritas histo
 & Chaldæis, quorū fuit institutum, ut eorum sacerdotes & philo riæ ab Aegy
 sophi circa scribendam historiæ uersarentur, mirari se se inquit eos pijs et Chal
 qui tantū Græcis tribuunt in historia, cum ipse docere paratus sit dæs require
 Græcos non modo adulto iam mundo (ut ita dicam) sed etiam pro da.
 pemodum senescente natos, eorumq; inuenia omnia esse recentia. Recetia Græ
 ei & Δεῖ μη τοῖς μεταξίαις δόξαις ἐπακελουθεῖν, οὐλα' εἰς αὐτῆς
 δικτειον λαμβάνειν τὴν πραγμάτων, τὰ μὲν πρότερον εἴλι- corū scripta,
 στη, ἀποκντεινει καὶ χθεὶς καὶ πρώτων, ὡς ἀντὶ ποιητῶν, εὐριγενοτοῖς,
 λέγω δὲ τὰς κτίσεις τὴν πρωτεινηδη, τὰ πολὺ τὰς ἐπινοίας τὴν τε-
 χνῶν, καὶ τὰ πολὺ τὰς τὴν νόμων οὐνοχρυσάφασ. Quod si non uanis Antiquissima
 (inquit) opinionibus accommodare assensum uolumus, sed ab ipsis re historie a
 bus ueritatē sumere, uniuersa quidē apud Græcos, recetia inueni-
 mus heri (ut dicitur) acta, aut nudius tertius: urbes, inquā, cōditas,
 artiū cōmentationes, et leges populis scriptas. Proinde qui uetus & hunc oportere dicit ab Aegyptijs, historie a

Græcis non Tyrijs, & Chaldaëis exquirere, ex quibus autoribus Iosephus mira repetendæ. diligentia sacræ historiæ autoritatem cōfirmauit, in duobus illis libris qui πολὺ ἀρχαιότυποι ιουδαϊών ἀντίρρητης καὶ τὸ ἀπίστων futatorij de γραμματικοῦ inscripti sunt, id est de antiquitate Iudæorum refutatorij contra Apionem grammaticum, quos latine ita uersos legimus, ut præstabilius fuerit nunquam fuisse editos: adeo & corru-

Beroſſus. pti sunt librariorum uitio, & inter pretis ignorantia. Inter Chaldaeos magnum honorem habuit Beroſſus, qui græco sermone historiam conscripsit, cuius loca quædā in eo opere citat sacræ historiæ consentanea. Ex Tyriorū autem annalibus citat testimonia de cenuſorū Solo tum & uiginti talentis auri ab Iromō Solomoni datis ad ornatum moni amici templi, redonatūq; eum à Solomone terra Zabulon in Galilæa do- tia iunctus. cet. Amicitiæ aut̄ inter eos causam fuisse cōmune sapietiae studiū: inuicem enim problemata dissoluenda missitare solitos, in quibus ferè Solomon præualebat. Huius rei, inquit, testem Dionem citabo autorem in Pheenicū historia probatissimū, cuius hæc sunt uerba: Ab abylo moriente filius eius Iromus regnauit. hic partes urbis orientales aggere cinxit, & pomoeria protulit, ascendensq; in Libanū materiem incidit ad Fanorum extruptionem. Regem aut̄ Hieroso

Antiqſſima lymorum Solomonem ad eum aiant ænigmata misisse, et ab eo alia secula æni- repoposcisse, ea lege ut qui dissoluere non posset, dissoluenti, mul- gmatis ute bantur. tæ nominæ, pecunias penderet. Quam conditionem cū Iromus accepisset, nec resoluere ambages potuisset, multa ingentem pecunia

Abdemonus riam pependisse. Post Tyrium quendam hominē nomine Abdemo Tyrius. num extitisse, qui problemata ambigua solueret, aliaq; inuicem proponeret: quæcum Solomon nō resoluisset, pecunias multas insuper reperdiſſe. Ētæ dñi ἀβδύμονόν πνεύματον ἀνδρα τὸ προτεβέν τοι λύσοι. καὶ ἀντὸν ἀλλα προβαλλῖν, ἀ μὴ λύσαντος δὲ σολομῶνος, πολλὰ τεράτων προσαπτόσαι χρήματα. Idem Iosephus Menandrum Ephesium historicū fuisse dicit, qui ex uernaculis cuiusq; prouinciæ uel gentis actis, regū singulorū tempore res gestas apud Græcos Barbarosq; memorie mādabat. γέγραφε ἡ δύτης τὸς ἐφεσίου

ἵκαστο τὸν βασιλέων πράξεις πρὸς τοῖς ἐλληνικοῖς, Βαρβάροις.
 ἐκ τοῦ παρὸν ἑκάποιος ἐπιχωρίων γραμμάτων συνδιάσας τὴν ισο-
 ποντα μαθεῖν. Is igitur de Iromo rege Tyri loquens, qui Iram in li-
 bris Regum dicuntur, ita inquit: ὁ δὲ Ζύγον δέ τις ἦν ἀβδύμον Abdemonus
 παις νεώτερος, ὃς ἐνικετὰ προβλήματα ἢ ἐπέτασε σολομῶν
 ἱεροσολύμων βασιλεύς. Huius regis tempore extinxit Abdemon puer.
 junior, qui uincebat oīa problemata, à Solomone Hierosolymorum puer.
 rege iniuncta. Hoc congruit cum eo quod dicitur in tertio Regū
 de regina Saba, quæ fama Solomonis excitata, uenit Hierosolyma ut eius sapientiam questionibus ambagiosis excuteret. Solomo-
 nemq; nunquam non ex sententia animi reginæ satisfecisse. Hic rite
 dñe subit Plini secundi uanitatem, qui libro tricesimo de autori-
 bus magicæ artis loquens: Est & alia, inquit, magicæ factio à Mo-
 se etiamnum & Lotope ac Iudeis pendens, sed multis millibus an-
 norum post Zoroastrem: tanto recētior est Cypria. Sic enim in an-
 tiquis legiūr, nisi quod musæ & in alijs musa, non Mose scriptū
 est. Diximus supra Eusebio autore, regnum Assyriorum uetus si-
 mum omnium regnorum fuisse, & anno eius quadringentesimo se-
 cundo Belucho octavo rege Mosen populum Iudaicum ex Aegy-
 ptio abduxisse. De Zoroastre ita legiūr apud Suidam: Zoroastres,
 astronomus fuit Nini regis Assyriæ tempore. ζωροάστρος ἄστρονό-
 μος & οὐρανού βασιλεὺς ἀστυρίων. Eusebius in Bactris regnasse
 dicit Nini & qualem & Abrahāni. Apion autem grammaticus ge-
 nere Aegyptius qui etiam polyhistor dictus est à Gellio ob historiæ Apion poly-
 scribendæ diligentiam, in quarto historiarum libro aduersus lu-
 dæos: Inacho, inquit, regnante apud Argiuos & Amaside apud
 Aegyptios, Iudei duce Mose ab Aegyptijs defecerunt, autor Euse-
 bius. Iosepus tamen Techmosin rege appellat Pharaonē non Ama Pharaonē
 sin ex Manethone historiographo Aegyptio, qui græce scripsit. Mose uexa
 Porphyrij autem computatione Moses etiam Semiramidis & qua-
 tur. Mose uexa
 lū recipiūr. Iustinus martyr in Parænetico: εν τοῖς χρόνοις ὡρί-
 ζου τε καὶ ιρούχου ὅντες καὶ γυγνεῖς πνεῖς τὸν παρὸν ὑπειλήφε-
 ται.

οι μηγενῖσθαι, μωύσίως ἐι τὸν ἐλατέων μέμνωται ἴσορια, ὡς
ἴηχμόν τε καὶ ἀρχοντός τὸν τὸν ιουδαιών γένους. οὐτω τὸν
λέμων τε εὖ τῷ πρώτῳ τὸν ἐλατώικῶν μέμνηται, καὶ ἀππιών ὁ
προτελεωνιού. Τε πορibus, inquit, Ogygis & Inachi quos terra na-
tos quidam ex uestris existimauere, Moysis historiæ meminerunt
ut ductoris & principis Iudeorum gentis. Sic enim Polemon in
primo Helleniacon meminit, & Appion Posidonij in libro quæ cō-
tra Iudeos scripsit, & Ptolemæus Mendesius qui Aegyptiaca scri-
psit, cum ipsis conuenit: & multi item alijs quos nominatum citat. Hic

Iustinus est Iustinus qui orationem contra gentiles pro Christianis scriptā
martyr. Antonino Pio porrexit: In qua cum Alexandriæ esset in Pharo se

Septuaginta uidisse uestigia septuaginta domuncularum affirmat ad id tem-
cellule ē Ae pus in columbia: ἀλλ' αὐτῷ εὖ τῷ ἀλεξανδρέᾳ γενόμνοι, καὶ τὸν ἵχυν
gypto.

τὸν δικίονων εὖ τῷ φάρῳ ἐωρακοτές εἰποι οἱ μνημονια, καὶ πρὸς τὸν
ζεῦν ὡς τὸ πάστρια παρειλιφότων ὄκησθότες, ταῦτα ἀπαγγέλο-
μεν ἀνδρὶ καὶ παρὰ ἑτέρων ζετεῖν ἕμιν μονθόνειν. Nos uero cum Ale-
xandriæ essemus uestigia cubiculorum adhuc asseruata in Phari-
arce conspicati, & ab incolis qui hoc à maioribus per manus tradi-
tum sese habere dicunt, percunctati, hæc uobis commemoramus: quæ
etiam ab alijs discere facile poterūt si id cordi uobis est. Quid di-
ctum Hieronymus ignorasse uidetur qui Eusebio & Augustino in
eo inficiando aduersatur in præfatione Geneseos. Quoniammodo
igitur Moses multis millibus annorum post Zoroastrē fuit, qui tot

testimonij proximus seculo & qualius Zoroastris fuit? Sed uidelicet

Prisci græci illa est ignorantia priscorum qui mundum æternum esse credide-
& latimi in rūt. A qua opinione profecta est illa uanitas Genethliacorū q̄ qua
magna igno dringenta et septuaginta annorū millia monumētiis cōprehensa cō-
rantia uersa tinere sese ingenti fidutia mentiebātur, ut autor Cicero in primo
tū.

de diuinatione. Strabo Mosen non magum fuisse dixit, sed oracu-
lis de dictum, quales fuisse Amphiaraus & Orpheus & Musæus le-
guntur. Iustinus historicus Ioseph in Aegypto magicas artes edo-
ctum, cito insinuat apud regem fuisse dicit: Cuīs autoris epi-

tomēs

tomen tricesimam sextam qui legerit, & Cornelij Taciti librum unum & uicesimum, facillime intelliget semina quædā ueritatis per totum orbē disseminata fuisse, sed præimbuta mendacijs Aegyptiorū. Quo factum est ut historicī Græci & Latini uanissimi interdū à nobis fuisse deprehendantur, qui sacrā historiam & incorruptam habemus. In quo profecto eorū uicem dolere deberemus, nisi in plerisq; eorum improbam mentem cerneremus, blandiente semper ipsis in Iudæos maledicentia ob unius dei cultum. Sed inuidia vae cors aduersus Christianū nomen Tacito, Suetonio, & Plinio iuniori fuit, q̄q cū fuerint illi & quales maledicta eorum sacrilega, ac nefaria etiam inuicem colliduntur. Tranquili in Nero. Afflitti supplicijs Christiani genus hominum superstitionis nouæ ac malefice. Tacitus xv. de incendio urbis loquens per Neronem excitato: Ergo abolēdo rumori Nero subdidit reos, & exquisitissimis poenis affecit: quos propter flagitia inuisos uulgos Christianos appellat, autor nominis eius Christus, qui Tyberio imperitante per procuratōrem Pontium Pilatum supplicio affectus erat: repressaque in praesens exūiabilis superstitione rursus erumperebat, non modo per Iudæā originem eius mali, sed per urbē etiam. Et post aliquot uersus enumeratis cruciatū generib⁹: Vnde quanq; aduersus fontes (ingt) & nouissima exempla meritos, miseratione oriebatur. Hominē nefariū Tacitū, aduersisq; placitis prouidentiæ genitū, qui & equaliū suoru sensu seruiens, non suo iudicio, prodere hoc exemplū nefariæ mentis non ueritus sit. Audiamus Plinium ad Traianum scribentē cū Asis præcesset prouinciae, quum ueluti elogium Christianorū mittevet, de poena reorū (ut assolebat) ad principem referens: Affirabant autem (inquit) hanc fuisse summam, uel culpæ suæ uel erroris, quod essent soliti statu die ante lucem conuenire, carmenq; Christo quasi deo dicere secum inuicē, seq; sacramento nō in scelus aliquod obstringere, sed ne fulta, ne latrocinia, ne adulteria cōmiteret, ne fidē falleret, ne depositū appellati abnegaret, qbus pactis morte sibi discedēdi fuisse, rusuiq; coeudi ad capiēdū cibū, pnuſcū

Maleuolētia
quorundam
historicorū.

Tranq. de
christianis.
Tacitus scri
ptrorum uae-
cordissimus.

Plinius iuni-
or de Chri-
stianis.

tamē et innoxium. Quod ipsum facere desijſſe post edictū meum, quo secundum mandata tua het̄erias esse ueteram: sic enim legi debet pro fodalitatib⁹. Quid simile habet hæc obiecta Pliniana cū criminibus Taciti extrema exēpla suppliciorū meritis: eodē enim tēpore hæc à Plinio & Tacito dicta sunt. Verū Plinius ad prin cipem scribens (quod ad res humanas attinet optimū, sed imbutum errore Domitianī, cui sublatō statim Nerua successerat) mentiri aut noluit, aut nō ausus est. Tacitus Domitianī beneficio ad digni tates prouectus, ut ipse fatetur in principio statim libri decimiseptimi, quod nomen ille princeps sceleratissimus sœtiāe pugioē cōficerē nixus erat irrato proposito, id iste sceleratiōe historiæ stilo, toxicō mendaciō obliuio, repete re instin̄, uæcordiū omniū scri ptorū perditissimus, si recte uerba eius cestimētur. Nam Tranqui lō cū idē esset obsequendi tēpori ppositū, q̄ potuit tamē ipse breuissi me defunctus est, Christianumq; nomen uno uerbo respūit, ne ampliētii uideretur. Plinius in fine epistolæ ex animi sui sententia lo cutus, cum principē consuleret, & mēdacio locus non esset: in prin cipio ita uera falsis tēperauit, ut acta sua principi seuero et perspē caci approbauerit. In quo pretiū est operæ uim ueritatis animad uertere, quæ nonnunq̄ iniurias erumpit, ita fallens inter mēdacia, ut ab audientib⁹ demū agnoscatur, cū interim loquētes adhuc habere, se in potestate eam putent. Suppliciū (inquit) minatus perse uerantes duci iussi, neq; enim dubitabam qualecunq; id esset quod faterentur, pertinaciam certe et inflexibilem obstinationē debere puniri. O miserum te Plini, et improbe principali gratiæ inseruiē tē, qui ueritate oppugnanda diligētiā tuam principi approbare uoluisti. Hoc acri uir ingenio Traianus intelligens, ne damnare imprudētiæ præsidē uideretur alioquin sibi gratum, et nomini tunc inuisio potrocinium præbere edictio sua non ausus, conquirendi (in quīt) non sunt Christiani, si deferātur et arguantur puniēdi sunt. Improbū filē Alioquin aut in omnibus scriptoribus mirum filētium uel improbū tiū de rebus potius de rebus Christianis agnoscas ueluti coniuratorū atq; ex cō pacto

facto scribentium, ijs etiam temporibus cum res insignes ac memorabiles auspicijs Christi gestae sunt: id adeo ex re unica quam in medium afferam iudicare qui uis poterit. Macrobius libro secundo Sa-
tur. de iocis Augusti Cæsar is loquens: Cū audisset (inquit) inter
pueros quos in Syria Herodes rex Iudæorū intra bimatum iussit
interfici, filium quoq; eius occisum, an melius est Herodis porcum
esse q̄ filium. Ecquis unquam hoc memoriae tradidit dūtaxat Ethni-
corū, quod Macrobius in transitu tanquam notam perstrinxit
mirari: igitur desinamus cur nulla apud Plinium & alios rerū mi-
racula relata, scriptorum sacrorū temporibus competant, & cum or-
thodoxa rerū conscriptione congruant, & malignitati scribentium
aut metui potius tribuamus opinioni principū & populi blandienti-
um. Tertullianus in Apologe. Ad Romanos loquens de morte Chri-
sti: Nam spūm (inquit) cū uerbo sponte dimisit præuento carnificis
officio eodē momento dies mediū orbē signante sole subducta est:
deliquiū utiq; putauerunt qui id quoq; super Christo prædicatum
non scierunt, & tamen eum mundi casum relatum in archiis ue-
stris habetis. Et paulo inferius: Ea omnia super Christo Pilatus &
ipse iam pro sua conscientia Christianus, Cæsari tunc Tyberio nū-
tiauit. Eusebius in Chronicis de anno decimo octavo principatus
Tyberij loquens: Solis facta defectio & tenebræ super terram. Bi-
thynia terræ motu concussa, & in urbe Nicena & des plurimæ cor-
ruerunt. Quæ omnia ijs congruunt quæ in passione domini accide-
runt, tum ad hoc probandum Phlegonta citat autorē exactū Olympiadum adnotatorē. Cuius ut historici & Olympiadum scriptoris
meminit Suidas, Trallianumq; fuisse dicit, Adriani libertum, uel
Augusti ut alijs putauerunt. Is igitur huius rei locupletissimus esse
testis potest in Asia genitus ubi is terræ motus accidit. De eo motu
Plinium locutū esse nō dubito cum inquit libro secundo: Maximus
terræ memoria mortalium extiit motus Tyberij Cæsar is prin-
cipatu, duodecim urbibus Asia una nocte prostratis. Solis autem
deliquium Plinius ignorare non potuit si in archiis Romanis per-

Christianis
apd̄ autores
Loc⁹ Macro-
bij aīaduer-
tendus.

Memorabilis
locus Tertul-
liani.

Scriptum fuit, ut qui acta Romana diligenter percensuisse intelligatur: sed Plinius id dicere uoluit, quod occultū principes esse uolebant. Parum enim plausibile dogma Chr. sti apud homines superbos & uoluptarios esse oportuit, quod elatos animos, & corpora si bi indulgentia maxime execratur. Tametsi charitas illa iustitiae parens & diuinarū contemptus & abdicationis, magis ab humanis placitis abhorrebat, utpote quæ ne hodie quidē satis festa fronte excipiuntur ab ijs etiam quos sequaces Christi maxime esse conueniebat. Eodē p̄tinet quod idē Plin. lib. xxx. dicit de arte magicali loquēs: Hæc (inquit) umbrarū inferorūq; colloqa promittit, quæ oīa & tate nostra princeps Nero uana falsāq; comperit: quippe nō cū hærae tragicīq; cantus libido illi maior fuit, fortuna rerū humanarū summa gestiente in profundis animi uitij, primūq; imperare dijs concupiuit, nec quicq; generosius uoluit: nemo unq; ulli artiū ualidi.

Veritas apd' fauit. Hoc dictum Plinius fidem facit, ijs quæ à Tertulliano, Eusebio & Suida scripta sunt de Simone Mago Samariāno qui apud Neronem gratia ualuisse dicitur & cum diuo Petro corā cōmissus aduentū domini. habuit ante aduentū do-

mis testimonijs, ueritatē in utroq; religionis nostrae instruēto plenissime comprehensam, in potestate semper cultorum ueri dei fuisse: Manasse tamen ad alios interdum ueritatem, non germanam illam & incorruptam, sed in Aegypti primum officinis adulteratā, Athenis autem postea in porticu, Academia & Lyceo, nunc sedentaria nunc obambulatrice philosophia uarie interpolatam, nec ante sibi redditam quā dominus noster in Iudea, id est in ueritatis ipsius incunabulis, ad manum etiam uisendam hominibus porrexit, deinde & Græcis hominibus et Latinis barbarisq; intellegendā, missis quoquo gentiū interpretibus, dedit. Cæterū admira Veritas anti ri subit tēporū nostrorū felicitatē, q mūdo iā uergēte natī, tamen quis ignota, lōgissime pr̄sum retrorsumq; cernim⁹ (ut Maronian⁹ ille Prôte⁹)

Quæ sint quæ fuerint quæ mox uentura trahantur: cum prisci illi Græci Latinūq; autores, se se in eo admirarentur quasi

quasi in historiæ campo expatiantes, omnia oculis subiijcerent quæ à condito æuo gesta sunt, quos ne admota quidem & proxima uidisse deprehendimus. Sed utinā tā consertis manibus compertam comprehensamq; ueritatē temel retinere possemus, q̄ protinus agnē tam festiuū oculis hilares exoscularum. Hæc enim ueluti fastidiosa est uel hospita uel amica. Cui cum seculariū rerum amore quasi æmulam quandam superinduximus, sensim ipsa ex mente nostra quasi ex cōtubernio faceſſit, animumq; nostrū sibi suas res habere iubet, clam remiſſo nūtio, cū interim securi (ut dicitur) alias res agamus. Verū ut ad rē redeamus, nos hoc tenere conuenit qđ cap. nono libri secundi Paralip. dicitur: Solomonē regē imperiā ſe ab Euphrate ad Palæſtinen & usq; ad limites Aegypti, gloria. q; & diuīijs circumfluentib⁹ omnes reges non modo æquales, sed cuiuscunq; etiam ætatis haud dubie ſuperaffe. Quod Græcos lati-
nosq; historicos tacuisse non magis mirū eſt, q̄ ſophiam eius id eſt germanam ſapietiam apud philofophos uiros id eſt ſophiæ indaga-
tores inauditam fuſſe, cum eam tādiu tantāq; indagine ſed irrita
inveſtigarint. Quæ res in dubiū uenire utiq; non potest, cū eius ho-
die monumenta in manibus uerſentur. Quæ ſi ſatis animo com-
pre-
hensa haberemus, omnē antiquam philofophiam (quod ad mores at-
tinet, & iſtitutionē animi) nugas meras eſſe iudicaremus. Hacte
nus de rebus Hebræorum dictum ſit, in quibus talenti & ſicli ap-
pellatio promiscue poſita, impedimento fuit ne inire rationē crassa
ſaltē æſtimatiōe tantarū opū poſſemus: ubi tamē talentū aurī prie
accipi probabile eſt, qualia erant ſexcenta & ſexaginta ſex quæ
ei quotannis à prouincijs finiūmis offerebātur, ut decimo cap. IIII.
Regū dicitur, & octauo libro Iosepi, & ea talenta que regina Sa-
barum obtulit, et rex Hyram: Ibo ego talentum (ut minimū) ſeptua-
genariū intelligi debere censeo. Qua ratione ut aurū ad argentiū
undecuplex tantū fuerit, talentū ſepte millib⁹ et ſeptingētiſ aure
is noſtriſ coronatiſ ualuit. Ex quo ſupputari ſumma quotānis po-
te-
rū, ſi q̄s aī cauſa id facere, & redditū eius colligere uoluerit. Eorū
autē

solomōis phē
loſophia.Talentum
hebraicum.

autem quæ supra diximus eundem ipsum Solomonem postremo loco autorem citabimus: sic enim inquit capite altero sui Ecclesiastæ: συνύγεγόν μοι καὶ γέργυρον καὶ γέχρυσον, καὶ περιουσίας μους βασιλίων καὶ τόν χωρῶν. Congessi mihi tum argentū tum aurum & facultates regum ac prouinciarū. Sed ijs quæ de siculo diximus refragari uidetur id quod apud Plinium legitur libro decimo octavo ubi de pondere trinici loquens ita inquit: Nunc ex ijs generibus quæ Romam inuehuntur, leuissimum est Gallicum atque Cherroneo adiectū: quippe non excedunt in modiū uicenas libras si quis granū ipsum pōderet. Adiicit Sardiū sex libras uel selibras. Alexandrinum & trientes, hoc est & sicli pondus. Triēs non quanto drachmas hic significat, sed quatuor uncias. Sed antiqua exemplaria & pridē impressa non sicli sed Siculi habent hoc est frumenti ex Sicilia: hoc enim uerbū Hebraicum est, ut autor est Suidas et Iosepus ut diximus, quo nec Græci nec Latini usi sunt, etiāsi apud Plinium errore emendatorū saepe legatur, ut libro decimo septimo in principio. Fuit & arborum cura legibus priscis, cautumq; est XII. tabulis, ut qui iniuria cecidisset alienas, lueret in singulas scilicet aeris XXV. ubi antiqua omnia habent: Lueret in singulas aeris XXV. & libro duodecimo: Itaq; optimi thuris libra scilorum XVI. pretium habet, secunda XII. In antiquis: optimi thuris libra XVI. pretium habet, secunda XV. Quo magis miror Hermolaum Barbarem libro decimo octavo capite sexto, hoc uerbum agnouisse quod nunquam Romani agnouerunt: eo enim in loco antiqua exemplaria mil. fester. habent, non mille scilicet. Præter ea autem quæ diximus et Aegyptiorū opes famigeratas scimus, cum Plinius libro trigesimo sexto de pyramidibus Aegypti loquens ita dixerit: Dicantur obiter & pyramides in eadem Aegypto regum pecuniae otiosa ac stulta ostentatio. Et libro quinto: Aegyptus super cæteram antiquitatis gloriam XX. millibus urbium, ibi Amase regnante habitata præfert. Strabo libro ultimo ad Thebas supra Memnoniū regū Aegypti sepulchra esse tradidit, ea' que se uidisse cum in comitatu.

Siclus apud
Plinium,

Aegyptiorū
opes.

Aeli

Aelij Galli esset in Thebaide, conditoria autem esse circiter XL.
mirifica specie structuræ uisenda, in specubus saxo exciso. Intra au-
tem conditoria obeliscos quosdam esse literis inscriptos opulētiam
regum qui tunc erant declarantibus, & eorum diuinam uelut usq;
in Scythes & Bactrios & Indos, & que nunc Ionia dicitur impe-
ritantium: ad hæc tributorum magnitudinem, & copiarum milita-
rium ad decies centena millia hominum. Enī de ταῖς θύκαις οὐδὲ τι
νῦν ὀβελίσκων ἀναγραφή διηλοῦσσων πλουτῷν ἢν τέ βασιλέ-
ων, καὶ πλὴν ἐπιρότειον ὡς μέχρι σκυθῶν καὶ βακτρίων καὶ, in
διῶν καὶ, τοῦτον ἰωνίος διατείνοσσαν, καὶ φόρων πλῆθος, καὶ, τρο-
ποῖς πολὺ ρυμικόλος. Conuenit hoc cum dicto Pliniano quod
supra retulimus et Sesostris Aegypti rege superbissimo, qui iunctis
ad currum regibus triumphare solitus erat. Huius regis meminit
Herodotus in secundo, eum dicens primum omnium regum longis
nauibus Arabicum sinum præteruectum, & populos rubri maris
accolas in potestatem suam redigisse: Indeque retro h̄jsdem uestigijis
reuersum & coactis ingentibus copijs transgressum in continen-
tem infesto exercitu obuias ubiq; gentes subegisse, ex Asiaq; in Eu-
ropā transgressum Thrases & Scythes ut domuisse, unde digres-
sus ad Phasim amnum iter contendisse dicitur. Huius autem regis
memorabile institutū prodidit Herodotus: ὅτεοισι μὴν νῦν ἀντίων
ἀλκημοις ἐνεπύγχασεν. καὶ δεινῶς γρίχομένοισι πολὺ πλὴν εἰλευθε-
ριν, ζύζισι, μὴν σύλας ἀνίσιν ἐτὰς χώρας, διὸς γραμμάτων λε-
γούσας κτε τὸν ζύζην ὄνομα, καὶ τοῦτο πάτριος, καὶ ὡς δινομένη τῇ ξών
ζύζη κατετέριτον σφεας. ὅτεων δὲ ἀμαρτιὴ καὶ ἐν πετίων παρέ-
λαβε τὰς πόλις, ζύζισι ἐνεγράψι ἐν τῷσι ιστόις ταῦτα καὶ
ζύζισι ἀνθράκοισι, οὐδὲν ἐθνίων γενομένοισι, καὶ διὰ καὶ αἰδοῖς γυ-
ναικὶς προσένεγραφε, δῆλος βουλόμενος τρίσιν ὡς ἕστεν ἀνάλκις
Δ. Quascunq; autem nactus erat gentes strenuas, & pro libertate
tuenda acriter & percutide dimicantes, per horum ille regio-
nes stelas, id est cippos lapideos statuebat, litteris significantes ipsi
regis nomen, & patriam, & ut copijs eos proprijs ac uiribus sube-
gerat.

Sesostris.

Memorabile
institutum.

Amasis qui
Pharaon dicitur.
memorabilis
constitutio.

gerat. Quorum uero urbes nullo negotio aut incruento certamine cepisset, apud hos uidem ut apud illos qui strenuitatis specimē edēderant, cippes quoq; statuebat, atq; eo amplius muliebria genitalia asculpebat: significare uoles eos ignauos esse. Idem Herodotus autor sub Amaside rege (cuius tempore Mosem ex Aegypto egressum esse diximus) Aegyptum beatissimam & à flumine Nilo, & à regionis solo fuisse, urbesq; habitatas tūc numero uiginti millia fuisse. καὶ πόλες ἐν ὁντῷ γενέσει τὰς ἀπόστας τὰς δινομυρίας τὰς οἰκουμένας. Huius est autem memorabilis sanctio, ut singuli quotannis apud nomarchen, id est cuiusq; præfecturæ præsidem profiterentur unde uiuerent. Qui autem hoc non faceret, aut genus uite approbare præsidi nō posset, huic poena extrellum supplicium esset. Qua lege postea Athenienses tralatitia usi sunt prorsus inculpabili. Sed uerba ipsa Herodoti ponenda sunt ad uerbum: Νόμον τε αἱ ψηφίσις ἡντὶ ἀμοχοῖς ἵστοι χρητεύσονται, ἀποδεικνύνται ἔτεος ἐκδήσου τοῦ νομάρχη πάντας τινὰς αἰγυπτίων ὅθεν βιοῦται. μὴ δὲ τριεῦντας ταῦτα, μὴ ἢ ἀπροφαίνοντας Δικαιον ἔτιδειν, ιθύνεις θενάστω. οὐδαν μὲν ὁ ἀθιναῖς Θ λαβὼν οὐδὲ αἰτύπον τεῦχον τὸν νόμον, ἀθιναῖοις ἔθετο, τοῦ ἐκτενοῦ ἐξ αἰγυπτίων ἐόντι ἀμώμῳ νόμῳ. Id est: Hic autem est Amasis qui legem hanc tulit: demonstrare unumquenq; apud præsidem cuiusq; loci, unde uiuat: quod qui non fecerit, aut demonstrare uite suæ rationem iustum non potuerit, hunc morte multandum. Solon autem Atheniensis sumptā hanc legem ex Aegypto Atheniensibus promulgauit, qua illi semper usi sunt lege sane inculpata. Hac lege iurisdictionem exercuisse Areopaginas testis est Athenaeus libro quarto his uerbis: ὅτι δὲ Κύρος ἀσώτους, καὶ Κύρος μὴ ἐκ τῶν περιουσίας ὑπάρχει, ἀποκλειόντες λαοὺς τὰ διακριταὶ καὶ ἐκόλαζον, ισόρησεν φαινόδημον τοῦ φιλόχορον, οἳ λαοὶ τὰ πλεῖστα. Quod autem patrimoniorum profligatores, eosq; qui nullis facultatibus uictiarent, Areopagiæ in iudicium uocarent, poenitentias & supplicij afficerent, memoriae mandarunt Phænomenus & Philochorus pluresq; alij. Deinde idem autor Atheneus

neus huiusmodi exemplum eius rei subdidit ad dictum confirmandum. Siquidem Meneāemus, inquit, et Asclepiades erant iuuenes, ambo philosophiae quidem studiosi, sed egestate p̄rediti. Hos Areopagis pro potestate accios interrogare instauit, quonam pacto fieret ut cum dies ipsi totos philosophis operam darent, nihil in censu habentes, bona nihilominus habitudine corporis uideretur. Ad haec illi respondentes, cum pistorem quandam accersiri postulassent, & ille accersitus uenisset, eum interrogandum dixerunt: qui cum rogatiūbus Areopagitis dixisset unaquaq; nocte illos in pistrinum descendere solitos, ibi q; frumentum molentes, pro nocturnis operis drachmas utrūq; singulas ferre, admiratus senatus, ducentas eis drachmas ob uirtutem decreuit. Sed ipsa uerba subiçiam ne comminisci uidear: Μενίδημον γοῦν καὶ ἀσκλαπιόδηλον Ζὺς φιλοσόφους, νέους ὅντας καὶ πενουλήνους, μεταπεμφάκηδνοι ἡρώτησαν, πῶς ὄλας ἡμέρας Ζὺς φιλοσόφοις συχολάζοντες, κεκτημένοι δὲ μηδὲν, ζενεζῆσιν ὅντως Ζὺς σώμασι. καὶ διὰ ἐκέλευσαν μεταπεμφθῆναι τὸν θύμον μυλωθρῶν. ἐλθόντες δὲ ἐκείνους, καὶ ἐπόντες διὰ τοῦτο ἐκέστις κορτιόντες. εἰς τὸν μύλωνα καὶ ἀλοῦντες, πλύνομενοι τὰς σάμφιτεροι λασμάντος. θευμάσαντες διὰρεοπαγῆται, πλισκοσιᾶς προχμαῖς ἐτίμησαν οὐρανόν. Verum quandoquidem uerboſiam esse coepit haec disputatio, nec tamen omnia attigimus eodem perituentia, & liber pro portione huius operis longioriam esse uidetur, abrupendus est sermo qui finem non inuenit.

Ad alteram' que partem commentationis fe-

stimandum, quam sic quoq; iam fa-

thiscēte stilo aggredī

me sen-

uo.

Memorabilis
historia.

GVLIELMI

BVDAEI PARISIENSIS A' SECRE

tis regis Franciae, de Aſſe & partibus eius, liber

QVINTVS ET VLTIMVS.



ESTAT MENSUR-
rarum tractatus, cū causam
connexam cum predictis ha-
bens, tum uelut appendix hu-
ius operis. Mensura aut̄ mul-
tiplex ab Aristotele in nono
libro metaphysics ponitur.
Sed nunc mensuras appello
quib⁹ fruges et liquores meti-
mur. Angelus Politianus uir

Angelus Pol-
itianus.

memoria nostra utraq; lingua apprime doctus, in decimo epistola-
rū de mensuris ex professo scribēs: Incipiendum (inquit) ab ampho-
ra consecrata Romanis in capitulo ne cui uiolaretur. Capit hæc
omnino quantum tessera quoquo uersus in area pedū quatuor: du-
plex amphora modius est, aut si maiis græce, medimnus, eademq;
triplex efficit sextariū. Sextarij dimidiū cotula uocatur & hemi-
na. Quatuor uero sextarij chœnica complent: ita sex congiū, quæ
latine chus dicitur. Inde forsan sextarij nomen quod eū sexies con-
gius capit. Scribit tamen Pollux cotulam chœnicis esse tertiam par-
te: chœnicas octo & quadraginta medimno continent. Hæc Politia-
nus suppresso autore (ut ferè assolet) ex uulgatis carminib⁹ illis sum-
psit quæ apud Priscianum incerto autore leguntur. Nam non esse
Prisciani argumentū est, quod in antiquis uoluminibus Priscianē
non inueniuntur. In his aut̄ carminibus intelligendis quoties qq; lu-
culentis

culentis erroribus Politianus lapsus sit, ex sequētibus apparebit, ut
nisi Politiā stilum agnoscere, Politiā epistolam esse omnino
negaturus fuerim. Eiusdē flagitiū est quod talentū Atticum maius
tribus et octoginta minis esse dixit, nec ullum pondus Attico talen-
to maius esse. Carmina autem illa sic ferè leguntur.

Pes longo spatio latoq; notetur in anglo:

Angulus ut par sit quem claudit linea triplex.

Quatuor ex quadris medium cingatur inane

Amphora fit cubus, quam ne uiolare liceret,

Sacraueret Ioui Tarpeio in monte Quirites.

Huius dimidium fert urna, ut & ipsa medimnē

Amphora, terq; caput modium. Sextarius istum

Sexdecies haurit quot soluitur in digitos pes.

Dico his uersibus significari, Amphoram ex area excitari quoquo
uersus pedali, quaternis quadris pedalibus inanitatem amphoræ
cingentibus. Ita ut quaterni undiq; anguli tesserales tribus lineis
concludātur singuli, quibus ipsis tres dimensiones tesserae significa-
tur qui cubus græce dicitur, id est schema sex in situ sessile. Hoc Cubus &
tessera.

Angulus ut par sit quem claudit linea triplex.

Tres enim dimensiones notantur, longitudo, latitudo, altitudo.
Huius dicti testem interim citabimus Isidorum Hispalesem, in hac
re interdum non refellendum, licet in multis lapsus sit. Amphoræ
(inquit ille) recipit uini uel aquæ pedem quadratum. Quod si huc
testem refutare placet, prodeat Festus testis locupletior, qui his
uerbis testabitur: Quadrantal antiqui uocabant amphoram quod
uas pedis quadrati octo & quadraginta sextarios caput. Politi-
anus duplēcē amphoram modium esse tradidit, & (quod uix intel-
ligere possum) triplicē amphoram sextarium efficere. Ego au-
tem amphoram unam ternos modios capere dico, & duodequin-
quaginta sextarios: nec medimnum & modium eundem esse mo-
dum, sed medimnum modios senos capere. Suidas, μέδιον & μέ-

τρον ἐσὶ ξυρῶν, διον πυρῶν ἡ υπιθῶν· μέδιμνον δὲ γραμμή
Medimnus, inquit, mensura est aridorum, ut triūci uel ordei. Me-
dimnum igitur mensura est sex modium. Hactenus ille. Sed audia-
mus testem unum qui uice sit omnium, is erit Cicero, qui in frumē-
taria, ita inquit ad Verrem: Accipis sestertios quindecim pro me-
dimno, tanti enim est illo tempore medimnum: retines sestertios
duodecim, tanti enim est frumentum Siciliense ex lege aestimatum.
Est eiusmodi aestimatio legis ut cæteris temporibus tolerabilis Sicu-
lis, te prætore etiam grata esse debuerit. Est enim modius lege se-
stertijs tribus ut aestimatus fuit ante te prætorem, ut tu in episto-
lis ad amicos tuos gloriaris, sestertijs duobus, sed fuerit tribus se-
stertijs, quoniam tu tantum à ciuitatibus in modios singulos exegi-
sti, tu non modo omnes accipere quod oportebat noluisti, sed etiam
dare quod non debebant coegeristi. Idem alibi: Premium autem sena-
tus consulo constitutum decumano in modios singulos sestertijs ter-
ni. Et iterum: Duobus pretijs unum & idem frumentum uendidi-
sti, semel ciuitatibus sestertijs quindecim in medimnum. Iterum Po-
pulo Romano, à quo sester. xx. in medimna pro eodem illo fru-
mento abstulisti. Et alibi: Hoc reprehendo, quod cum in Sicilia se-
stertijs binis triūci modius esset, ut istius epistola ad te declarat,
summum sestertijs trini: tum iste pro triūci modijs singulis ternos
ab aratoribus denarios excgit. His locis & alijs eiusdem orationis
liqueat medimnum quinque modium capere: quod de Sicula men-
sura intelligendum, nam Romanum medimnum ut Atticum senos
modios cepisse, eodem autore eadem que oratione probabimus po-
stea. Nunc quod instat de amphora uideamus, quonammodo intel-
ligi possit quod Politianus dixit: Sit igitur area quoquo uersus pe-
dum quatuor, si ex ea corpus quadrantale & tesserarium facere
uelis, necesse est addenda dimensione tertia, id est altitudine, ter-
tiam quoque multiplicationem arealis numeri excitari. Quomodo
enim bis bina bis, primam tesseram faciunt octo angulis constan-
tem, & ter tria ter, secundam, qui numerus est uicenarius septe-
narius.

narii, eodem modo quater quaterna quater, tertiam tesseram faciunt, unitatis quatuor & sexaginta concretam. Sit igitur planities uel interuallum quadratum, quaternū quoquo uersus pedum: Huic si altitudinem bipedalem imponam, fiēt octo pedes quadrati, qui duos & triginta pedes ualent, hoc est bis quater quaternos. Hos pedes si ex quadratis cubicos, id est tesserarios reddere uelim, eum numerū ut duplēm necesse est, hoc modo, quater quatuor quaternos, sic fiunt bis duo & triginta, id est quatuor et sexaginta. Ut enim quadrata forma ex numero quocunq; fit in se se ducet, sic ex quadrata iterum exurgit cubica. Quaternio enim radix est numeri quem nunc quærimus: is in se se multiplicatus sedecim efficit, & iam formam quadratam capit. At is numerus quadratus iterum quater multiplicatus in tesseram euadit, & fiunt sexaginta quatuor. Quare aut Politianus existimauit amphoram tot pedes habere in conceptaculi inanitate, aut tesseræ naturam ignorauit. Virumlibet autem dixeris luculenter hallucinatus comperieatur. At alterutrum uix de eo homine credere fas est qui Panepistemona librum condidit, quo omnium rerum artiumq; scientiam pro mon Politi fiteri uidetur. Viruuius libro quinto de tesserā ita inquit: Culus ^{ni.} est corpus ex sex lateribus, & equali latitudine planitierum per quadratum: is cum est iactus, quam in partem incubuit, dum est inta. ^{Culus.} Etus immotam habet stabilitatem, ut sunt etiam tesseræ quas in alueum ludentes iaciunt. Amphoræ autem capacitatē cum ego nosse cuperem, quadratal, id est uas cubicum ex tabellis quatuor facien forma & dum locauit, ita ut intus pedale quoquo uersus esset, factumq; ad ru diculam exegi, quæ intus quidē erecta, & quilibris esset ad summa uasis labra. Iaces uero & porrecta in imo atq; summo, latera bina stringeret. Semipedē accipimus id spatiū quod digni utriusq; manus suppressis pollicibus occupant: etenim palmu. (ut inquit Viruuius) à quaternis manū dignis inuictus est, & à palmo pes factus sedecim digitorū: nostri pedē duodecim pollicibus partiūtur, quas uncias antiqui vocauerūt ut autor est Boëthius, id quod ostēdit Plé

nus libro xv. de siliquis loquens: Quum inquit digitorum hominis
longitudo illis, & interim falcata, pollicari latitudine. Pollicarem
dixit pro unciali, ut differetiam adnotare facile sit inter digitale
& pollicare. Fronimus: Aquarū, inquit, moduli aut ad digitorum
aut ad unciā mensurā instituti sunt: digitii in Campania & in

Digitus. plerisq; Italiae locis, unciae in Apulia obseruātur. Est autē dignus: (ut
Vncia. conuenit) sextadecima pars pedis, uncia duodecima. Idē alibi: Vn-
cia ergo modulus habet diametri digiti unū & triente digiti. Ha-
ctenus ille. Vulgo pedē metiūtur opifices manibus in pugnos cōtra
etis & porre etis pollicibus altrinsecusq; obuersis. Nos huiusmodi
pedē habuimus, sed ab his petitiū qui modū pedis publice statuere so-
lent. Hoc uas autē tritico cū impleuisse, cū mensuris nostris compo-
sui impletio deplendoq; subinde. Hoc faciens deprehēdi uas illud
tesserarium, id est amphoram meam cumulatā, huius urbis quadrā
tem radio æquatum capere: nec aliam esse inter utranq; mēsuram
differentiam, quam quæ esse soleat inter mensuram rasam et faste-
gatam, ut amphora cū eo auctario quod liberaliores ueditores cō-
donare solēt, quadrante nostrū hostimento admēsum omnino æqua-
re possit. Quadrante appello eius mēsuræ quartā partē quam sex-

Medimnus. tarium triticariū diximus. Secundū hoc medimnus erit quā minā
dicimus. Lingua enim uernacula primū mimnū per syncopen, po-
stea minā pro medimno dixit. Ita sextarius ille noster triticarius in
bina medimna uel quaternas amphoras diuiditur, et inde in duo-
denos modios quos bossellos appellam⁹ uel bæotios potius. Sed hæc
quæ cōiectura assēquimur, argumēti adiuuāda sunt. Tranquillus
in Cæsare: Populo præter frumenti denos modios ac totidem olei li-

Aestimatio bras, trecenos quoq; nūmos quos pollicitus olim erat, diuīsit. Si Cæ-
frumēti in far totidem modios tritici uirūnū quot olei libras diuīsit, intelligi-
Sicilia mus modium non magnā mensuram fuisse: quæ Ciceronis testimo-
nio plerunq; binis, raro ternis sestertijs ualebat. Qua ratione me-
dimnus quini denis sestertijs, & sæpe denis tantum ualebat: quod
tamen intelligo in uilitate annonæ: Nam Cicero in frumentaria
duas

duas aestimationes ex senatus consulo factas ponit: una alterarum decimarum quas aratores non gratuitas pendere cogebantur populo Romano, sed ita ut in modios ternos seftertios acciperent: alteram aestimationem ponit frumenti quod interdu ciuitatibus imperabatur, ut Romano populo præbere certū numerum frumenti co gerentur, & pro eo in modios denarios singulos acciperent, id est quaternos seftertios. Qua ratione medimus quinis denariis aestimabatur, quod siebat cū annonæ penuria metuebatur ut opinor. Legimma ergo aestimatio erat trini seftertijs in modios Siculos qui maiores erant Atticis & Romanis, licet idem esset medimus. Videamus an hoc temporibus nostris congruat. Apud nos cōmodam tricū primarij annonā esse aiunt, cum medimni bini, id est sextarius quinis & uicenis solidis turonicis uaneūt: ab eo pretio ad tricenos iustum estimationē esse. Deorsum autē ad uicenos, iam ad uilitatē spectare: quod supra hæc aut infra est, caritatis et uilitatis appellatione cēseri. Cum hæc literis mandare pretiū diuersis anni partibus à uicenis solidis ad uicenos binos & semissē plerunq; euaria sint, tāersi minime ubere biennij prouētu: sed ferē na euēnū cū exportare ad externos non licet, uix iam ut annona agriculturæ impendia ferat, cū paucis annis equis aratoriis quibus nostri utūtur, magnopere pretiū accesserit. Verū si medimus in Sicilia mediocri anno quinque denis seftertijs ualebat, planū fit nō memorabili nos errore aut in nūmi cōiectura aut in mensura falli, quippe quindecim seftertijs aestimatione nostra solidis tredecim & sesquidenario lo ualēt. Seftertiū enim denis denariolis & obolo taxauimus. Qua seftertijs esse non mirū est si Cicero sāpe in Sicilia modium frumenti binis seftertijs dixit in magna ubertate. Qua ratione duo medimna decem et septē solidis & semisse uaneūt: nam apud nos sāpe minoris ualere memini. Cicero in Frumentaria: Frumentū, inquit, emere in Sicilia debuit Verres ex senatus consil. & ex lege Terentia & Cassia frumentaria. Emundi duo genera fuerūt, unū cæterarū decimaru, alterū quod præterea ciuitatibus æqualiter esset distribu-

rum. Illius decumani tantū quantū ex primis decumis fuisse, triūci modia DCCC. millia. Pretiū aut̄ cōstitutū decumano, in modios singulos sestertijs terni, duodetricies: imperato sestertijs quaterni. Ita ut frumentū imperatū, sestertiū duodetricies in annos singulos Verri decernebatur quod aratoribus solueret: in alteras decumas fermē ad nonagies: sic per trienniū ad hanc frumenti emptionē Siciliensem propē cēties et tricies erogatū est. Decumanū frumentum appellat Cicero alterius decumae frumentū, quā aratores dare non uectigalē sed uenale cogebātur. Puto aut̄ nō utrobiq; duodetricies legendū, sed secūdo loco duodecicies, nihil tamē certi haberi potest quoniā locus ille corruptissime legitur: sed nec duodetricies priore loco satis cōgruit, cū octingēta millia modiū quater et uicies tantūmodo ualuerint estimatione ternorū sestertiorū. Igitur DCCCC. m. Ciceronē scripsisse dicendū est, non DCCC. ut sit uicies septies. Quod si addatur xxx. mil. cōgruet duodetricies. Ter aut̄ duodetricies fermē nonagies cētēna millia sestertiū ualeat. Quibus si ter duodecies addas fermē centies et tricies sestertiū erit, quod à Cicerone oratore auctū est. Sic in alteras decumas quotānis ex Sicilia nongēta millia modiū Romā exportabātur, qui modij primū ad mensurā Romanā, deinde ad nostrā reduci debet: Propterea quod quimi Siculi modij senos Romanos ualebat. Qua ratione septingēta & quinquaginta millia Siculorum, nongēta millia Romanorū & Atticorū ualeat, quæ ad medimnos Atticos relata centū & quinquaginta millia fiūt. His adde cētū & quinquaginta millia modiū Siculorū quæ centū et octoginta millia Romanorum ualeat, fiunt decies cētēna et octoginta millia. Hæc enim summa sesquiquinta est nongentorū milliū, quæ ad sextarios Parisinos reducta nonaginta millia fiūt, & duodenario diuisa septē millia, & quingēta modia Parisina. Sic ex duabus decimis Romani quindecim millia modiū nostrorū trāsportabant ex Sicilia, præter id quod ciuitatibus quaternis sestertijs imperabantur. Sed septē millia & quingēti modij nostri ea ratione quā Cicerō stan-

Decuma frumentū in Sicilia.

et statuit, id est tribus sestertijs in modiu Siculu, ære nostro sexaginta septem millia & quingentos aureos nostros ualent, quæ Romano more uicies septies sestertiū dicuntur. Quare summa oīno non congruit, propter quod locum Ciceronis corruptum esse dixi, nec modo corruptum esse puto, sed etiam mutilitatum, inter uerbi cū fuisse & uerbum tritici: DCCC. enim millia non est alterarū decumarū numerus, sed frumenti imperati, ut ex alijs locis orationis colligitur. Numerus aut alterarū decumarū deesse mihi uideatur. Sed & maior summa esse debet in triennio q̄ centies & tricies, cū quotannis nonages in alteras decumas daretur, id quod ex alio loco crationis ostenditur: nam Cicero eius summae quinquagesimas binas ad sestertiū tredecies taxauit: qua ratione trecenties & uicies quinque esse oportuit. Ceterū non duodetricies imperato frumento Ciceronē statuisse puto, sed bis & tricies, cū quaternis sestertijs in modiu estimaretur: summa enim ad nummū quadrat. Sextarius noster ferè est q̄tū iumentū uiatoriū ferre potest, hos in modio duodenos Parienses habet. Idē Cic. in eadē oratione: lugera professa sunt aratores imperio atq; instituto tuo: nō opinor quenq̄ esse min⁹ p̄fessum q̄ quantū arasset, cū tot cruces, tot iudicia, tot ex cohorte recuperatores pponerentur. In iugere Leontini agri medimnū ferè tritici seruitur perpetua atq; & quabilis satiōe. Ager efficit cū octauo bene ut agatur. Verū ut oēs dij adiuuent, cū decimo: quod si quādo accidit, tū fit ut tantū decumae sit quātū seueris, hoc est ut quot iugera sunt sata, totidē medimna decumae debeātur. Hoc cū ita esset, primū illud dico, pluribus medimnū millib⁹ uæniisse decumas agri Leontini q̄ quot millia iugerū sata erat in agro Leontino. Et rursus: Agri Leontini decumae anno tertio uænierat medimnis XXXVI. millibus, hoc est tritici modijs ducetis sedecim millibus. His uerbi planū fit medimnū senos modios capere, cū prior numerus senario multiplicatus posteriorē efficiat. Idē: Ostendā nemine arator ē minus trib⁹ decumis dedisse: atq; hoc in beneficij loco petiū ab Apro nio: ut i iugera singula ternis medīnis decidere liceret. Deinde iferi

uita subdit: Professio est agri Leontini ad iugera xxx.millia. Hæc sunt ad tritici medimna nonaginta, id est tritici modia quin
genta quadraginta millia, tres quinquagesimas, id est tritici modi
um xxxii.millia quadringentos. Ab omnibus enim ternæ præte
rea quinquagesimæ exhibebantur. Hæc exempla Ciceronis corru
ptissime hodie leguntur: sed partim ex locoru collatiœ, partim cal
culo emendantur, quæ ideo citanda duxi, ut probarem medimnum
senos modios Romano more capere. Si enim quingenta quadragin
ta millia senario partiaris, fient sexies nonaginta millia. His etiam
exemplis autoritatē habemus agri Leontini qui fertilitate commen
dabilis erat iugera singula singulis medimnis, id est senis modijs
seri. Et plerunq; cū octauo, raro cū decimo fœnore satū frumentū
redire. Primum igitur statuamus quanta sit iugeri mensura. Co
lumel.lib. vi. Duo (inquit) actus iugerum efficiunt longitudine
pedum ducentorū quadraginta, latitudine pedum centumuiginti.
Quæ utræq; summæ in sece ductæ quadratorū pedū faciunt mil
lia uiginti octo & octingentos. Iam autore Columella et calculo
confirmatore nouimus ducentos & quadraginta pedes (quæ longe
tudo est iugeri) centies & uicies multiplicatos (qui numerus est la
tinudinis) octo & uiginti millia quadratorum pedum & octingen
tos efficere. Hic numerus octingentas hexapedas efficit, qua men
sores & fabri sic utiuntur, ut antiqui Romani decempeda. Est enim
hexapus siue hexapeda mensura sex pedum. Quæ quadrata sex et
triginta pedes habet: Porro centū hexapedæ quadratæ tria millia
& sexcentos gedes efficiunt. Quadrangentæ hac ratione quatu
or decim millia & quadringentos explent, quæ mensura est se
mijugeri Romani ex Columella. Ita iugera octingentas hexa
pedas nostras habebat. Quare quod apud Varronem et ipsum Co
lumellā legitur actum quadratum undiq; finiri pedibus centum ui
ginti, eumq; duplicatum iugerū facere, id de iugero quadrato in
telligendū est, non absolute de iugero, quod parū apud uarunq; de
clarari est. Sed cum uterq; dicat scrupulum denū esse pedum qua
dratorū

Medininus

Hexapeda
Hexapedes-
q.:
Iugerum.

dratorum, et in iugero esse scrupula ducenta & octoginta octo, planum fit calculo, de iugero quadrato non intelligi, cum dicitur iugerum pedum esse uiginti octo millia & octingentorū. Si enim in singula scrupula centenos pedes numeres, quot ex denis pedibus quadratis exurgunt, patet uel in digitos deducendi ducenties octuagies octies cētenos pedes fieri, id est uiginti octo millia octingentos: at iugerum quadratum altero tanto maius est. In agro Parisino non una est mensura, propterea iustissimam eligam, & quæ latius in eodem agro patet. Perticam nostram uicenū quinū pedum esse aiunt longitudinis. Hæc quadrata sexcenos uicenos quinos pedes continent, qui numerus centies multiplicatus sexaginta duo milia & quingentos pedes quadratos efficiunt: tot enim tantusque perticis iugerū nostrum quod arpennum appellamus, constare dicitur. Huiusmodi iugero licet aliqui utantur, alij tamen affirmant grandissimā illam esse mensuram, sed iustum agri nostri perticam uicenum binū pedum esse longitudinis, quæ quadrata quadringenos octuagenos quaternos pedes habet. Et hæc iā apud plerosque plena existimatur. Qua ratione centenarium iugerū quadraginta octa millia quadringentos pedes habet quadratos. Est & minima mensura, quæ perticis duodeuicenarijs utitur quæ pedes trecentos uicenos quaternos habent, & centenæ in iugero, pedes quadratos consistiunt numero triginta duo millia quadringentos. Sunt etiā que periticis quidē plenis sed iugero sexagenario utantur. Quo fit ut illis iugerū triginta septē millia quingentos pedes habeant: nos autē media mensura obseruabimus quā dicunt germanā nostrā esse, quæ duos & uiginti pedes perticæ statuit, & quadraginta octo millia quadringentos pedes habet, hæc ad iugerū Romanū cōposita eandē habet proportionē, quā quadringentū octoginta quatuor ad ducentos octoginta octo, quæ Francianus ut maior est multo sesquipla, sic paulo minor est dupla. Eiusmodi ager, arpennū pingui solo alternis profemodū messib[us] medimnū duodecimū reddit. Huiusmodi fere est fertilitas in eo tractu quæ peculiari mensio[n]e Fracia appellatur, ex eo(ut arbitror) quod sit sumen (ut dici

Iugerum
Parisinum.

tur) Franciae, in quo agro triticum mutilis spicis nascitur non ut feret
in Italia aristatis. In eo nos praedium Marlianum habemus. Neque nunc
de summa ubertate, aut soli, aut temporis loquimur sed de ea quod plerumque
quisitur. Notum est in eo agro arpenna duodecimena in annos singulos singulis modijs nostris olocari tritici lectissimi: quod ea feret locutionis formula est, ut colonus eo recte praecedo tritico defungi
possit quod summæ bonitati uno solido cedat, et interdum eo quod semis
se tantum solidi: modium autem nostrum (ut iam dixi) duodenos sextarios con-
tinet, et sextarius binos medimnos: hac ratione singula iugera quo-
tanis bessem sextarij nostri. i.e. octonos modios pesitare inueniuntur.
Cum tam in eo tractu nullum agrum restabile esse sciā. Sic enim fert agricola-
tio, ut triticarius ager a messe triticea altero anno semestre aliè
quod genus frugis capiat, ut ordine uel auenā uel quid aliud leuioris
foetus: tertio autem anno nouali agitato cesseret, quod et aruum et ueruam
et appellatur ab antiquis. Itaque planum fit agrum nostrum bonitate Se-
culo non cedere, quem Cicero cum VIII. et X. acceptum reddere semen
dixit, quod id postea uiderimus, nunc id tantum argumenta nostra adiu-
uet, quibus asserere contendimus medimni Romani et minima nostrae
paritate. Nostri autem agricultorū arpennum quale diximus, sive medimnum
feret poscere, ut bene seratur aruum. Colu. de satiōe loquēs lib. XII.
pinguis agri iugernum si solitus et siccus sit, quaternos tantum modios
tritici poscere tradidit: si cretus aut uliginosus, quinos. Hoc cum a
nostratis anxiis inquirerem, uix constare opiniones deprehendi, id quod
ex uarietate soli et mensurarum contingit: quoniam tam colligere potui, ple-
na. i.e. mediocris pinguis agri mensura solo deesse dodrani minimū po-
scit, interdum etiam deinceps decem modios Romanos: soluto et mini-
me uliginoso solo nunc septenos nunc octonos: minimus modulus agricola
reliquis etiam competentibus, senos modios, id est medimnum poscit. His
conuenit dictum Columel. lib. XI. Iugernum (inquit) agri pinguis plerumque
modios tritici quatuor, mediocris quinque postulat: adorei modios
nouem, si est laetum solum: si mediocre, decem desiderat, nam quauis
de mensura minus autoribus conuenit, hanc tamen uideri commo-
dissimilem

Marlianum
praedium.

Aruum.

Veruactum.

Ratio semen-
tis.

dissimā docuit noster usus. Et paulo inferius. Nobis ne istā quidem
quā prædiximus mensuram semper placet seruari, quod eā uariat
aut loci aut tēporis aut coeli conditio. Proinde quā proportionē iu-
gerum Romanum, id est duodetriginta millia & octingenti pe-
des, ad Parisinum arpennum habet, id est ad duodequinquaginta.
& quadringentos, eandem ferè habent quaterni quinq; modij ad
septenos & nouenos. Leontinum iugerū non admodum disparile
nostro minimo fuisse oportet, quod tantundem frumenti posceret,
id est medimum in singula iugera, si tamen Cicero ueritati inser-
uiuit potius quam exaggerationi criminis. Arpenni aut uocabulo
non licenter uti uideor cum id apud Columellam legatur. Aristote-
les in secundo Politicon autor est Solonem Athenensem quatu-
or census Athenis instituisse. Quorum primus fuit eorum qui pen-
tacosiomedimi dicti sunt, id est quingentis medimnis censi. Secū-
dus eorum fuit qui Zeugīæ dicebantur, ab equis iugalibus. Tertius
Hippas, ab equis. Quartus Theticus dicitur, qui eorum erat qui
Thetes, id est opifices erant, hoc est operas suas locantes. Primum,
secundum & tertium ad magistratus & honores admitti uoluunt,
eosq; diuitium nobiliumq; appellatione censeri. τὰς δὲ ἀρχὰς ἐκ τῆς
γνωρίμων καὶ τῆς εὐτέρης κατίσιος πόσος, ἐκ τῆς πεντακοσί-
ομεδίμων καὶ τετράκοντα τέλους τὸ καλούμενον ἑπτά-
δος. Plutarchus in Solone: Cum magistratus (inquit) omnes
locupletibus relinquere uellet, reliquam autem rei publicæ gubern-
nandæ partem promiscuam facere, ad quam antea plebs aspirare
non poterat, ad census ciuitum se contulit, & qui in siccis atque
humidis censi erant, in primo ordine locauit, & pentacosiomedim-
nos uocauit. In secundo autem eos qui equos alere possent, aut
trecentis censi forent, & hos hippada soluentes ab equis nūcupauit.
Zeugīæ uero tertij census hoīes uocati sunt, q ducetorū medimni
cēsum expleret. Quo hæc melius intelligatur, Pollux li.8. de hoc lo-
quens na inquit: πιμπατα δὲ τέτταρες πεντακοσιομεδίμων, τέ-
τταρες, τετράκοντα, επτάκοντα. οἱ μὲν ἐκ τῆς πεντακοσιομεδίμων με-

Arpennum.
Cēsus Ath-
eniem.

τροπήρας καὶ ξυράς πριεῖν κλιθέντες. ἀνύλισκον δὲ τὸ μημότιον,
τόλανθρον δὲ τὸ πιπάδια τελοῦντες, εἰκασίαν τὸ μέντος τέφεν
τοπτος, κεκλιθεῖσαν πλοκῆσιν. ἐποίουν δὲ μέτα τοιχογονίας. ἀνύλισκον
τὸ οὐρανόλανθρον. δὲ τὸ ζευγίσιον τελοῦντες ἀπὸ μισθογονίων μέτων
κατελέγοντες, ἀνύλισκον δὲ μνᾶς λίχης. δὲ τὸ θητικόν, οὐσιατικὸν
ἀρχῶν θρησκον, οὐσιατικὸν τοιχογονίαν. *Quorum uerborū huiusmodi*
est sententia: Quatuor census Athenis fuisse, pentacosiomedimnos,
hippeis, Zuegitas, theticos. Pentacosiomedimnos autem, id est quingenē
medimnos ideo appellatos, quod quingenū medimnum numerum
uel mensurā siccis & humidis facere possent, hosque in publicū sum-
ptus facere ad talentū. Hippes autem id est equines ex eo dictos uide-
ri quod equos alere possent, eosque mēsuras trecentas facere, et publi-
ce semitalentū impendere. At uero qui iugationē penderet, a duce-
tis mēsuriis cōscribi solitos esse, & publice decem minas cōsumere.
Postremē notae eos esse qui theticū penderet, id est opificiarū uel
mercenariū, eosque, nec magistratū gerere, nec publice quicq̄ sumptū
facere. Licebatq; ex uno ordine ad aliū trāstire, ut idem Pollux au-
tor est. Ex hoc autē instituto prodierūt (ut arbitror) munera perso-
nalia, quorum mentio fit in lege ultima de munib; et honorib; in
Pandectis. Seruius etiā Tullius hoc exemplo classes quinq; ciuium

Census Ro-
manū et clas-

Romanorū descripsisse uidetur. Prima classis in octoginta centu-
rias distributa, ex his qui centū millibus aēris aut maiore censum ha-
berent, quae summa à nobis mille aureis nostris cōfīmata est. Octo-
ginta autē cēturiā in quadragenas seniorū, ac iuniorum diuisae. Ita
ut seniores ad urbē custodiā præsto essent, iuniores ut foris bella
gererent: quibus arma imperata, galea, clypeus, ocrea, lorica, telā
in hostem hastāq; & gladius. Secunda classis intra centum usq; ad
quinq; & septuaginta millia censum instituit. Tertiæ classis quin-
quaginta millia census fuit. Quartæ, quinq; et uiginti millia. Quin-
ta & ultima, undecim millibus censēbatur, id est centū ac decē au-
reis nostris. Reliquæ autē multiudo cuius esset inferior census, im-
munis militia facta. E quinū etiā ex primoribus ciuitatis duodecim
centue-

ceterias scripsit, quibus ad equos emēdos dena millia æris ex publico data, et quibus equos aleret uiduae attributæ, quæ bina millia æris in annos singulos penderet. Dena millia æris ego ceteros aureos intelligo ad binos equos emendos, & uicenos ad alendos, id est bina millia. Hæc omnia (inquit Luius) in dñis à pauperibus inclinata onera. Ex his intelligim⁹ in infanția vrbis Romæ primarias opes fuisse mille aureos. Propterea Plinius libro XXXIII. Nō erat, in Plini⁹ locus.
 quæ, apud antiquos numerus ultra centū millia. Itaq; hic & hodie multiplicatur, ut decies centena millia, aut sæpius dicatur. Fœnus hoc fecit nūmūq; percussus. Quæ locū ex uerusto sic lego: Itaq; est hodie: multiplicatur hæc, ut decies cetera millia aut sæpius dicantur, hoc sensu: ut olim non erat numerus ultra centū millia, sic nec hodie, quia cū ad centū millia perueniū est, per multiplicationē fit progressus, dicendo decies cetera millia, aut uicies, aut ceteries, quæ summae antiquis ignotæ fœnore excreuerūt. Idem: Seruus rex præmii signauit &c; antea rudi usos Romæ Rhemeus tradit. Signatu est nota pecudū, unde & pecunia appellata. Maximus census certum millia assū illo ege fuit, & ideo hæc prima classis. Ut igitur Romæ prima classis ceteriorū fuit, sic Athenis quingeniorū, qui quotānis pēdere possent medimna uini & olei et frumenti quingenia, sic enim ex Polluce intelligēdum puto. Quingēta autē medimna in Attica quæ plurimo importato frumento utebatur, ducens quinquaginta aureis estimare possumus: & quingēta uini medimna i. mille amphoras totidē penē frācīcīs, pro quibus quingenos aureos ponemus, quibus si addamus totidē olei amphoras nescio quid estimare debeā. Apud Demosthenē πρὸς φορμίων Chrysippus quidā negotiator ita ad iudices loquitur: ὅτε Ἰό σῖτος ἐπιπλέου πρότερον, ἐγένετο οὐκούσιον, προσχων, τίσαγαχόντες πλείσθι μηδίμνους πυρῶν, μηδεμήταρδην δικαιούσικά τούς, πέντε δραχμῶν τὸν μηδίμνον. Cū autē frumenti auctū esset pretiū, & ad sedecim drachmas excreuisset, importato frumento ultra decem millia medimnum, iusto et legiūmo pretio uobis admēse sumus

sumus quinque drachmis in mediumnum. Hac Demosthenica ratione
 sextarius Parisinus circiter aureo uno fuisset, hoc est drachmis de-
 cem. Iḡnur qui Athenis eum prouentum quingenium mediumnum
 habebant, talentū impendere publice tenebantur, hoc est sexcentos
 aureos. Verum intelligimus illam estimationem census non stri-
 etam fuisse, ut pentacosiomedimni dicerentur qui quotannis eam
 summam corradere possent, sed qui tantum pendere possent, talen-
 to esse taxatos. Parum tamen hoc explicatum est ab autoribus. In-
 terpres Aristophanis pentacosiomedimnos dictos dicunt eos qui tot
 mensuras arare possent. πεντακόσιομεδίμνοις διά τὸ γεωργῖνον &
 σαῦτες μέτροις ἐντελεῖσθαι πανόμοιον. Equales autem eos dictos qui tre-
 centas mēsuras ararent, nomine ex eo sortitos quod equos alere pos-
 sent, siquando opus esset. Qui cum primū sexcenti fuissent, postea
 urbe aucta mille & ducenti esse coepérunt: his licebat comatos esse
 licet diiores essent quingenarij, id est pentacosiomedimni. Opor-
 tebat ergo ciues eos diunes esse, qui tantū telluris ararent, aliunde
 etiam diuescentes, ut negotiationibus maritimis propter situm ur-
 bis & foenore traeftiio. Opificum autem ordinī licebat & iudica-
 re & concionem habere, ut idem autor inquit: Δικαίους δὲ, οὐ-
 κλισιούς τε. Hactenus illi rempublicā attingere poterat. Copiosos
 autem Athenienses fuissent ex Thucydide nouimus, qui libro secun-
 do Periclem eorum ducem ita inducit de opibus eorum differentem,
 ut dicat confidere eos debere, nec incursu hostiū perterrefieri. Bel-
 lo enim gerendo consilio & uī pecuniae plurima obtineri. Athenie-
 sibus autem sexcentorum talentorum obuentionem annuam esse,
 quæ quotannis ferè tributi nomine à socijs eorum pensitarentur,
 præter alias prouentus. Esse præterea signati argentii in arce sex
 talentorum millia, fuissent aliquando plurimum nouem millia se-
 ptigenta. Ex quibus in arcem & publicas alias extunctiones ero-
 gatu fuissent quæcum illi summæ desit. τὸ δὲ πρᾶλας τὸ πρόλεμον γνώ-
 μη, χρυμάτων περισσοῖς κρατεῖται. Βαρσεῖν τε ἐκίλεντε προσιόν-
 των μὴν ἔχεισθαι ἡ πρᾶλας τὸ πρᾶλον φόρον καθ' ἐνοχήν

Athenienses
diunes,

ἐπεὶ δὲ οὐκέτι ξυμμέχων τῇ πόλει, ἀνευ τοῦ ἀλλιού προσέδει. οὐ παρχόντων δὲ τῷ ἀκροπόλει ἐπέτειος ἀρυρίς θεοῖς οἷς οὐκέτι ταλαιπώτας τὸ πλεῖστον ἔργον τοιούτου μέρια ζητεῖ. Sex millia talentum tricies sexies ceteris millibus aureorū nostrorū aestimare solemus. Suidas autor est redditus publicos Athenis Prytaneis apellari: et eo nomine metallorū uel trigalia & fori. i. rerū uenditaurum, et porteriorū intelligi, et quicquid à socijs uel subditis pessata retur, & quicquid ex manubijis uel rebus publicatis redigeretur: Quorū, inquit, nominū cumulus bina millia talentū propemodum cōficit. Athenaeus aut lib. xii. scribit Duridē in historijs prodiisse, Demetriū Phalercum, cuius multa est mētio apud Ciceronem, Quintilianū, Pliniū, & alios, cū Athenis reipub. administrandæ profusus præcesset, mille ac ducenta talenta in potestate habuisse quotannis. Ex quibus cum minimā partē in stipendia militū & reliquias reip. paries tuendas consumeret, reliqua per ingenitā morū incontinentiam luxuriose dilapidabat. Epulis quotidianis lautis & opiparis plurimos coniuas accipiens, & ea parte magnificentiae Macedonicas coenas superans. Alioquin nitore & lauitia uitæ Cypricos & Phœnicas prouocans, cum coenationum paucimēta singulari artificio uermiculata, etiā unguentis perfunderentur. Διηγήσατε δὲ φρελιρίους χιλίων καὶ Διοκοσίων κατ' ἐνισχυὴν κύριος γενόμην. Τοῦ ἀρχέτυπων βραχίονας διαπενῶν εἰς τὸ σφραγίδων καὶ πλεύτην διοικοῦν. τὸ λοιπὸν πάντα διὰ τὴν ἔμφυτην ὀπροσίον ὑφέντε. Hæc uerba satis significant publicos redditus Athenarū mille & ducentorū talentū fuisse. Diximus alibi Athenis Isocrate rhe- torē uiginti talentis orationē unā uendidisse. Plutarchus autē autor est Demosthenem in eadem urbe totidē talentis unius diei retinetiam uendidisse Harpalο, qui Alexandrum Magnū fugiens Athenas se contulerat: licet historia ab aulo Gellio in decimo aliud referatur. Hoc tamen penè conuenit quod Demosthenes nocte aureo calice accepto cum uiginti talentis argenti, in concionem postridie ueniens collo lana & fascijs obligato, cum censere iuberetur, & pro

Demetriū

Atheniensū redditus.

Demosthe
nes magno
silentiū uē
didit.

Et pro cōcione dicere quid de Harpalī postulatis statuendū esset,
 nutu ostēdū se irracuisse, nec proloqui posse. Quo tēpore ī qui mu-
 nere Harpalī corruptum esse sciebant, ridentes dicere cōperunt,
 concionatorem hominē et popularē noctu argyranche corruptum,
 id est angina argentaria. καὶ γενομένις τόχιστα νυκτὸς ὁ ἄρπω
 λος ἐπειμήνειν οὐτοῦ πάντα μὲν τὴν ἔκστι ταλάντων. Et paulo
 post: καὶ μεθιμέρον εὖ καὶ καλῶς ἐρίοις καὶ ταῖνίαις καὶ τῷ παραχόλευ
 κατετέλεσθαι τούτοις, εἰς τὸ ἐκκλησίαν προῆλθε, καὶ κελεύοντες ἀνίσασθαι
 λέγειν, διένενεν ὡς ἀποκεκριμένος αὐτῷ τὸ φωνῆς. οἱ δὲ χαρεύοντες,
 οὐχ ὑπὸ συνάρχους ἐφράζον, ἀλλ᾽ ὑπὸ ἀριστάρχους ἐλαῦθραι νύκ-
 τωρ τὸν δημοσιγνώμονα. Id est. Interdiu aut̄ Demosthenes pulchre et
 concinne lana et fascijs obuoluto collo in concione prodiens, cum
 quidā eorū qui aderant scandere in pulpū et dicere eū iuberent,
 nutu significauit quasi obtusa vox sibi esset. Quo facto homines q-
 dam ingeniosi cauillantes, non angina noctu oratore, sed argētan-
 gina correptum esse dixerunt. Ide Thucydides libro tertio, autor
 est Athenienses Mithylenē obſidentes, cū iam magna ex parte pe-
 cunias supradictas consumpſissent in eo bello quod cū Lacedæmo-
 nijs eorumq; socijs ſuſceperant, et pecunij egerent ad obſidionem
 peragendam, tū primum tributū in ciuitate instituiffe, et ducenta
 talenta ad bellū contuliffe, emissis etiā nauibus XII. ad pecunias à
 socijs cogendas. προσλέθροις δὲ αὐθιωαῖοι χρημάτῃ εἰς τὸ πρα-
 ὥπλον, καὶ οὐδὲ τὸν εγκόντες τότε πρῶτην ἐποφερὰν διακόσιοι τόσ-
 οι λαόντοι ἐπειμήνειν, καὶ τῶν ἐξυμμάχους ἀριστοράγους ναῦς διώ-
 κεντοι. Quod uero diximus de quingenarijs Atheniensibus qui im-
 pendere talentū publice tentabantur, ita intelligo non ut quotānis
 tributū nomine impenderent: tributū enim Athenienses non pende-
 bant, ut supradictū est ex Thucydide, sed ut cū opus esset, id qđ ex

Oratio De oratione Demosthenis intelligi potest quae post suum moriā inscribitur,
 mostenit de id est de Symmorijs, quasi dicas de decurijs munera obeuntium, id
 muneribus quod intelligi non potest nisi summam et ueluti argumentum
 trierarchiae, orationis eius colligamus. Est autem eiusmodi. Cum rex Persarum
 · expeditiōnē

expeditionem in Græcos & præcipue in Athenienses facturus dicatur, populus Atheniensis tumultuari cœpit, quasi q; ducē querere qui Atheniēsū exercitu instructus obuiam ultro Persis in Lydiam procederet. Quod cum Demosthenes temerarium esse uide ret, nec tamen aperte damnare & dissuadere auderet, censere coepit prius de apparatu belli cogitandum, & quonāmodo suppeterē copiæ bellicæ propulsando tāto bello possent. Itaq; ex diuinoribus urbē centū decurias duodenūm hominum describendas censuit quas symmorias appellat: hic ordo trierarchæ appellantur, id est triremium præfecti quasi nauarchi: q̄q symmorias tantum uiginti facit, sexagenūm hominum: quas rursus in quinas partes duodenūm hominū distribuit, sic enim inquit: ἵν Ζίρυν Ζύτων σίμωι θεῖν πρῶσοι σὺν συμμορίαις ἔκχοσιν ὕπαρχον τὸν ἔστοιν, ἐξήκοντος σώματος ἔχουσαν ἐκάστων. Ζύτων δὲ τὴν συμμορίων ἐκάστην θηλεῖν κελευθε πέντε μέριν τῆς θεᾶς αὐδίπερ, αὐταραπληροῦντας ἀτὰ πρὸς ἑταρώτας ζὺς αὐτορωτός ζὺς. Ex his mille & ducentis existimmo classes uiginti faciendas eo modo quo nūc factæ sunt, sexagena corpora unamquāq; habentē. Earumq; singulas diuidendas in quinas decurias censeo duodenūm hominum, ita ut diuissimo cuiq; egētissimi in decurijs ordinādis coniungantur. Ita autē constitutis classib; id est symmorij, & diuisis decurijs, trecentas naues triremes faciendas esse censem, & rursus eas in uiginti partes tribuit singulas denumquingenūm nauium. Ita ut ex primo, secundo & tertio cētenario, cui libet classi quinæ distribuātur, et sic unaqueq; classis singulis decurijs ternas rursus tribuat. Hac constitutione classium triremium trierarcharumq; facta: Quoniam uero (inquit) census eorum sex millium est talentorum, oportet & facultates quoq; certo ordine ac formula constitui, et in singulas decurias sexagena talenta tribui, ut singulæ classes quinquies sexagena talenta sortiātur, id quod his uerbis ab eo dicuntur: ἔτος πέντε ἐξήκοντα ταλαντέας εἰς ἐκάστην τὴν μεγάλων τριῶν ἔκχοσι συμμορίων ἀποκλινῶσαι, τὴν δὲ συμμορίαν ἐκάστην τὴν μερῶν μίσθιον ἐξήκον-

Symmoriae.

ταλοντείον ἀποδοῦνται. Hoc autem ideo statuit, ut si leuius bellum
 instet, centum nauibus tantum res geratur, & sexagenis in singu-
 las decurias talentis impensa suppedinetur, & duodenii trierarchē
 sint: si grauiore bello ducentis nauibus opus sit, tricena in singulas
 decurias talenta impensam conferant, & sena sint corpora trierar-
 chiæ munus obeuntia: quod si grauissimo bello premantur, singulæ
 decuriæ ad uicena talèta & quaterna corpora contrahäntur. ὥπως
 οὐ μὴν ὑπὸν ἵκανον σὲ πάρειν, πλὴν μὴν διεπόντως ἔξικρυτα τὸ
 λαοντα συντελῆ, τριήραρχοι δὲ ὡς δύων καὶ. ἵκανον σὲ πάρειν διεπόν-
 των, τρισκηντα μὲν ἢ ταλοντα τὰ πλὸν διεπόντων συντελοῦντος.
 Ξέπλησθαι τριηράρχουντος. Hoc facto armamenta nauium æstē-
 manda primum censem, quæ qualiaq; nauibus commoda aut necessaria
 sint, eadem ratione in classes ac decurias tribuēda: omniaq; for-
 tio expediri, ut cum rei gerendæ tempus uenerit, quam quisq; na-
 uem sortitus sit, eam instructam in tempore recte præstet. verum
 Demosthenes uniuersam huius constitutionis (quam ipse syntaxin
 uocat) rationem in tres summarias partes diuidit: In trierarchos
 enim & eorum facultates, & in triremes primam partem statuit.
 Secundam in facultates omnium diuinum & pauperum ciuitatem
 habitantium, à quibus sumptus suppedinari oportet. Tertiam partē
 delegat classiario militi, & loco, id est armamentario & nauali.
 Prima pars explicata est, tertia hoc modo prosequitur: Decem tri-
 bus erant Athenis, unicuiq; igitur tribui tricenas naues assignat: de-
 cies enim tricenæ fuit in summa trecentæ. Has rursus tricenas tri-
 fariam diuidit, id est in terdenas: tribus enim apud Athenienses in
 treis partes diuiditur quæ trientes ab ipsis appellātur, quasi tertiae
 tribuum partes: nos quia uerbū latinū nō babemus, triētes nūc dice-
 mus. Unicuiq; igitur triēti denas naues implēdas tribuit, cum bellè
 gerendi tēpus fuerit: tū unicuiq; tribui tricenas stationes nauium co-
 struendas assignat in pyræo portu Atheniensi, ut singulæ statio-
 nes singulas triremes capiant: et distributionē pare in triētes ut su-
 pra facit, sortitoq; eius oīa uult trāfigi, ut dece tribus dece loca for-
 man-

tiantur tricens stationibus faciendis, & trierarchi sortito in loca
 & stationes distribuuntur. Hæc munera Tele in Liturgiæ & Isthmo
 ræ à Græcis appellatur. Quæ uerba nullo discrimine ab oratore
 usurpantur in oratione quæ πρὸς λεπίλιων quasi apud Leptinen
 non cōtra Leptinen inscribuntur. Ab his minoribus præstationibus
 immunes erat trierarchi classici ciues, hoc est primæ classis munifi-
 ces. Sic enim inquit ille in proxime dicta oratiōe: οἱ μὴν ζίγρυν πλα-
 σιώταζει πιμπαρχοῦντες ἀλι, τῷδὲ χορηγῶν ὀτελεῖς ὑπάρχουσι. οἱ
 ἡ ἀλόπιων τῷδὲ ικανῶν κεκτυμένοι, πλὼν ἀναγκαῖον ὀτελεῖσθαι τοι
 τες, ξένων δὲ τέλεσθαι ζύγον. Atqui diuissimi cum semper in munere
 trierarchiæ occupati sint, à theatralibus præstationibus immunes
 sunt. Quorū autem facultates infra cēsus sunt, iij quā necessariā im-
 munitate habeant, ne hoc quidē munus obibunt. Munera autem publica
 uno nomine Liturgiæ dicuntur. Quorum genera sunt Chοregia id
 est præstatio suppeditatio choro inueta liberaliū ludoruū tēpore &
 Panathenæorū: Hestiasis, id est cōiuatio, seu epulū tributum exhibi-
 beri soliū. Gymnasiarchia oleū palæstræ suppeditabat priuato sum-
 ptu. Isthphora dicebatur collatio ad stipēdia militū. Restat pars secū-
 da apparatus, id est collatio uniuersæ ciuitatis ad stipēdia militū.
 Hanc partē Demosthenes præstrinxit oratoriæ. Videbat enim gra-
 tiosam esse orationē ad populuū non posse quæ populi facultates ex-
 hauiaret. Cum ergo uideret immanni collatione opus esse, maioreq;
 facultatū parte q̄ ut tunc populus nondum aduentu hostis perierri-
 tui, ferre posset si à se taxaretur, nec minorem dicere uellet, id est
 eam quæ populo tolerabilis esse tunc potuisse, tandem seipsum ora-
 toriæ interrogans & uicissim respondens ita inquit: τις οὖν ἐσθ
 δυτ οὐ πρόροθ; οὐ νῦν μὴν οὐκ ἀν, ὑπάρξεων σὺν τοις αἰνίγμασι τοῖς
 ὅμοιον ζύγον τε ξένῳ φράσων δρόστε τὸν πόλιν ὃν αὐτοὶ πο-
 σαν ταυτινί; εν ταῦτῃ χρήματοι οὐδὲν οὐδίγειν δίνω πρὸς ἀπόστα-
 τὰς αὐλαῖς εἰπεῖν πόλεις. ταῦτα δὲ οἱ κεκτυμένοι ζειράν τοις
 τοιν, ὡς τ' εἰ πάντες οἱ εντονθοῖ λέγοντες φοβοῦνται, ὡς οὐδεὶς βασι-
 λεὺς, ὡς πάρεστιν, ὡς οὐχ ἔιστε ταῦτα αὐλαῖς εἰχειν. Καὶ μετὰ τῷδε

Liturgiæ.
 Chοregia.
 Hestiasis.
 Isthphora.

λεγόντων ἕσοι πλῆθερ ζύζεις χρυσμαδοῖτεν, δὲν μόνον δὲν εἰσενέγκασιεν, ἀλλ' οὐ δέν δείξαντεν, οὐ δέν δὲν ὅμολογόσασιεν κακτήσεσαι. Εἴ μάρτιον τὰ τῦν θεοὺς τῷ λόγῳ φοβερά, ἔργω πρατήμαθνος αἴσθοντες, οὐδὲτες δύντες ὑλιθίοις ἐτίνος τὸν χιρεὺν δοιητὴ, πρῶτον εἰσενέγκασι. Quodnam igitur est hoc uectigal? id quod nunc quidem nō est, tunc autē futurū est? Evidem simile quid enigma ti dicere hic non dubitem. Ecquid hanc ciuitatē omnem o uiri Athenienses cernitis? In hac ego ipsa parum abest, quin dicam tātum pecuniarum esse quantum in alijs omnibus ciuitatibus: atqui qui eas possident, huiusmodi mientem habent, ut si oratores omnes terrere eos uolentes, regem ueturum dicant, atq; etiam aduentantē, quod' que hæc aliter habere se nequeant, ad hæc si cum ipsis orationē habentibus futurum ita prædicant totidē fatidici, ne sic quidē pecunias ostensuros esse putem, aut professuros eas, nedum ad collationem datus. Quod si ea quæ nunc uerbotenus terrifica iactātur, reapse geri senserint, nullus utiq; usque adeo stultus est, quin et prolixē dare et in primis conferre uelit. Ecquem enim esse credimus, qui bona sua cuncta perdere tandem malū, q̄ fortunaru suarum partem pro capite, ac reliquis suis fortunis in medium afferre? Deinde sensim progrediens, quasiq; obrepens tenaci auaricie: Neq; enim nunc, inquit, inquirendum modum collationis puto, quæ melius in re præsentii statuetur. Quippe si inire nunc rationē eius uelimus et ex præsentii sensu animorū taxare, in risum res abibit. Sed ineamus sane. Sit aliquis qui dicat centesimam se collaturum, nempe sexaginta talenta is dixerit: age quinquagesimā quispiam diceit? hic duplum dictæ summae dixerit: et quid hoc est ad mille et ducentos camelos qui uehere pecunias regi ab istis distin̄atur? Sed videamus porro. Vultis igitur ut duodecimā conferamus, quingen ta scilicet talenta? at neq; id ferre possit: neq; si statim deponatis, idonea sit pecunia, quæ tanto bello satis esse possit. φίρεται, πλὴν οὐ τοις ἵπεται τῦν. οὐκοῦν ἱεροῦ ταύτα ἵπεται; ἀλλὰ πεντηκόσια τοις ἵπεται πλοῦν, οὐκοῦν ἱεροῦ καὶ ἱεροῦ καὶ τοις ἵπεται πρὸς

πρὸς Διοκοσίας καὶ Χιλίας Καλμάλας ἀσεσοῖται τὰ χρύματα ὅγιν
φασίν δύο; ἀλλὰ δῶ, οὐκέτι εἰωθεκόταν ἡμᾶς ἐγοίσειν, πεντι
κόσια τάξευται; ἀλλ' οὐτὸν ἀναχοιράτε. οὐτὸν ἀντικεθοῖτε.
οὕτια τῷ πολέμου τὰ χρύματα. Ηὲται ferē summa eius eratio
nis quantū ad id quod quærimus pertinet. Cuius sensus non facile
cuilibet explicabilis, memorabilis tamen mihi uisus est, propter col
lationis rationē singulari inuēto expeditā. Ex prædictis aut̄ appar
ret totius ciuitatis censum sex millibus talētū a estimatū à Demo
sthene. Sexaginta enim talēta cētesima pars est sex milliū, et quin
gentā duodecima. Quare quod supra diximus de talentis sex mil
libus in classes & centurias diuisis, nō de censu tanū mille, ac du
centorum trierarchorū intelligendū. Demosthenes his uerbis signi
ficat, de diuisione supradicta loquens: ἵπειθὲν ἃ ταῦτα οὐτως ἔχον
τὰ ὑπάρχη, κελεύω ἐπειδὴ τίμιμα ἰσιδὸν τὸ χώρας ἐξακιχιλίων
ταλαύντων ἵνα ὑμῖν καὶ τὰ χρύματα ἢ συντεταγμένα, Δικλεῖν ζύ
ζει, καὶ πρῆσαι καθ' ἔξικοντα τάλαύντα ἁκοῦν μέρι. Cū uero hæc
ita cōstituta fuerint, autor ero uobis ut cēsum regionis qui sex mil
lium est talētū, diuidētes, centū partes faciatis sexagenū talen
tū; ut uobis quoq; pecuniae certa formula cōstitutae sint: Regionē
agrū Atticū significas qui in cēsu Atheniensī erat. In enarratio
nibus Demosthenis quæ incerto autore circūferuntur ita legimus:
τίλιον ἃ οὐσίαν τὴν τῆλην χιλίων καὶ δισκοσίων τριηράρχῶν τε πεντήδασι
φιστα ταλαύντων ἐξακιχιλίων. Bona aut̄ mille et ducentorū trierar
chorū cēsa esse dicit talētis sex millibus. Hac ratione singuli quinis
talētis censi erāt. i.e. ternis millibus aureorū nostrorū, quæ millies ac
ducenties multiplicata, tricies sexies centena millia aureorū coro
natorum fuit. Harpocration aut̄ in lexico decē oratorū, οὐχ ἀπαν
φιστὸν πλῆθος Διηριζεται τὰς συμμορίας αθηναϊσιν, ἀλλὰ μόνος
δι πλούσοις καὶ εἰσφέρειν τῇ πρλει Διυνάριδνοι. Non omnis, inquit,
& qui conferre ciuitati pecunias poterant. Quare Demosthenes
(inquit ille) cum mille et ducentos dixit in oratione de symmorijs

symmoritæ. habita, diuissimos significauit. Symmoritæ autem dicebantur quæ
Tribules. eiusdem classis erant, ut tribules qui eiusdē tribus. Huiusmodi autē
 diuisio populi facta fuit post tēpora Solonis, sublata illa formula
 triplicis census quingenariorū equitum et iugioriorū. Suidas: Trie
 rarchia, inquit, munus est sumptuosum. Oportebat enim naues ha
 bere paratas & omni parte ad bellū instructas, eorum sumptu quæ
 hoc munus gerebant. Idem autem Demosthenes cum ante tempus
 actionum Philippicarum uideret populum Atheniensem omni or
 dine solutū, theatris tantū & spectaculis intentū, pecunias publi
 cas partiri, nec pacis nec belli tēpora institutaq; dignoscenē, ora
 tionem habuit, quæ πολὺ οὐντάξις dicuntur, id est de ordinatione
 ac cōstitutione ciuitatis. Cuius orationis scopus is fuit: ut populus
Hoplites. Atheniensis in certos ordines redigeretur, id est in milites, qui ho
 plite id est armati uel grauis armaturæ dicebantur, & in equites,
 & in alios qui extra hos ordines erant. Ex ijs aut quæ ab autoribus
 tradita in manibus uersantur, uix(ut arbitror) plena cognitio ha
 beri potest supradictorū, quale est quod de pentacosiomedimnis dē
 ximus, & de trierarchis, & sex talentorū millibus: nisi illum cen
 sum ad annū prouentū referamus: ut diuites eos fuisse intelliga
 mus qui quinū talētū redditū censi, munera trierarchiæ obire
 cogebātur: quod cōuenire uidetur cum eo quod de quingenarijs &
Animad trecentarijs dictū est. Cum id accurate inquirerē incidi in dictū
 uerte. eiusdē Demosthenis in prima cōtra Aphobū oratione, in qua ora
Demosthenis tor circūuentū se esse à tribus tutoribus dices, & bona sua fraude
facultates. eorū suppressa & interuersa, quæ illi paucā à patre relicta esse dī
 cebant, ipse uero ad quatuordecim talenta fuisse contenderat, post
 narrationem statim ita inquit: ἡσθία πλῆθε τούς δυσὶ αἰσθητούς
 ἔντεκτοις καλεῖθεν, μέγιστοι μὲν οὖν τοῖς μάρτυρεis moi γεγόνασιν. τοῖς
 τὸν συμμορίον ὑπὲρ ἐμοῦ συνετάξουντο καὶ τὰς πέντε καὶ ἕκοπες
 μνᾶς πεντακοσίας δραχμὰς ἀπέφερεν, ὅσον πέμπτη μόδια τὸ κένω
 ντοι, διὰ τὰς μέγιστοι κακτιμάναι πρώμαστοι ἐισέφρον. Quod uero
 tāiae esse facultates à patre meo relictae, maximi mihi testes ijdem
 iſſi

ipſi facti ſunt: ſiquidē in claſſib⁹ ordinandi ipſi pro me profeſſe ſunt, ut in uicenās quinas minas quingenas ipſi drachmas confeſſent, quātū ſcilicet confeſſebat Timotheus Cononis & iij qui maxiſmos tunc cēſus poſſidebant. His uerbiſ orator huiuſmodi facere enthymema uidetur. Cū nomine meo tuores ipſi mei in claſſes diuitū relati, & tantū confeſſe profeffi ſint quātū qui plurimū, planū ſit me quoq; diuitē ab eis aſtimatū. Deinde recitat⁹ teſtimoniis, ita ſubdit⁹: οὐλον μὴν ζιννή, εἰς ζύτων ἐσὶ τὸ πλῆθος τὸ οὐσίας. πεντεκαὶ δέκα ταλάντων ἀ, πέρ ταλάντων πίμημος, ταύτων ἕξιουν εἰσφέρειν τὰ εἰσφοράν. Manifesta eſt igitur per ea que audifit⁹ reliquā mibi fortunārū copia: ſiquidē quindecim talentorū cenſum tria talenta, collationē pro me profitendam censuerunt. Ex duobus hiſ locis collatis intelligendū relinquitur quod Demosthenes de ſex millibus talentū dixit, de mille ac ducentis dixiſſe: & quod illi quinis talentis censi in capita dicuntur, exæquatis tenuiorum cum copioſiorum fortunis, ita intelligendum, ut quinta tantum parte bonorum censi eſſent: ut Demosthenes facultates ſuas quindecim talentū fuiffe ex eo argumentatur, quòd tutorum profefſione pupillari nomine facta, tribus talentis censuſ fit. Qua ratione & diuīſimi cuiusq; ſubſtantia cenebatur, ea lege ut hactenus confeſſe teneretur ſi ratio ita poſceret belli adminiſtrandi. Hoc eſt enim quod dixit in uicenās quinas minas, quingenas drachmas confeſſe: hoc eſt, quintum queq; denarium ut more noſtro loquar. Vigintiquinq; enim minē duo millia & quingentas drachmas ualent: ſic fit ut ſex millia talentū ad triginta millia crenſant: ne temerarium ſit quod Demosthenes dixit de pecuniarū copia que Athenis erant, & intelligimus immuñem plebem eſſe inopem. Hoc conſirmari & certius conſtitui ex oratione eius pro Cteſiphonte potest in qua ſe rem trierarchicam lege lata p̄eclarare conſtituiſſe gloriatur. Cuius legi hæc uerba ſunt: Ζὺς Πυράρχος ἀρρεῖδαι ὦδὶ τὰ Ζύρη ἀπὸ τὸ οὐσίας κατὰ πίμητιν, ἀπὸ ταλάντων σέκε. ιὰν δὲ πλεόνων οὐσία ἀποτιμήθη.

Ἄλιμη χρημάτων τὸν ἀναλογισμὸν ἔως τὸν πλοίων καθεύπερτε
καὶ ἡ λιγνυργία τοσοῦτη ἀναλογίαν τοσοῦτην ἔχει διατάσσεται
οὐσίας εἰς τὴν Λίχα ταλάντην, εἰς συντέλας συναγομένους εἰς τὰ
Λίχα ταλάντα. Trierarchos elegi in singulas triremes pro mo-
do census, qui scilicet denis talentis censi essent. Quod si pluris in
censu factitando estimatae eorum essent facultates, proportione
quocq; collationis τοῦ μuneris obeundi necessitatem esse, usq; ad na-
vigia terna in singulos τοῦ eorum remigium: eadem etiam ratione
obseruanda in ἵjs quorū census minor esset classico, id est denūm
talentū, ita ut plures in idem munus contributi legiūimū τοῦ clas-
sicum censum & quarent, τοῦ singulas triremes expedirent. Ea au-
tem lege promulgata factum esse Demosthenes gloriatur, ut quae
prius senideni trierarchiae munus obibant, οὐδὲ singuli binas trierar-
chias obirent, quod mirum est: οὐδὲν φάσκεν θύραρχος δι μισθίων
τοιούτων, Λίχας δι πρότροφον συντελάς. Et ea lege ita subleuatos
inopes esse ait, ut diuites ad iustum collationis modū adacti sint,
quod ipse το γενόμενον appellat: idq; re ipsa τοῦ euentu patuisse, ut
pote cum imperatis triremibus nemo eorum qui ad munera redacti
erāt, aut munus detrectari oblati supplice libello magistratibus,
aut in vincula ductus sit: aut nauis ulla instrumento defecta in por-
tu relicta sit. Ante hanc trierarchiae constitutionem sēpe uariata
est ratio eius muneris, ut autor est interpres Demosthenis in ora-
tionem τοῦ Μεσσίου his uerbis: πραλαὶ ποσὶ τὰς θύραρχίας εγι-
γνοντες μεταβολαὶ θέσης το μέγεθος τοῦ ἀναλόματος, οὐδὲ μήδη σύν-
δυσθεντες, οὐδὲ το σύντροφος, οὐδὲ το Λίχα θύραρχος, οὐδὲ το χίλιοι. οὐδὲ
μήδη οὐ τρόπος πώλη κατασκευῶν οὐδὲ ναύταις παρεῖχεν. οὐδὲ μόνον
διατομὴ τοῦ ναῦν θύραρχουν. οὐδὲ το σύμπαντας οἰκοθεν δι θύραρχος
παρεῖχον. Multæ autem circa trierarchias mutationes extiterunt,
propter magnitudinem sumptus eius muneris, τοῦ nunc bini trierar-
chi, nunc terni in singulas naues fierent, interdū senideni: fuit etiā
cum mille essent trierarchi: το rursus fuit tempus cum ciuitas pu-
blice trierarchis nautas το armamenta præbebat, et trierarchi na-

uem tantum præbebant. Fuit etiam aliâs cum eis nauem et armamenta et nautas trierarchi præberent. Demosthenes uero nouissime binas etiam naues uni trierarcho attribuit. ὁ γοῦν διμοδὸν εὐνοεῖτο πόλεων δυοῖν θύρων ἐν ταῖς θύραις τοῖς τρίσις. Hoc idem ex ipso Demosthene confirmari potest in ea oratione. καὶ γὰρ μὴν κατέκειτο νοῦς τῷ χρόνῳ ταῖς θύραις τοῖς τρίσις εἰς παραπλεύσεις εἰς ταῖς θύραις τοῖς τρίσις. οὐτοὶ τοῖς αὐτοῖς τοῖς τρίσις εἰς ταῖς θύραις τοῖς τρίσις. Atq; ego quidē (inquit) illo tempore trierarchus esse coepi statim atq; ē pueris excessi, tumq; bini eramus trierarchi, omnē sumptū ex priuatis familijs suppeditabamus, ita ut et nauium apparatum supplementumq; ipsi præbere mus. Et paulo inferius: τιθηκαῦται δὲ τῷ πράγματος ἕποι ὅτε πρῶτον μὴν διοχετεῖσθαι περιήγετε συντελεῖσθαι. παρὰ ἦν ἐπραττόμενοι ταῖς λαοῖς, ταῖς λαοῖς μισθοῦσι τοῖς θύραις τοῖς τρίσις. Tum demum autem Midias trierarchia m̄ attigit cum primum mille adducētos collatores constituitis: à quibus isti talentum exigētes talēto trierarchias obeundas locant. ἐποτὲ τοῖς πληρώμαστοι τῷ λιπαρίχῳ. καὶ σημεῖον δίδωσιν. Tum supplementa et armamenta respon- præbet. Verba sunt oratoris eleuare contēdētis munus trierarchie, quod Midias et diunes nonnulli graue esse sibi iactabant tanq; uniuersi muneris redemptoribus præbitoribusq;, eo se nomine populo Atheniensim imputantes. Ex quibus uerbis intelligimus illos mille ad ducentos talēta singula p̄sistare solitos, id quod supra dictum est.

Hic obiter unum locum apponam eiusdem autoris quem à nemime Loc⁹ Demostri temporis satis intellectum esse puto. In eius enim orationis epiphanyō logo iudicij misericordia captans, ita inquit: καὶ νῦν καμισσαῖς τοῖς catiis.

μωντὸς ζυτῶν, τοῖς ηὐδιλυον καθεῖσι κατέν τοῖς μέγισον. τοῖς τὸ αὐτοφύ-
γον μεσουσοῖς, δὲ μὴ γένοις, τοῖς παθετοῖς ὀφλίσω μνᾶς ἐκράσον. Nūc q; Loc⁹ aiad-
cum res meas recuperare contendere in maximū discriminē addu tendus.

Eius sum, utpote qui centū minis continuo multandus sim, si (quod abominor) iste ab intentione mea absolutus euadat. Quibus uerbis
hoc significat orator, orationem tutelae que infamiam tutori ob do-

lum, id est. κακηγυριανον damnato irrogabat ut apud Romanos sic apud Athenienses, non temere aduersus tutores intendi soluit. Major enim factus, id est, δοκιμασθεις, hac actione agens nisi reū perageret & secundū se iudicium obtineret, sexta parte census sui multabatur, quae in reū absolutū cedebat. Demosthenes centū minas epo beliae nomine sibi taxauit, si in eo iudicio aduersos calculos ferret. Ex quo intelligimus sexcentis eum minis censum fuisse, hoc est decem talentis. In ea autem oratione Aphobus tutor ei obiecit quod decem talenta in censu haberet, cum ipse spoliatum se à tutoribus

Epobelia. & ad inopiam redactum conquereretur. Epobelia uerbum est sati frequens apud oratores, ex hoc dictū quod in quamlibet drachmam calumniæ reus obolo multaretur cū seni essent oboli in drachma. Sed Suidas intellexit sextam partem aestimationis litis. Haec oratione sextam partem census intellexisse uidetur, id quod Demosthenis locus significare mihi primore sensu uisus est. Sed cum tertiam orationem in eundem legerem, intellexi Aphobum unum ex tutoribus decem talentis damnatum tutelæ iudicio, quanti scilicet orator litem illam in intentione libellari estimarat. Sic enim inquit: οὐδικέσαι δὲ ἀκγύστων τοῖς δύο εἰφῆται τοιτὶ καὶ τοῖς Ζύζεν φίλοις καὶ τοῖς δικαιοτύπῳ δικαιοτήτῃ εγνωσσεν, καὶ οὐκετούς αὖτε επιμυσσεν. Iudices autem ad quos ipse ab arbitrio prouocarat, cum haec audissent, eadem ipsi quoque cum arbitro atque eius amicis ut compromissariis censuerunt: eiique litem decem talentis estimaverunt. Haec uerba Demosthenis circa finem eius orationis quae πρὸς Ὀφέλον Φιλόμαρτυριῶν inscribitur, leguntur corruptissime in libris quidem impressis: sed ea nos sic emendanda affirmamus. Quoniam igitur litem talentis decem, id est minis sexcentis estimarat: εν τοῖς εγκλήμασι τοῖς δικαιοτήτοις, id est in libello intentæ actionis, ideo centum se minis, id est mille aureis nostris periclitari cum infamiae nota dixit, quae sexta pars est aestimationis litis.

Loc⁹ Demosthenis emendacius. Ceterum Plutarchus diuitiem patrem Demosthenis fuisse dicit, & in copia bonorum septem annos natum filium Demosthenem reliquisse.

quisse. ἀπολόγοφεῖς δὲ οἱ Δημοσθένεις ὑπὸ τῷ πατέρῳ ἐπίσκεπτος ἦν εὐ^o
 τεροῖς, μικρὸν δὲ πάλιπεν ἢ σύμπασσε πάκτυοις ἀντὶ τοῦ οὐσίας πε-
 τεκείδειος ταλαντῶν, ὑπὸ τῆς μητρόπων ἡδικήθη. Relictus autem
 à patre Demosthenes septēnis in abūdanti patrimonio (ut qđ oībus
 supputatis paulo minus quindecim talētis estimaretur) à tutorib⁹
 per iniuriā fortunis eversus est, cū partē bonorū eius in rē suā uer-
 teret, partē per incuriā perderent, ita ut ne præceptoribus quidem
 eius mercedē docendi soluerent. Quindecim talēta nouē millia au-
 reorum nostrorū ualent. Ita quæ summa Romæ post spoliatum or-
 bem à Romanis, Aesopi patinam equare non potuisset, Athenis dē-
 uitiarum nomine censebatur. Idem Demosthenes circa finem oratō-
 onis eius: καὶ τοι πῶς οὐ δίκαιον ἔτροι μὴν οἴκοι ταλανταῖοι καὶ
 δίταλαντοι καταλόφθειν τοῖς, εἰ τῷ μισθωθένται δίπλασιοι καὶ τρί-
 πλασιοι γεγόνασιν, ὥστε ξεισθεῖς λόγουργοῖς, οἱ δὲ οἱ μηδὲ μηράς δινύσεται
 οὐκ τὰς ζύτων οὐναρχυντιας. At qui non acerbū mihi esse nō potest,
 quod cū reliquorū ciuiū domus talentares & ditalentares tutorib⁹
 oblocantibus duplo triploq: copiosiores factae sunt, ita ut dignæ tā-
 dem uiderentur quæ muneribus publicis obeundis ascriberentur:
 mea autem domus quæ olim trierarchiæ muneri affueuerat & col-
 lationibus pensitandis, nunc ne tantulam quidē collationē ferre po-
 terit istorum impudentia. Oecum, id est domū oratores græci pro Oīkō.
 uniuersis facultatibus & censu accipere solent, quæ loquēdi morem
 lingua Francorum refert. Verum ex his uerbis intelligimus & tri-
 erarchiam & collationem ijsdem capitibus incubuisse, ac ignominī
 osum fuisse munera ista dispendiosa non obire. Sunt & alia ad eā
 dem rē pertinentia quæ ex hac & altera in eundē tutorē oratione
 colligere potuissent: ut quædam esse bona quæ in censum non ueni-
 rent, quæ atele, id est immunia à græcis appellantur: sed hæc suffici A tele.
 cere uisa sunt, & nō nihil etiam ijs qui Demosthenē sunt lecturi p. Atēn.
 futura. Quod aut̄ de locatione domū Demosthenes dixit, de domi-
 bus instructis intelligendū est ut diximus, ut de officinis cū seruis
 opificibus.

Sextarius. opificibus. Nunc à medimno ad inferiora descendamus, & id quod
Cotulae. quærimus certissimo quoq; uestigio legēdo persequamur. Sextarius
Heminæ. (ut inter omnes conuenit) cotulas binas caput, quæ latine heminæ
 dicuntur. Quanquā hac uoce Italica etiā antiqui græci usi sunt: ut
 Athenæus libro decimo septimo: πλὴν ἀγρούλων καὶ λεῖσθων καὶ
 οὐρίουντο. Sextarius inde dictus quod sexta pars sit congij. A sextario enim ut à principio ordiri oportet, huius enim mensuram si te-
 nuerimus, omnia prona deinceps erunt. Cato capite quinquagesi-
 mo septimo: Vinum familiæ, ubi uindemia facta erit, loram bibat
 menses tres, mense quarto heminas singulas. In mense congios ter-
 nos: mense quinto, sexto, septimo, octauo, in dies sextarios singulos:
 In mense congios quinos. Nono, decimo, undecimo, in dies heminas
 ternas. In mēse unam amphoram. Cato mense quarto heminas sin-
 gulas in dies singulos epotas congios ternos facere dicit, id est sex
 tarios denos octonos, & sextarios singulis diebus epotos sequenti-
 bus mensibus quatuor, in mense quinos dicit esse congios, hoc est tri-
 cenos sextarios: & rursus alijs mensibus in dies heminas ternas,
 in menses singulas amphoras esse docet, id est quadragenos octo-
 nos sextarios, uel nonagenas senas heminas, qua ratione tamē qua-
 ternæ uel senæ heminæ deesse uidentur si tricenos dies in mensim
 statuamus. Sed aliter Cato rationem colligere tam commode non
Amphora. potuit nisi amphoram pro nonagenis heminis diceret, etiam si am-
 phora eo amplius sex heminas caput, cum aliud uerbum mensuræ
 non haberet: & alioquin habuisse uidetur rationem intertrimenti
 liquoris, id est eius quantitatis quæ deperit et intercidit cum uinu
 uel lora heminatim bibitur. Simile est quod heminas singulis die-
 bus potas, in menses congios ternos facere dicuntur: hac enim ratione
 mensis sex & triginta dies habet, qui si exacte taxare uoluisset,
 duos congios & semissem dixisset: sed noluit tam anguste ratione
 præscribere. Satis tamen apparent ex eo loco, in congio duodecim
 esse heminas quæ sex sextarios continent. Sed & illud iam tene-
 mus quod maxime ad rem pertinet, sextariū sextam decimā partē
 esse

esse modij, quæ tercia pars est amphoræ, quippe cum in amphora Cato sex & nonaginta heminas ponat, & sextarium circa controveriam binas heminas capiat, si amphora ter modiū capia (ut prædictum est ex carminibus suprad. & tis) modius sextarios sedecim cōtinebit, id est duas et triginta heminas, quæ tercia pars est amphoræ. Sed de modio ciāanda sunt exēpla. Cato: Vbi sementē paraue-
Modius.
 ris, glandē parari legi⁹, cōuenit, & in aquā coni⁹ci. Inde semodios singulis bubus dare oportet, si laborabūt. Columella de bubus arato-
 rījs loquēs lib. VII. Butus pro temporib⁹ anni fabula disp̄esantur.
 Ianuario mēse fresi et aqua macerati erui quaternos sextarios mix-
 tos paleis dare conuenit: uel lupini maceraij modios, uel circercu-
 læ maceratæ semodios. Idem si grano alstimemus et regionis copia
 permittat, cum fronde laurea & lignea glans adi⁹citur, quæ n̄ se
 ad facietatem detur, scabiem parit. Potest etiam si prouentus uili-
 tatem facit, semodius fabæ fresæ præberi Nouētri mense ac Decē-
 bri, per sementē quantum appetit bos tantū præbendū est: plerunq;
 tamen sufficiunt singulis modijs glandis, & paleæ ad satietatē da-
 tæ, uel lupini macerati modij, uel erui aqua cōspersi sextarij septe-
 ni permixti paleis, uel cicerculæ similiter maceratæ sextarij duode-
 ni, uel singuli modiū uinaceorum. His exemplis coni⁹cere possumus
 modium Romanū non disparē fuisse ei mēsuræ quæ bœotium no-
 strates uocant, cū sit diurnus cibus bouis aratoris modius aut semo-
 dius pro uarietate pabuli. Apud nos equis uiatorij per diuersoria
 cibus status est in dies cistellæ ternæ auenæ, ut in Italia ordei. Sic
 enim semper tulit stabulariorū formula. Sed strigosis equis cū lon-
 gis iūneribus fahiscunt auclarium noctu dari solet, id est quarta
 cistella. Hæ quaternæ mensuræ bœotium uel bossellum nostrū irē-
 ticariū implet, qui modus pabuli est omnibus iam sarcinarij equis
 per stabula uiatoria statutus. Diximus amphoram binas urnas ca-
 pere, quæ singulæ uicenos quaternos sextarios continent. Hoc ex
 eodem autore libro decimotertio comprobabitur his uerbis: Ex hac
 compositione quantū in sextarios musti quadragenos octonos adi⁹-
cien-

ciendum fit, incertū est : quoniam pro natura uini aestimare oportet
 quid satis sit, cauendūq; ne cōditus sapor intelligatur: ego tamen se
 humida fuerū uindemia, triente: si sicca, quadrante medicaminis
 in binas amphoras miscere solius sum, ita ut quatuor urnarū esset
Plinij locus. musti modus. Vrna autē quatuor & uiginti sextariorū. Plinius li-
 bro X I I I I . de nimio potu uini loquēs: Famā apud Græcos Alcibia-
 des meruit, apud nos cognomē etiā Nouellus Tricōgius Mediola-
 nēsis ad procōsulatū usq; è prætura honoribus functus, tribus con-
 gījs (unde et nomē illi fuit) epotis uno impetu, spectante, miraculē
 gratia, Tyberio principe in senecta iā seuero atq; etiā alias saeuo:
 sed ipsa iuuēta ad merū pronior fuerat. In antiquis tamē non No-
 uellus Tricongius sed Nouellus Torquatus legiūtur, & recte, alio-
 quā in fructuā Plinius adiecisset, unde et nomē illi: Quis enim non
 intellexisset etiā Plinio tacete? Neq; ipsa iuuēta lego sed ipsi, id est
 Tyberio, ut iuuēta sit rectus casus. Et paulo post: tricōgiū rara glo-
 rīa. In omnībus antiquis legiūtur Torquato rara gloria. Idē paulo in-
 ferius: Tergilla Ciceronē Marci filiū binos cōgios simul haurire
 solū ip̄si obijcūt, Marcoq; Agrippae à marcido ac temulēto scyphū
 impactū. Pliniū auctore habemus decē & octo sextarios uini, id est

Ciceronis fi- tres cōgios uno haustu e potos à Torquato & duodecim à Cicero-
 lius temulen- nis filio: quare nō uideo quonā modo intelligi possit quod apud Po-
 tia inclytus. līianum legiūtur, quōd amphora triplex efficit sextariū. Tranquil-
 lus in Tyberio: Ignotissimū quæsturæ candidatū nobilissimis ante
 posuit ob epotā in conuiuio propinante se uini amphorā. Tranquil-
 lus uini amphoram, id est octo congios seu duodequinquaginta sex
 tarios uno conuiuio ab homine uno haustos dixit. Quōd si amphi-
 ora ex area cōstaret quoquouersus quaternū pedum, ut Politianus
 uoluit, ne de duodecim quidē bibacissimis hominibus ita credi pos-
 set. Post hæc antiquitatis monumenta cum mensurarum modos de-
 prehendere magnopere cuperem, ad pondus examinare rem insti-
 ti: quo facto cum nec ex carminibus illis nec ex Plinio responderet,
 uibil potius tandem inueni quam id quod apud Isidorum non opti-
 mum

Pulchrū dē
etī Plinij.

rum ipsum autorem, ne harum quidem rerum, legitur: usque adeo (quod Plinius aiebat) nullus liber tam malus est, ut non aliqua ex parte proficit. Hemina (inquit ille) appedit libram unam, quae geminata sextarium facit. Sextarius enim duarum libraru est. hoc cum legisset illico tres libras nummularias, id est sesquilibram negotiatoriam in lance grandiuscula statui, cuiusmodi sunt lances quibus ad argentum expendendum utuntur, in opposita lance aquam fundere famulum qui mihi astabat iussi, quoad rem deducerem ad exactum æquilibrium, id quod asscutus sum adiiciendo uicissim admendoq; aquulam argentea ligula: tum uascula stannea implendo, non usualia illa quidem & ex supellecili sumpta, sed iustæ omnino mensuræ quibus uenditando uino cauponantes uti solent: tandem cōperi duas libras Romanas, id est duodenarias, que tribus octonariis, id est nummulariis respondent, eam omnino esse mensuram quā ternos semisextariolos lingua uernacula huius urbis appellat, qui dodrans est eius mensuræ quam pintam eadem lingua uocat. Hoc comperto cum uasculum illud dodrantale tritico primæ bonitatis implerem, identidemq; in modium id est bossellum transfundenterem, non ante æquatum ad summa labra reddidi quām sedecies impletum itidem uasculum in modium transfudi. Id cum ad pintam exigerem, duodecies exhausi exacta obseruatione transuasando. Hac ratione cum cotula geminata sextarium faciat, qui bilibris est, oportet eam libralem esse id est sex & nonaginta drachmas pere: ita oxybaphus, qui cotulæ quarta pars est, quatuor & uiginti drachmarum erit, hoc est quadrantale: & cyathus, qui sextarij duodecima pars est, sedecim drachmas pendebit id est sextantem Romanæ libræ. Nostra uero pinta duodecima pars est modij: id est amphoræ sexta & tricesima. Illud testandum habeo, quod quicquid de mensuris liquidorum dixi uel dicturus sum, id de ijs intelligi uolo, quas regias hac in urbe appellamus, de quibus ius dicere decurionum est Parisiensium, alioquin nulla dari certa digna posset, cum multipharij mensurarum sint moduli, et ferè euariales

Oxybaphus.

riantes per regiones urbis, prout cutusq; regionis solū huius & illē us ditionis imperio mero paret. Aridorum autē mēsuras trīnicarias intelligi uolo, quonā minores sunt h̄s quibus auenā admetiuntur.

Hac ratione usus, comperisse me arb̄tor (nec temere ut spero) am-

Amphora. diū uini Parisinū tricenos senos sextarios nostros capit. Sextarius

Modius. autē octonas eas quas pintas dicim⁹. In aridis autē pro amphora qua-
drantē sextarij habemus, id est ternos bossellos: pro quib; uas tri-
modiū habemus dimidiatiū medimiū. Sic fit credibile quod à Tran-
quillo dicitur epotā uno conuiuio ab uno homine uini amphorā. Ex
hoc cestimare licet tres modios annularū Carthaginē missorum ab
Hannibale post Cannensem cladem, uel unū modiū secundum alios
annales. Ecce autē rursus de integro controuersia ab eodem autore
quicū toto penē hoc opere certandū nobis fuit, & disceptatrice ta-
mē plerunq; exēplariorum uetusitate secundū nos (ut spero) iudicatu-

Loca Pliniij est, id quod hic sperare non datur. Quippe in omnibus exēplaribus
corrupta re ita legitur apud Pliniū, unū nobis ipsum uitiligatorē (ut eius ipsius
controversam uerbo utar) in hoc opere oppositū. Sic igitur apud Pliniū li. xxi.
faciunt.

legitur: Drachma Attica (ferè enim Attica obseruatione medice
utuntur) denarij argentei habet pondus, eadēq; sex obolos pondere
efficit, obolus decē calchos. Cyathus p̄det per se drachmas decem.
Cū acetabuli mēsura dicitur significat heminæ quartam partē, id
est drachmas quindecim. Mna quam nostri minam uocant, pendet
drachmas Atticas cētū. Huius loci autoritate carmē illud emanat-
se puto apud Priscianum de cyatho.

Bis quinq; hunc faciunt drachmæ si appendere tentes:

Oxybaphus fiet si quinq; addantur ad illas.

Primū igitur ad hoc respondere possum, non magis hoc dictū con-
tra me pugnare, q; contra Pliniū ipsum, si ei līcē retorquere tabulis
(ut dicitur) ab eo ob signatis uelimus. Si enī denarius Atticæ drach-
mæ pondus habet, quonā modo iustū fuit ex libris argenti octuage-
nos quaternos signari, id quod ipse lib. xxxiii. dixit. Id etiā con-
trariū

trarium est ei dicto quod apud Priscianum legitur, tres denarios Romanos, quatuor drachmarū in star esse. Præterea quonāmodo conuenit id quod libro duodecimo de thure loquēs, inquit: Inuenire guttas thuris que tertia partē minē id est unde quadraginta denariorum pōdus aequalēt: uel ut in antiquis duodetriginta, & in quibusdam undetriginta. Quid quōd libro decimoquarto de necatariet loquēs, quadraginta denariorū pōdus pro quinq; uncījs posuit? Ut ex Dioscoride ad ierbū probabimus. Hæc ut uniuersa colliduntur, sic singillatim alterū alteri astipulatur. Ut enim illud duodecimi cū dicto tricesimiertij conuenit (siquidem ter duodetriginta octogintaquatuor fūt) sic cū uicesimiprimi loco pugnat, ubi denarius & drachma aequalēt. Rursus quōd quadraginta denariorum pondus pro quinq; uncījs ponitur, hoc argumentū est quōd Plinius in libra sex & nonaginta denarios esse uoluūt, & totidē drachmis aequalēt. Quid igitur hic faciā? hæreamsuscepto id operi omnino nō cogruūt: opui enim perfectū recte præbiturū me approbatūrūq; spopondi, uel eorū arbitratu quos iudices elegi. Hanc legē locando opere memini dictā esse. Pericluer? Vereor ne audaciæ id plenū sit. Sed quādō flectere nō datur, potius adeundū periculū esse censō, q̄ tot dierū dispēdio coepiū iter abrumpendū. Tanto igitur pia culo me obstringā ut Plinius autoritatē uel argumentis ualidissimis superiorem esse aut negē aut dubitem? Quid ni id faciā? cū multis in rebus nō modo cum iuratissimis autoribus uetus statim pugnātem eum ostenderim, sed etiam ipsum secum, quod plerisq; in locis emē datorum culpa contigit: ex quo fit ut lectio Plinius ot seruansissimū quenque lectorem maxime nunc torqueat. Quia in re adnotanda Hermolaus Barbarus, cuius nunquam sine laudis præfatione remi Hermolaus nissē debeo, paulo religiosior fuisse mihi uidetur, præsertim assūm Barbarus. pto castigatoris in uolo seuerissimo: debuit certe altera præsirium censura denuo stilo exacuto uel ad uiuum expungere, ne rebellaret tot ulcera quorum multa sanasse se non immērito gloriatus est. Ego ut ingenio p̄ usillo tantum nomen sustinere negueam ut subca-
E stigas

stigatore Plinij profiteri me audeā, sic ea quæ occurrunt uitia, & commentātem me morantur, si sanare ingenij ui non possim, commonefaciendis studiosis ueluti scalpro circūscribam, ne latius error serpat. At qui sic existimo, præuaricationis notā effugere eum medicum non posse, qui quæ restituere sanitati nequit, uelut non animaduersa, silentio transmittit: q̄q uir ille magnus ac non modo stilo graui doctrināq; eximiam redolenti cōmendabilis, sed etiā sententij seuerus, in quibus mores probi eluescere uidetur (quæ duo pariter in paucis & qualib[us] memoriæ eius agnosco) in altera editio ne ita gloriatur, quasi monstra quædam errorū uelut latititia mācipia deprehenderit, quæ prioris editionis tumultu oculos eius effugerant, à quibus ipse poenas sumpserit flagitiij prioris & fugæ, ut ipsius uerbis utar: in quo mihi profecto longe falsus fuisse uisus est: neq; enim aliter eum dixisse atq; existimasse puto. Quippe ut plurima errata emendauerit, plura tamē eum fugisse aut certe flagitiosiora non dubito, quæ ut acriorem sagaciorēq; fugitiuarium non maneant (quandoquidē undecunq; doctissimus fuisse, ut ætate illa, uidetur) certe otiosiorem poscunt, huicq; uni rei aliquādiu feriatū. Hermolao aut uenia fortasse danda est, qui Aristotelij & Themistio uertēdis intētus, tumultuarias nimirū castigationes Plinij uelut animi causa aggressus est. At ego secundi meriti id esse existimo, errorū uel librariorū uel emendorū, uel autoris deniq; ipsius, si res ita ferat, lectores admonere, etiam si meliora inuenire nequeas. Existet enim olim immo propediem qui ulteriora inuestiget.

In quārēdum
etiā in anti-
q[ue]rum scri-
ptorū.

Laurentij
Vallenfis
laus.

Quod si semper in autorū quātūuis receptæ autoritatis uerba adæcti, ne unguē quidē latū ab eorum dictis recesserimus, nihil habebit utiq; posteritas quod inuētis maiorū suorū addat. At qui maiores nostri si post centū annos ignaua etiā ipsi antiquitat[is] ueneratione dueti, nihil nouarū rerū aggredi ausi fuisse, literas nūc illustratas bona ex parte desideraremus. In quis ego Laurētiū Vallēsem Her-

r̄na-

culis Alexicaci nomine dignum esse ceseo, qui nullius unq; hominis

ritatem à monstribus vindicare niteretur. E quidē et si leonino me ter
 gore clauaq; munīū esse cum eius notæ commentatoribus nō sentio,
 ut cuiusvis ærumnæ Herculē futurū me profiteri cōfidā, in umbra
 culis mecū ipse domesticis, non in campo sub magistris antiquitatis
 exercitatus, hunc tamen semiermē fidutiā ad ueritatē tuendam af-
 ferre mihi uideor. Itaq; omnes esse animatos, præsertim Francos
 cupio, quandoquidē externi quoq; iam cum antiquis literarū gloria
 certant. Hic igitur ut cōminisci multa possim sic nihil potius factu-
 rus sim fortasse, q; ut dicam Pliniū quæ de ponderibus hic cōstitue-
 re uoluīt, in sequentibus librīs de medicinis dicturus, ea ex comen-
 tarijs medicorum transcripsisse, qui græce ipsi bona ex parte scri-
 pserant. Id quod idem ipse Plinius contestari uidetur cum inquit:
 Et quoniā in mensuris quoq; ac ponderibus crebro græcis nomini-
 bus utēdum, interpretationē eorū semel hoc in loco ponemus. Non
 eadem aut̄ pondera medicinalia & negotiatoria fuisse ex eo coni-
 cio, quod hodie pharmacopolæ alia drachma in componēdis phar-
 macis utūt, & alia in rebus quas uēditantes appēdunt. Medicinales
 drachmas nouem in uncia esse dicunt, qua ratione in singu-
 las libras nostras sedecim drachmarum pondus decedit. Quin &
 Celsus libro quinto de simpliciū facultatū mixtura loquēs: Sed &
 antea, inquit, sciri uolo in uncia pōdus septē denariorū esse. Vnius
 deinde denarij pōdus diuidi à me in sex partes, id est sex uncias,
 ut idem in uncia denarij habeā quod græci halēt in eo quē obolum
 appellant: id ad nostra pondera relatū paulo plus dimidio scrupu-
 lo facit. His uerbis Celsi medicinæ autoris xii. drachmæ ex li-
 bra Romana deceidunt, quod ratā proportionē habet ad decessionē
 libræ nostræ qua nostri medicamentarij in tēperādiis medicamentis
 utuntur. Ut enim libra nostra sesquiertia est ad antiquā librā rela-
 ta, sic sedecim tertia parte duodecim superant. Verū id immutauit
 Celsus quod denariū in sex suas unciolas diuidere maluit q; in sex
 obolos, seu in sex semiscrupulos, hoc ideo fertasse, quod obolū græ
 cum grauiorē esse paulo semiscrupulo Romano scribit. Quod nisi

de medicinali semiscrupulo intelligas pugnabit cū Pliniano dicto.
Huic rursus opinioni refragatur quod Plini^o centū drachmas At-

ticas in mina ponit, quod iustū est pondus minæ. Quare nihil ulte-

Sextarius rius causari nūc in animū induxi, ut quisq; pro captū secū ipse hoc

Romanus. faciat. Satis aut̄ habui hoc dicere, experimento me cognouisse sex

tarium Romanū dipondiū pēdere, id quod rursus mihi credi nolo

nisi argumētis optimis probauerō. Iāprīmū ipse Plinius lib. x viii.

de trūico loquēs sic inquit: trūici genera plūra quæ fecerē gētes.

Italico nullū equidem cōparauerim cādore ac pōdere, quo maxime

decernitur. Et paulū infra: Nūc ex ijs generibus quæ Romā inue-

huntur leuissimū est Gallicū atq; ē Cherronē soāduectū; quippe nō

excedūt in modiū uicenas libras si quis grānū ipsum pēderet: adij-

cū Sardiū sex libras. Alexandrinū & triētes. Hec & Siculi pon-

dus. Bœoticū totā librā addit. Aphrīcū & dodrātes. His uerbis Plē-

nīus docet quod deterrimū sit trūicū, id pōdere in modiōs uicēnas

libras. Quod aut̄ longe optimū ut Aphrīcū, septē & uiginti libras

Pondus et dodrantem. Hoc cū ego probare uelle, trūici sex semisextariolos

trūici. nostros, id est sesquipintā pro captū bilancis ad mēsus, in altera lan-

ce depleui, & ponderibus identidem examinatis ad patē tandem

libram perueni. Hoc cum in lectissimo trūico fecissēm pōderāq; ad

notassēm, ad aliud trūicū transii. Erāt enim mihi puluini duo Frā-

cicani trūici sulcatim (ut assolet) in horreo dispositi, ut ēodem ex

agro, sic non eadem segete: cum igitur ex eo similiter eandem men-

suram pēsitarem, hoc discriminis adnotauī, ut quod in eis puluinit

eximium esset & axacte excussum uentilatumq;, eius mēsura iam

dicta leuiner agitata, & radiolo stricta, dipondium nostrū & qua-

drantem penderet: lance etiam pessum eunīe. Quod aut̄ negligē-

tius uentilatū, & nōnulla ex parte lolio et melāthio mixiū, aut alia

seminum inanitate, id duas libras & quadrantē sicuti quo minus in

æquilibrio teneret. Hæc mēsura, id est sex semisextariolos (quos sex

tariorū duos Romanos iudicatum iri omnibus fortunis meis cauere

non dubitarim) si quis diligenter animaduertere uelia et ueritatē

modiū

modulis ac ponderibus explorare, seni inquā semisextarioli octauā partem modij efficiunt, quorū pondus trūiceū si octonario multiplicetur, fient in summa duodeviginti libræ nostræ, lectissimi quidem trūici, deterioris aut id est quis quilijs seminū mixti duab⁹ uncij minus, id est siciliquis octo. Porro cū libra nostra (ut sēpe dixi) Zygostatrica qua merces appēsite negotiatores admeiuntur, quadrante maior sit libra Romana, fit ut duodeviginti libræ nostræ, quatuor & uiginti Romanas libras æquent. Ita fit ut trūicū nostrū in agro qui Frācia dicitur natū, duabus libris Siculo leuius sit: cuius tamē supremā noīā existimo semissem aut quadrantem uē ginti quatuor libris addere posse. Hoc genus experimenti cū cuius obuium sit & expositū, non est cur alia Plinijs autoritate uel uera uel mendosa, impugnare uerū atem quispiam cūra pertinaciæ reprehensionem possit. Hic si quis selibras legat, ut quædam habent exemplaria antiqua, ut sit, adiçit Sardium selibras, hoc etiam amplius id quod agimus confirmabit: cum Plinius dicat grauissimum frumentum libras unam & uiginti & dodrantem pendere, et nos experimento didicerimus quod optimum apud nos sit frumentum, id in modios Romanos quaternas et uicenas libras pendere. Quare si Plinius in pōdere non deceptus est, uel nostrum trūicū etiam Africæ præstantius est, uel libra Romana maior aliquanto fuit q̄ nos eam esse statuerimus: & tamen periculum nullum est (ut arbētror) ne minorem fecerimus libram, cum mensuras auxiſſe uidea- mur quæ pondere deprehenduntur. In hanc enim tantum partem errare potuimus, ut pote cū Plinius sextariū centū et uiginti drachmarū faciat, quæ nos bilibrē fuisse cōtendimus, id est drachmarum centū et nonaginta duarū: qua ratione hemina libralsis fuit, quam Plinius sexaginta drachmarū fuisse dicit, id est tertia parte minorem, atq; eo amplius. Carmina aut quæ apud Priscianū leguntur, sextariū uiginti unciarū esse statuūt, quo fit ut noster superquint⁹ sit eius, id est quinta parte superans. De hoc quid statuā nō habeo, nisi Pliniū puto selibras, id est dimidiatas libras scripsisse, sed nō

Pliniij locus.

satis pondus compertum habuisse. Quod rursus ne credas facit id quod ipse alibi dicit eodem libro : Silagineæ farinæ modius Gallicæ, xxii. libras, Italicae duabus tribus' ue amplius. Hæc uerba significant Pliniū diligenter hæc inquisuisse, & præterea duas & tres libras additū Italicae siligini, nō tantū selibras. Itaq; si uerū est Pliniū hæc exacte inquisuisse, & ipse eo in loco non corruptus est, ne cessario dicemus triticū non Gallicū tantū sed & Francicū ponderis esse illis quæ à Plinio enumerata sunt. Fortasse etiā Plinius libras illas uicenas, centenarias libras intellexit, hoc est minales, quales libras argétarias fuisse ostendimus, hoc est plena libras: quæ ex estimatione paulo plus dextiātē ad supradictū pōdus accedit, hoc est octoginta drachmæ & aliquid amplius. Hoc si admiserimus, nō ideo tolletur scrupulus, quia adhuc nostrū paulo amplius libra una superabit. Ut tamen cū ijs libris sentiā qui selibras habet, facit contextus uerborū sensim ad librā et dodrantē perducentiū rationem. Et præterea Plinius nō sex libras sed senas dixisset, quia uicenas dixerat, quod ualidius argumentū est. In hoc obice aqua hæreat ne cesse est. Sed si Plinius alteri cuipiā uel libero uel seruo ponderis examinationē tædiosam credidit, uel calculo deceptus est, nō magnopere mirū est, cū Cicero in Catone, Laërtē stercorante agrū apud Homerū faciat alicuius fide deceptus. Nec enim in primo libro nec in xvi. nec in ultimo id legitur Odyssæ, in quibus tātum Laërtis meminit Homerus, nisi in obseruatione aliquid me latuit. Verum ne uanitatis arguar temere à primo quoq; hoc probare uolente, monitos hoc ad pondus examinaturos uelim, in expendendo tritico multum id referre quoniam modo mēsura impleatur. Si enim non modo leuiter agitetur implendo, sed diu quatitur aut manu prematur, antequam radio exæquetur, pondus non leui momento crescat. Interesse etiam arbitratur triticū recens tritū sit & uentilatum, an diu in horreo afferuatū, cuiusmodi(ut dixi) nostrū erat in puluinis sulcatis digestum. Illud enim recens ab arista, & pulchrius esse aiunt & grauius, hoc ut tēpore exuctum, sic leuius esse: certe

Ciceronis eratrum in Catone.

certe apud nos uendibilius est ex eadē segete qd' eodē mense batuitur & in forum aduehitur, uidelicet quod plus farinæ & panificij reddat. Verū qui hoc quod diximus trūico expendendo fecerit, tū demū aquæ pondus exploret, futuru enim recipio ut quæ mensura trūici duas libras nostras & quadrante pep̄ederit, id est sex et trīginta uncias, eadē treis libras nostras, id est quatuor Romanas pōdere aquæ efficiat, ut sit inter triticeū aqueumq; pondus proportio sesquiteria, qua ratione bilibrē fuisse sextariū antiquū necesse est, id quod Isidorus ex quopīā autore antiquo scripsit: etiā si Plinius heminam sexaginta drachmarū esse dicit, quod perinde ualeat, atq; si sextariū libræ unius & quadrantis esse dixisset. Hoc idē in hordeo expertus, cōperi sextariū pendere quindecim uncias & tres drachmas: qua ratione quaterni sextarij quinas libras Romanas & sescentum efficiunt, & modius uicenas libras & selibram: quod non conuenit cum dicto pliniū, qui de frumentis loquens: Leuissimū (inqt) ex his hordeū raro excedit xv. libras. Quare nostrū dissimile esse Italico dicendum est. Quanq; Columel. libro 11. de hordeo loquens ita dicit: Alterum quoq; genus hordei est, quod illi distichum, Galaticum nonnulli uocant, ponderis & candoris eximijs, adeo ut tritico mixtu egregia cibaria familiæ præbeat. Seritur circa Martium mensem. Distichum hordeum uocat & Galaticum, hoc est Gallicū quod culmum habet binis ueribus aristatum, cuiusmodi est nostrū: hoc Columella reliquo ponderosius esse dicit. Quare conturbari nos Pliniano hoc uerbo non oportet, quasi ijs quæ diximus ex eodem ipso Plinio refragante. Extat in actis decurionum huius uerbis medium lectissimi trūici app̄esum iussu decurionum fuisse, inueniūtq; esse pondus centum & sedecim librarum: quæ ratio efficiū in modium undeuicenas libras nostras et quadrantes. Proxima nota in modios undeuicenas libras et sextantes non excessit. Sed propterea ego minus pondus inueni, quod modium Romanum secutus sum non Parisinum. At inter amphoram Romanam et nostrum quadrantem tantū interesse testatus sum quantum inter mē

surā rasam & cumulatā. Quod autē libræ Romanæ modū deprehensum habeamus ex ijs quæ de re nūmaria diximus, satis intelligētur: potest tamen id & alijs adminiculis probationum confirmari. Columella libro vii. de cibarijs aratorū boum loquens: Martio & Aprili debet ad fœni pondus adjici, quia terra proscinditur: sat erit autē pondo quadragena singulis dari. Quadraginta pondo Romanæ, nostra sunt triginta. Fœni autē fasces apud nos, si iusti sint ponderis, duodenas libras pendent, & interdum ternas denas. At huiuscemodi binos indies cū auenæ cistellis tribus equi singuli sarcinarij aut iugales poscunt, qui quidē sint mediocri magnitudine. Hi duas & triginta libras Romanas pendent. Trecenas autē libras bubus singulis sufficere Ianuario & Februario Columella affirmat. Martio autē & Aprili quū labor intenditur, quadragenas, aut quū grani est poenuria. Ita hac parte libræ Romanæ ad nostrā relatae analogia congruit. Sextarius igitur Romanus eā mensurā caput, ut diximus, quā ternos sextariolos lingua nostra appellat. Sed absurdā eadē lingua appellatione utitur, cū sextariū uocat sextam ac tricesimā partē modij nostri, qui octies amphorā capit, præser-tim cū semisextariū appellemus parvulā mēsurā, et omniū quæ ue-neant minimā, id est secundā & tricesimā sextarij nostri, quā ego sextariolū uoco. Id tamen uocabulū, id est semisextariū in usum lin-

Semisextari guæ nostræ uernaculæ ex eo uenisse puto quod græci cotulā, id est olus. heminā hemixestū appellant, ut autor est enarrator Aristophanicus.

Hemixestos. & Suidas. Ad quā uocē græcā magis alludere uidebitur hic uernaculus sermo, q̄ ad dimidiū sextariū, si quis attente considerarit. Verum enī uero sextarius Romanus in duodecim cyathos distribuitur. Ad cuius rei pleniorē intelligētiā præfari illud habeo quod

M. symposi plene omnibus notū est: antiquos cū hilariori conuiuio se ad potus acus antiquo solutiōres inuitabant, tot cyathos haustibus singulis ebibere solitos, rum. quot erant literæ nominū amicarū. A quo more illud epigramma Martialis emanauit in primo libro.

Nœvia sex cyathis, septem Iustina bibatur.

Quinq;

Quinq; Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.

Omnis ab infuso numeretur amica falerno.

Inde aut inueta sunt uocabula triens, quadrans, quincūx, septunx,
 & reliqua, quae non magis pocula quam mensuras significant, id
 quod aperie ex eodem poëta libro octauo epigram. nobis datur in-
 telligendum:

Det numerum cyathis, Instantis litera Ruffi:

Autor enim tanti muneris ille mihi.

Si telethusa uenit promissaq; gaudia portat:

Seruabor dominæ Ruffe triente tuo.

Si dubia est, septunce trahar, si fallit amantem,

Vt iugulem curas nomen utrung; bibam.

Septuncem pro haustu septem cyathorum dixit, tot enim sunt ele-
 menta in recto Instantis, & trientem pro phiala & haustu quatu-
 or cyathorum, & rursus in undecimo quincūcem pro quinq; cyas-
 this, & bessem pro octo.

Quincūces & sex cyathos bessemq; bibamus,

Caius & fiat Iulius & Proculus. lib. XII.

Poto ego sestantes, tu potas Cinna deunces:

Et quereris quod non Cinna bibamus idem.

Deunces undenos cyathos intelligit, ut sestantes binos. Hinc factū
 est ut nomina illa poculorū apud autores celebrentur, ut lib. I. di-
 ximus. Nunc aut sic colligo. Cū sextarius Romanus in duodecim
 cyathos diuideretur: ea uero eius uasis quā pīnā dicimus sit mensu-
 ra, ut qui tantū uini etiā primarij quotidiano prandio bibat, uinose
 or dici iure non possit: qui aut dodrantē eius non excedat, id est ter-
 nos sextariolos, parcus uini fortasse aut certe solrius dici merear-
 tur: non potuisse sextariū Romanū in tot cyathos commode diuidi,
 si minor is ea mensura fuisset, quam dodrantē appellauit. Cū enim
 trientē quadrantēq; poculorū uocabula apud Iuuenal. & Persium,
 & Celsum legimus, ego legitimā mensurā intelligo quē uno haus-
 tu biberetur. Reliqua nomina infra supraq; mensuras magis q̄ po-

toria uasa fuisse puto. Nam & apud Celsum quadrans pro modico potu ponitur: Si quarto (inquit) die cum horrore febris reuertitur: uomere oportet, deinde modicum cibum sumere, uiniq; quadratum. Et lib. I. Post uomitum si stomachus infirmus est, paulum cibi, sed huius idonei, gustandum: & aquæ frigidæ cyathi tres bibendi sunt. Cyathos hic dixerat quod quadrante in superiori exempla

Cyathus. dixit. Et alibi: At qui tarde concoquunt, & quorum ideo præcordia inflantur, qui' ue ppter ardore aliquæ noctu sitire cōsueuerūt, anteq; conuiescant duos tres' ue cyathos per tenuē fistulam bibant. Dioscorides de absinthio: οὐ πότερος ἡ ἀκτερικὴ θεραπεύσθω αφέντη μάχη τῆς κατεργασίας τῶν ιμέρων λαζαρίσανθρωπον δέ πληθος νυόει θεων πιῶν. Decoctū eius cibi fastidia, et arquatū morbi sanat si quotidie terni cyathi eibantur. Ternos cyathos pro mediocri potu dixit q uno haustu sumantur. Et lib. IIII. Celsus de curatione lentarii febrii loquens: At si diu frigus est, & torpor & iactatio corporis, non alienū est in ipsa febre dare mulsi tres aut quatuor cyathos, uel cū cibo uinū bene dilutū. Idē de insaniētib; loquens totū sextariū impleuit: Opus est aut cibo infirmo, maximeq; sorbitioe: potiōe aquæ mulse: cuius ternos cyathos bis hyeme, quater & estate dedisse satis est. His uerbis in singulos potus ternos cyathos febricanti taxatos intelligimus, & per dies singulos sextarium. Alibi de cardiacis loquens: Si uerēdū est ne deficiat, tū & intrita ex uino, & hoc ipsum austeri quidē, sed tamen tenue, meracū, egelidū subinde & libera liter dandū est adiecta polenta, si modo is & ger parū cibi assumat: idq; uinum esse debet, neq; nullarū uirium, neq; ingentiū. Recteq; tota die ac nocte uel tres heminas & ger bibet: si uastius corpus est, plus etiam. Tres heminas diurnas Celsus cardiacis statuit, nisi uastioris sint corporis, et uini meraci. De qb; Plin. loquens li. XXIII. Cardiacorum (inquit) morbo unicam spem in uino esse certū est. Dari uiri; non nisi in cibo debet, nec à somno, nec præcedente alio potu, id est non nisi sitient, nec nisi in desperatione summa. Hoc Iuuena significat cum inquit:

Cardi

Cardiaco nunq̄ cyathum missurus amico.

Tres heminae sesquisextariū explet: ex quo apparet iusta appemo dū potus mensuram hoī cardiaco statutā esse. Nā cū hoī sano iusta mēsura sit sextarius in singulos epulat⁹, cardiaco nouenos cyathos taxauit, uel senos.i.binos quadrantes si ter epulanentes cardiacos in telligamus. Et de cœliacis: Obseruādū(inqt) ne quis aut cibus, aut humor uniuersus detur, sed paulatim. Ergo per interualla tēporis sat est cyathos binos ternos' ue sumere & cibum proportiōe huius. Et inferius: Potui uero aqua pluvialis decocta, sed quæ per binos ternos' ue cyathos bibatur. Cyathis autem antiquos potus sui mensuram metiri solitos etiam inter epulas ex eo conijcio, quod serui qui dā ad cyathos stare uel esse dicebantur: ut serui ad limina, et ad pe Ad cyathum des. Tranq. in Cœsare: Sed C. Mēmius etiam ad cyathum et uinū stare, Nicomedi stetisse obiecit. Iuuena. sat. xiii.

Nec puer Iliacus formosa, nec Herculis uxor

Ad cyathos.—

Hoc græci κυαθίζει dicunt, quo uerbo Plautus in Menech. usus est. Non scis quis ego sim, qui tibi sæpiissime cyathisso apud nos quā Cyathi grædo potas. Cyathus à græcis cb id etiam ἀντλιτήρ & ὄπυσηρ, & ca nomina. ὄπυσιχ &, & ὄπιταινε dicitur, & à quibus sfā oīvoχōn. Quæ oīa oenochoi. uocabula ab hauiredo uel fundēdo uino dicta sunt. Stare igitur à cyathis à latinis dicti sunt, quos græci oīvoχōv appellat. Apulei⁹ Pocillato- pocillatores uocauit. Pincerna nō ausim affirmare probū esse uoca res. bulum, etiam si Asconius in prætura urbana usus est, si uera sunt Pincerna. eo in loco exemplaria. Pincerna à græco deducitur, cui coniuæ dicunt identidē πίνqυ κίρvæ, id est misce uinum uel tempera uinū ut bibā. Honestū id olim munus fuisse docet Athenæus libro x. qui apud græcos morē fuisse tradit, ut nobilissimi iuuenes in cōuiujs sacris publicis id munus obirent: nec min⁹ apud Romanos. n. πρὸς ἔρωμαῖοις ἦ δι τύχερέσαλι τὸν παιδιῶν τὸ λαζαργίον ταύτων ἐκτε λοῦσιν ἐν τοῖς Διημοτελέσι τὸ θυσιῶν. Est aut̄ cyathissare ut ex eodē Athenæo nouim⁹ κυάθω oīvoχēiv., i. cyatho uinū bibēdū admetiri.

Qua

Cyathissa-
re quid sit.

Cyathi ami-
cūæ, amoris,
Demetrij,
Antigoni.

Quare Athenienses in conuiuijs solutoribus inuicē propinantes,
cyathos amicitiæ, & cyathos amoris, & cyathum Demetrij nomē
natūm poscebant, singulis potionibus: ut quaternos amicitiæ, & ter-
nos amoris propinantes, & cyathū præterea Demetrij uel Antigo-
ni, qui duo extremi ab assentatione inoleuerunt, exolescente prisca
Atheniensiu libertate et generositate, ut idē autor prodidit lib. VI.
de adulatoribus loquens. Persim:

Sed tremor inter uina subit, calidumq; trientem
Excudit è manibus. —

Plin. pro mensura posuit. Siluestriū quidē prunorū baccæ uel è ra-
dice cortex in uino austero si decoquantur, ita ut triens et hemina
superfit, aluu et tormina fistunt, id est ut quatuor cyathi ex sex su-
persint. Tranquil. in August. Vini quoq; natura parcissimus erat,
non amplius ter bibere eū soluū super cœnam, in castris apud Mu-
tinā Cornelij Nepos tradit: postea quoties largissime se inuitaret,
senos sextantes nō excessit: aut si excessisset, reñciebat. Senos sextan-
tes, p sextario dixit, sed significare uoluit, senis haustib; sextarium
tatū bibere eum soluū. Philippus Beroaldus diligens enarrator, ac
multæ lectionis, sextantes senos sex pocula intellexit binas uini un-
cias continentia, sicut et apud Martiale trientes et quincunces
deuncesq;. Antonius Sabel. in eo loco, senos sextantes (inquin) ad mē-
suram, an ad pondus referas in dubiu uenire potest: sed melius ad
mensurā, ut sit sextans mensuræ genus, ut quincunx apud Martia-
lem. Beroaldi opinio, nec Pliniano dicto, nec nostro conuenit, (ta-
men ita Plinius scriptum reliquit, ut cyathus pendeat per se drach-
mas decē et hemina sexaginta) quippe Pliniana ratione sextarius
centū et uiginti drachmas trahit: At Beroaldus duodecim uncia-
rum senos sextantes esse dixit, id est sex et nonaginta drachmarū,
quos planum fecimus ex Martiale duodenos cyathos significare.

Beroaldus.

Quare insignis hæc fui hallucinatio, et penè par illi de sextertio.
Calderinus. Calderinus uir ingeniosus et grauis enarrator, nouo genere hallu-
cinatus est apud Iuu ena. sa. VI, illo in loco: De quo sextarius alter
ducitur

Ducitur ante cibum. Sextarius alter, inquit, id est duo sextantes, ut delicit et arbūratus sextariū à sexante dictū non à sexta congijs parte, cum sextarius sexies sextantē capiat, sextas non magis duas unicas, q̄ sextā cuiusq; rei partē significat. Sed horum uerborū significatio à nullo, quod sciam, recte ac plane adhuc enarrata est. Romani autē sextarium quasi legūmam ac quotidianam uirilis potus mensuram statuentes, ab eo quasi ab aſſe incipientes, reliqua uocabula partes eius fecerunt, quo modo & nos pintam uirile mensurā ponentes semissēm eius parcis uini destinamus, dodrantem autem continentibus, quadrantē ægrotis, sesquipintā bibacibus, in quotidiae no quidē conuiio. Augustus igitur uini parcissum dictus est à Traquillo: qui super coenā plerunq; ita ſibi tēperabat, ut ternos sextantes, id est, dimidiatā aliorū mensuram biberet, & cum licentius bibere statuerat, sextariū non excederet, ac ne excedere quidē posset citra reiectionē, quippe uir infirma ualeſudine, ac grāues & periculofas ualeſudines per omnem uitam expertus, ut autor est idem Tranquillus: ob id etiam cibi minimi, adeo ut ante initū uel post diſſum conuiiuū ſolus coenaret, cum pleno conuiuio nihil tangere, quo certiore in rationē cibi potusq; teneret. Hoc mihi conuenire uidetur cum eo quod diximus ut qui uini modice fit appetēs, dodram nostrū, id est ternos sextarioſos quotidiano conuiuio bibat, qui ſi etiam quadrantē huic addat, ut plenam mensurā nostram bibat, quam pintam dicimus, ne ſic quidē uinosus dici debeat, et tamē hæc mensura ſedecim cyathos implet. Hoc cum exacte conſiderare, dodrantem prædictū quem sextariū Romanū eſſe dico, in treis trienes diuifi totidē calicibus ſumptis, & rursus in quatuor calices quadrantales & quis distributionibus: quo facto eū eſſe captum mensuræ cognoui, ut qui firmo ſtomacho fit, & interdicto medicorū non prohibeatur, quominus ducere poſſu ex œnophoro quantū ſit is appetat, is haſtū primo coenæ quadratē ſiccare debeat, addita etiā aquæ tertia, aut quarta parte, ſi tamē ſit in expectauerit. Qui autem bibacior paulo fuerit, etiā trietem: de ſobrijs loquor, ſed de ijs ſobrijs

sobrijs qui iustum haustum diluendis cibis ducere solui sunt, quales pleriq; sunt nostratum hominū, quibus quidem uini potus uito nō uertitur, id est qui inter uinosos nō censemur. Nullus enim modus temulentiae assuetis & perpotatoribus constitui potest. Nec rursus de ijs loquor qui semper sūcūlosi pytissantum more gustatorū linētu magis q̄ potu uillum transmittere solent: omnino quadrantem stomachi firmæ constitutionis, trieniem etiam sitibundi modū cū aquæ rata portione esse dico id'q; intra temperantiam. Quare ab antiquis indita hæc esse nomina ternis quaternisq; cyathis affirmauerim: tāet si Augustus sextantibus utebatur, cui Antonius Muſa sextantarios modulos, id est dimidio minores legi: imis indixe-

Augustus rat: quare quātum sobrij homines libere soliti sunt quotidiano potum quātum biberit. **Cæsar** quan tu, tantum Augustus bibet at cum largissime sese inuitauerat. Quod si uerum esset id quod apud Plinium legiūr de hemina & acetabulo, id est sesquicyatho, sextarius cētum et uiginti drachmarum esset, id est minor tertia amplius parte quām noster dodrans, nec pinta dimidium caperet. Hoc enim pondere probare unicui q; nostrum licet: quod quām sit absurdum nemo non intelligit, ut tantula mensura in duodenos cyathos diuidetur, & in solutis perpotationibus & conuiuorum hilaritate, cum sine lege ac sine modo bibatur, quadrantes trientesq; & (cum plurimum) septunes pro numero elementorum nominum biberent, quantum scilicet quisq; hodie sobriorum uno impetu familiari coena bibt: septunes enim ea ratione sextariolum nostrum non excederent, qui modulus est (propè dixerim) potionis medicamentariæ. Antiquos au-

Bicongius tem parciore uino usos non eorum est dicere qui bicongium Cice-
Ci. M. fili⁹. ronem M. filium, Tricongium Torquatum apud Plinium, et apud **Tricongius** Trāquillum potorem amphorarium legerint, quibus hodie si pares **Torquatus.** in Gallia inuenirentur, mōstri in star haberetur, apud quos Germanorum militum libacitas hoc biennio inter miracula celebrata est: quotidiani enim cōiuījs singuli quaternos quartarios absumente dicebantur: qua ratione nouem coniuīæ binas amphoras exorbebat

bebant. Hanc bibendi palmam & quare nostratum hominum profligatissimi uini potores numero triginta non possent, duntaxat ut alternis diebus id facerent quod illi singulis factabant. Quid quod ipsa carmina quae apud Priscianum leguntur, & secundum & cum Plinio pugnant? Cum enim de cyatho dicant:

Bis quinq; hunc faciunt drachmæ si appendere tentes,
Oxybaphus fiet si quinq; addantur ad istas.

Alio loco ita legitur,

Nam libræ ut memorant bessem sextarius addet,
Seu puros pēdas latices seu dona Lyci.
Addunt semissim librae labentis oliui.
Selibramq; ferunt mellis superesse bilibri.
Hæc tamen assensu faciliter sunt credita nobis,
Namq; nec errantes undis labentibus amnes,
Nec meritis puteis latices, aut fonte perenni
Manantes, par pondus habent. —

Quoniam igitur tandem modo conuenit ut hemina quæ dimidiatum sextariū efficit, sexagenas drachmas pendeat, & sextarius libram & bessem, hoc est centū & sexaginta. Si enim de centū & nonaginta duab⁹ drachmis, seu duab⁹ libris Romanis, triente. i. duas et triginta abstuleris, reliquæ erunt centū & sexaginta. Nos cum hoc pbaremus aqua puteali utebamur, nec scrupulose differentiā aqua rū exquisiuimus, nec in alio liquore rē experiundā duximus, cum iā tenere ueritatē uideremur. Ex græcis aut̄ autoribus uix rē constituerre possum⁹. Pollux libro IIII. cotulā tertia partē chœnicis esse tradidit, & medimnū chœnicas octo & quadraginta capere, & sextarium octo chœnicas. καὶ τὸν ἑπτάκοδον τὸν χοῖνικόν, ὁ ἡμίδιμον, χοῖνις ὀκτὼ καὶ τετρακόρτος. ὁ ἡκτέυς, ὀκτώ. Hoc dictū discrepat cum uersibus illis in quibus ita legitur:

At cotylas quas si placeat, dixisse licebit

Heminas recipit geminas sextarius unus.

Qui quater assumptus fit graio nomine chœnix.

Cotula-

Chœnix.

Adde

Adde duas, chus fit uulgo qui est congius idem.

Pollux heminam tertiam partem chœnicis facit, hæc carmina octauam. Chus (inquit Suidas) mensura est Attica capiæ cotulas octo. Festus heminam quasi hemis, id est dimidium sextarij dicta esse autumat. Rursus Suidas: μεδίμυνον μεδίων ἔξι ὡς ἐποιητὸν ἔξι ων οβ' ἕπει λιτῶν πή. Id est medimnū modiorū senū est, ut sit mensura xestas duas & septuaginta capiens, id est libras centum & octo. Quo dicto significatur xestem selibrā pēdere, id est centū & XII. drachmas & semidrachmā: libra enim Attica septuagenas quinas drachmas pendet. Sic modius qui sexta pars est medimni decem et octo librarū erit, ita sextarius quæ sexadecima pars est eius, erit quatuor & octoginta drachmarū & semissis, quod cum Plinius dicto non conuenit. Quod si litran, id est libram Atticam proxima intelligamus, ut Hermolaus uoluimus, & Plinius interdū fecit, sextarius centū ac duodecim drachmarum & semis erit, quod nihil magis conuenit. Quod autē Plinius librā proxima accepit, patet ex Dioscoride, ubi de oxymelle loquuntur libro quinto: λαβὼν ὅξες καπύλας πέντε. καὶ ἀλὸς θαλασσιον μνᾶν μισθον, μέλιτος μνᾶς δέ καὶ. ὑδατὸς καπύλας i. μέρες ἕπεισον, ἀχρις δὲ δεκάνης ἀνε βρασι, καὶ τύξεις καρτάσιον. Hoc Plinius ad uerbum lib. XIIII. sic uerit: Oxymel uocarunt mellis decem libris, aceti ueteris heminis quinq:, salis marini libra, aquæ pluiae sextarijs quinq: suffruefactis decies, mox elutriatis. Quod ille minā, Plinius libram diuin: quod ille heminas decem, Plinius sextarios quinq:. Rursus Plinius de eo genere uimi factiū loquens, qui cœchrates dicitur quod ex milij semime fiat, libram et quadrante pro mina transtulit: cū enim de adynamo factiorū primo dixisset, ita subdidit: Proximū fit ē milij semime maturo cum ipsa stipula (libram & quadrante in con gios duos musti macerant) & post septimum mensem transfuso. Dioscorides: Δέτε δὲ λαμβάνειν τὸν πόσον σπέρματος Θ πλύρι πέ πειρον σὺν λεῖσι κλαδοῖσι, καὶ μνᾶν μισθον βαλλειν εἰς ἔποι χοᾶς ζεῖσιν δὲ ἐπτὰ μῆνας, καὶ ὄντω μετασπίζειν. Accipere autē oportet herbam

herbam semine plenā maturo cū ramulis, et eius unā minam in uini congios binos mittere, et sic septē mēsibus relinquere, ita à septimo mēse diffundere. Sed corrupte apud Dioscoridē Cestrītes et Cestros pro Cenchrītes et Cenchros in libris impressis legitur: sic. n. legi debet: ποδει μηχαριτον: quū Plini⁹ miliū dicat. Verius est tamē Pliniū errore exemplaris deceptū, Cenchrītē pro Cestrīte intellexisse. Est aut̄ cestrū latīne betonica herba dicta, ut in Dioscoride lib. 1111. apparet in principio, qui psychotrophū alio nomine uocat utrobiq; quasi herbā frigidis locis gaudētē, quae hodie sic agnoscitur, ex qua fit uinū betonicatū. Hoc aut̄ Plini⁹ dictū uel ex Dioscoride, ut multa alia uersum est, uel ex alio autore, qui ijsdē uerbis cū Dioscoride scripsit. Hoc enim non satis constitui potest utrū Plinius Dioscoridē legerit, quē ut identidē ijsdē uerbis sequitur, sic nūq; nominatim citat, ita ut nonnunq; à Dioscoride accepta disimulandi furti gratia transformare uideatur: ut in hoc loco: interdum aliū secutus uideatur, sed uel à quo Dioscorides transcripsit, uel ille à Dioscoride. Plinius latīnū hominē Sestīū Nigrum medicinæ diligentissimū appellat, de Castoreo loquens libro trice simosecundo, qui Niger græce scripsit: cum Plini⁹ uerba cū Dioscoride collata, ex ipsis Dioscoridis libro traducta esse uideantur. Nam Dioscorides Nigrum in hoc secutus non uidetur, cū eum inter Asclepiadas recensens improbet: Ο is tamen à Plinio etiā citatur ubi Salamādræ meminit lib. xix. his uerbis: Sestius Venerē accēdi cibo earū si decoctis interaneis Ο pedibus Ο capite in mel le seruentur tradit, negatq; extinguiri ignē ab ijs. Dioscorides libro secundo: σελαχόντρος ἔιδος ἐσι σαύρας. ἐσι ῥωχέλες, πρικίλ. μάτλαι πιστυθή μή κορίθ. Et inferius: φυλαξετζή εν μέλιτ θειτριβεῖσα, τῆλον πολῶν ή, τηφαλης αφαρεθέντ εἰς τηλον αὐτῶν χρῆσιν. Hæc uerba ita cum Plini⁹ uerbis congruunt, ut ab eodem autore uterque sumpsiſſe uideatur, quo modo Ο à Crateua uteroque sumpsiſſe aliqua non dissimulat. Alibi Plinius de Opobalsamo loquens: Alexandro Magno res ibi gerente toto die æstiuo unam

An Plinius
Dioscoridē
legerit.

Sestius Nē
ger.

Salamādræ.

concham impleri iustum erat. Omni uero fœcunditate è maiore horto congios senos, è minore singulos, & cum duplo repēdebat argento: uel potius, cum et duplo, ut in emēdationibus. Hoc Dioscorides non ad tempus Alexandri refert, sed ad suum his uerbis. ἀλλὰ ὅλιγον, ὡς Χαροπός ἔχει τὸν χρόνον μὲν πλεῖον ἢ ἐπτάκα χρόνους οὐδέποτε πλέον. πωλεῖται δὲ ἐν Τερψίπολι σαθημὸς ἀντὶ πρὸς διπλοῦν ἀργυροῦ. Fluit tenui guttae & pauca, ita ut unoquoq; anno non amplius q̄ seni aut septeni congij colligantur: cum uenditūr ibi, duplīcē argenti pondere rependitūr. Cum Plinius idem cum Dioscoride dicat, apparet tamen eum alium autorē secutum. Sed ex eo restituendus Plinius hoc modo: Omni uero fœcunditate è maiore horto congios senos singulis annis. Quonam modo enim ex singulis cōchis congij seni fierent? et præterea absurdum esset Plinium de singulis diebus id dixisse cum duplo argento rependeretur. Quod si nihil addere uolumus, existimo sic legendum: Anni uero fœcunditate, hoc est totius anni etiam fertilis factu. Verum hæc de Plinio et Dioscoride obiter dicta sunt. Credo tamen Plinium latinos etiā autores aliquos obseruasse, & ob id miscellaneas interdum descriptiones tradidisse, que nec planè cum Dioscoride conueniant. Hoc igitur in loco Plinius libram Atticam & quadrantem pro centum drachmis, id est pro minima dixisse uidetur, siue hoc innouare ei uisum sit, siue ex græco alio acceperit, qui literam scripsisset, id est libram, & drachmas uiginti quinq; qui est quadrans non libræ sed minæ: nam alioquin Plinius parum religiose græca hæc uertisse uidetur, aut certe parum constanter se quis diligenter animaduertat. Theodorus Gaza uir doctissimus utraq; lingua chum sine choe, sextarium transtulit, & hemichoum semisextarium, diuum Hieronymum in hoc imitatus, qui Ezechielis quarto choeis Atticos duos Italicos duos sextarios esse dixit. Interpres Aristophanis in Equitebus: χοῦς μέτρον & τίκτον χρωματες ἦ Chus (inquit) mensura est Attica capiens heminas octo, quod cum uersibus illis nō congruit, qui choa duodenas cotulas capere tradunt, ut idem sit consuētus.

gius & chus, quod Plinius uidē in superiori exemplo uoluit. Athenaeus libro decimo de temulentia loquens, inter maxime uinosos homines Alexandrum enumerat. Autorem autem citat Ephippium in libro de Alexандri & Ephestionis funere: Erat (inquit ille) inter Macedones Proteas bibendi certamine clarus. Hunc in conuiio Alexander poculo bicongio prouocauit (bicongium nunc appellatum quem ille dichum græce dixit.) Quum igitur Alexander bibisset, Proteas rege multum laudato qui egregie tantum calicem exorbuerat, & ipse quoque ea fide atque integritate bibit ut ab omnibus plausu exciperetur. ολίξενδρος γοῦν αἰτίας πρτέ πρτύρον θίχουν, καὶ πιῶν, προῦπτιν τοῦ πρωτία. καὶ ὅσ, λαβθών, καὶ πρλλάχυμνήσας πόνον θασιλία, ἐπιεν, ὡς ὑπὸ πάντων προταλισμῶν. Mox Proteas eodem poculo cum regem prouocasset bibissetque; Alexander generose conatus iterum calicem eundem ducere, cum partem traxisset, resupinata in lecti puluinar ceruice poculum manibus emisit. Quo ex certamine in ualeitudinem incidit, à qua tandem iugulatus est, ut Ephippius tradidit, qui ab alijs historicis in hoc dissensit: eum enim ueneno sublatum dicunt. Fabularem autem eam historiam esse ex eo coniūcere licet, quod subdidit, id regi contigisse ob Thebas oppugnatas, uidelicet infenso Liberi patris numine qui Thebis natus esse dicatur. καὶ εἰ τούτῳ ροσίος οπίστηκεν, τὸ μιονύσου φισὶ μνισάεται οὐτοῖς, μίόπη πατρίδα ουρανὸς τὰς θύεις ἐπιόρκησε. Idem Athenaeus alibi eodem libro: μίλων ὁ προτωνιάτης ὡς φισινὸν ἕρετοράθις θεόδωρος οὐτοῖς οἰχώντων, εἴδε μνισάει πρεών τιχοσι, καὶ σούρτας ἀρτών, ὄντες χόρες ἔπικρν. Milo Crotoniata, ut autor est Theodorus Hieropolitanus Milonis uero in libris de certaminibus Græciae, minas uiginti carnium, & tota racitas. eidem panis esitabat, & tres congios uini bibebat. Congius id est Congij dictus in hoc & superiore exemplo idem non fuisse uidetur, cum uersa acceptu duos biberet. Oportet enim eam mensuram liquidi congruere cum pondere aridi pulmentarij & panificij. Veritatem igitur Alexander uno hau-

Alexander
Macedonē
nosus.
Proteas.

eam efficit autorū diuersitas, qui mensuras quisq; patriæ suæ secu-
ti sunt, aut eorū certe de quibus locuti sunt. Xestes autē qd sit apud
græcos non facile dixerim. Dioscorides de Schisto lacte loquens:

Δένδρος οὐ πρὸς τὸ μὲν ὑπερβάντον γόλον εὐ τῷ ξένῳ, αὐτὸν δὲ τὸν τυ-
χροῦ συνεχῶς αὐτοῦ τὸν χῆλον τὸ χύτας. ή, ξίσις αὐτῷ ροῦν πλε-

Plinij locus. πηγὴς τούτης τούτης. Hoc Plinius libro XXVIII. sic trā-
stulit: Quā feruet ne circunfundatur p̄f̄st at cyathus argenteus
cum frigida aqua demissus, ita ne quid infundatur. Cyathū Plinius pro Xeste dixit: alibi ferē sextariū uertere solet, ut lib. XIV.
Fit absinthiæ in XL. sextarijs musti, absinthijs Pontici libra deco-
cta ad tertias partes, uel scopis absinthijs in uim addūs: ubi refrā-
gantibus omnibus exemplaribus ex Dioscoride sic lego: Fit absinthi-
æ XLVIII. sextarijs musti, absinthijs Pontici libra, decoctis ad ter-
tias partes. οἱ μέροι τὸ ξίσιον. ή, ή. ξίσιος τῷ τολμῶν κεραμίων,
μιξεντθεὶς αὐτινθίον προτικῷ λίτραι μισθ. εὐθουσι μέχρι τὸ τίτιν
αὐτολαφθῖ. Quidā autē, inquit, duodequinquaginta sextarijs Itali-
carū amphorarū miscentes librā unam absinthijs Pontici, decoquunt
quoad tertia pars residua sit. Et nectaritate: οἱ τενταρίτις σκιανόε
τετράκις τὸ ξενίου. οἱ τενταρίτις μιθιλῶ. οἱ τενταρίτις σύμφυτον. οἱ τενταρίτις φλό-
μιν. οἱ τενταρίτις ορέσιον. οἱ τενταρίτις καλούσιον. ξενίου βίζιος ξυρός οἵτι-
νων εἰς ηὐδίστας τοῖς θόροιον καθέτες εἰς χοᾶς σ'. γλεύκος. Plinius totū
de penē uerbis: Inuenitur & Nectarites ex herba quā alijs heleniū,
alijs medicā, alijs symphyton, alijs idæon & oreption, alijs nectareum
uocant, radice poderū XL. denariorū in sextarios sex musti addi-
ta. Hoc tantū refert quōd ille quinq; uncias dixit, Plinius autē XL.
denarios, earatione qua centū denarij minā efficiūt, ut sēpe di-
ximus. Sed illud aduertendū quōd chum pro sextario Plinius in-
tellexit, quā alibi ut diximus pro congio acceperit de miliato uino
loquēs, quo modo & ubi de myrtite loquitur: nā quā Dioscorides di-
cat: Λαβεόντας τῷ μελαίνων μυρσινῶν Γύνας αὐτέμονας, έσθλαν
εἰς Γύνας τῷ γλεύκοντος χοᾶς. Plinius: Græci, inquit, myrtitem hoc
modo faciunt, ramis teneris cū suis folijs in albo musto decoctis tu-
sis,

sis, libram in tribus musti congys deferuere faciūt. Congios nunc
 transtulit choas quū prius sextarios uertisset. Rursus Dioscorides
 de Rhodite: ῥόδιων ξυρῶν κεκομένων μνᾶς μίαν ἐνδύσας εἰς ὅθε
 νιον καγίθες εἰς γλέυκους ξίσας ἦ. μετά τὸν ἡρός μηνὸς διυλισθεὶς μετάρη
 γίζει. rosae aridae contusa folia ad minā unā in linteolu alligata de
 mittit in musti sextarios octonos, & post tres mēses percolatos in
 aliud uas trāsferto. Plin. aut sic: Rosae folijs tufis, in linteoloq; in
 mustū colatis cū pōdusculo ut sidat, XL. pōdere denariorū in sex-
 tarios uicenos musti, nec ante tres mēses uase aperto. Hunc locum
 immutauit Plinius, ut nec Dioscoridē, nec eundē cum Dioscoride
 autorem secutus primore sensu uideatur. Dioscorides præcipū in
 octonos sextarios musti minā unā rosae tufae cōiici. Plinius in sex-
 tarios uicenos quinq; uncias. Quare fieri potuit, ut Plinius uel li-
 brarij uel à manu serui uitio nota minae pro nota unciae intellexe-
 rit, & Xestas pro cotulis acceperit: sic fit ut quum singulas uncias
 rosae tufae octonis heminis uini sufficere existimari quadrageinta
 denariorū pondus, id est quinq; uncias quadragenis heminis sta-
 tuerit, quū ad uerbū referre Dioscoridis locū nolle, aut eius quem
 Dioscorides secutus est. Idem: Enapis fit, x. denariorū pondere in
 sextarios binos musti addito. Dioscorides: Βουβιον ὄσιας δύο κα-
 γάφας, καγίθες εἰς κρτύλας γλέυκους τέλασπας. i. napi uncias duas cō-
 rufas in quatuor musti cotylas demittit. Secundū hoc non decem
 denariorū, sed sedecim legendū est apud Pliniū. In antiquis exem-
 plaribus numerus ille corruptus est, ut in quibusdā desit, in nonnul-
 lis duūm, non decem legatur. Verū Plinius libens facit: ut octo de-
 narios pro uncia dicat: Quod aut Plinius modulos et numeros ex
 Dioscoride mutet interdum, seruata tamen proportione, exemplū
 est in mentione hyssopit: Similiter, inquit, fit hyssopus ē Cilicio
 hyssopo uncijis tribus in duos congios musti coniectis, aut tufis in
 unum. Dioscorides: ὑαστωπίτης ὁ εἰς τῷ κιλικίου ὑασώπου κέλλισός
 ἐστι. Δεῖ δὲ εἰς τοῦ κεραμίου τὸ γλέυκους λίπαν μίαν τὸ ὑασώπου κε-
 κομμένων τῷ τοῦ φύλλων προσδιδόνται. Hyssopites, inquit, qui ex

hyssopo Cilicio fit, optimus est, addere oportet amphoræ musti libram unam hyssopi foliorum contusorum. Hoc Plinius mutatis (ut diximus) modulis uerbiq; retulit. Idem est enim in amphorā, id est in octo & quadraginta sextarios libram unam hyssopi conijce re, & in duodenos sextarios, hoc est binos congios quadrantem, id est uncias treis. Hic obiter adnotandum, ceramium græcum idem esse quod amphoram, quod & eodem autore planum fit in mentio ne absinthiati uini, quam supra posuimus. Dioscorides de eleisif ha cite: ογιδες ί. ελεισφόσκου εις γλευκους αμφορέας ή εις ινερά μιον, κος εις, id est Saluiatum iua conficiuntur, si uncias octonas saluiae in musti amphoram, quod ceramium dicitur, demiseris. Idem Plinius de aromatite. Fit apud alios nardi & malobathri selibris in musti con gios duos additis. Dioscorides: ὁ δὲ διὸ συριακὸς νόρδον χαὶ κελτικὸς καὶ μολαχόθρου σκευάζεται οὐτως. ἐκ δέ τοι ίμικαναν λαβεών εἰς δίχονν γλευκους καθέτες. Dichum id est choas duos Plinius haud dubie congios binos transtulit. Dioscorides: ὁ δὲ οἶνός θινός σκευάζεται οὐτως. λαβεών τοι αγριας αμπέλου τοι ανθούς θεραπεύεται, μναῖς διύο εἰς μετρητὴν γλευκος πρὸς ίμέρας λ'. Εἴτε διυλίσσεται & πόθου. Hoc Plinius sic uerit: Fit è labrusca hoc est uite sylvestri, quod uocatur cœananthinum: flores eius libris duabus in musti cado macerati post xx dies mutantur. quod Dioscorides metretam dixit, Plinius caddum transtulit, quod & ipsum græcum est, sed utroque nostri utuntur. Metreta enim Cato & Colu mella utuntur. Est autem congiorum decem ut autor est Dioscorides libro quinto his uerbis: εἰς δὲ ὁ μετρητὸς χόρες δίκαιος. Decem autem congij sexaginta sextarios ualent, id est amphoram et quadrantem. Pollux tamen in decimo de uocabulis ait: Cratinum comicum metretam amphoram appellasse. Idem etiam Philochorum tradidit in libro quem de lingua Attica composuit, scripsisse caddū et amphorā apud antiquos idem fuisse: ideoq; hemiamphorū, id est semiamphorā, etiam hemicaddū dictū: uerū Epicarmū, caddum et amphorā ut distincta posuisse. In carminibus que apud Priscianū legun-

Ceranium.

Metreta & caddus.

leguntur caddus & amphora Attica pro eodē ponūtur his uerbis:
Attica præterea dicenda est amphora nobis,
Seu caddus, hanc facies nostræ si adieceris urnam.

Quibus uerbis significatur Atticā amphorā & caddū sextariorū
duorū et septuaginta fuisse. i. duodecim congiorū, quo fit ut Attica
amphora hemiola Romanæ fuerit amphora. Ego Dioscoridis op̄e
nioni accedere malim. De græcis quibusdā uocabulis nihil fixū sta-
tuere possumus, quandoquidē Plinius id præstare nō potuit, quip-
pe quū nec ipsis græcis de ea re cōueniat, quæ pro locorū urbiumq;
uarietate, ac tēporū fortasse, identidē euariarūt: nā et in hac urbe
(ut diximus) tot mensurarū ratio, à uicorū aut certe regionū magi-
stris reposcēda est, quam nemo unus tenet. Sed nec librā græcam
Plinius à latina distinxisse manifeste uidetur, quod meminerim
me adnotasse Hoc tamē tenebimus, amphorā et ceramī eandē mē-
surā, ut metretā et caddū, quod uerbi apud Pliniū et alios nostros
sæpe legiūr: Si quis tamen animaduertat orationē Demosthenis
quæ πρὸς τὴν λακρίτου παραγράφῳ inscribitur, mirabitur pre-
tiū uini importati in Pontū ex urbe quadā Thraciæ talentū argen-
ti statui etiā cū nauo & apparatu necessario, et tot ceramia ico-
soro naui importata esse. τὰ ἡ πρίλια τοῦτα πρόμια ὀχιδέες τὸ
πόντον εἰνισθόρω. Quibus uerbis coniçere licet ceramum Atticum
Demosthenis tempore minus fuisse amphora Romana, nisi potius
intelligamus ceramia Thracica nō Attica ex urbe Menda in Pon-
tum importata. In qua oratione stamnum & ceramum pro eodem
ponit: Medimnum etiam tenebimus sex modios capere, id est duo-
dequinquaginta choenicas, seu duodequinquagies binos sextarios.
Porro sextarium Medimni octo choenicas efficere, id est sedecim
sextarios: nam hemimedimus quatuor & uiginti choenicum est,
cuius bes triens à Græcis dissyllabo nomine nuncupatur, id est ter-
tiarius, sedecim choenices continens, & duos & triginta sexta-
rios. Triens aut hec triens uide dissyllabo nomine dicūr, octosci
licet choenices capiēs, sic ab eis dictis quod medimni sit sextarius,

Ceramum.
Thracicū idē
quod stānū.Choenix.
Tertiūs.
Sextiūs.

Quatuor choenices hemihectum dicitur, id est semisextarius medi
 mni, qd^d & hemihectū dicitur, ut apud Aristophanē Nubibus: ne
 pīdou vūv ēmoi ēt μὴ τετραμέτρον īσiv ὑμετέρον, id est fac nūc me-
 cum sponsonem ni tetrametrū sit semisextarius. Semisextarium te-
 trametrum appellat, id est quatuor mensuras continentē, quatuor
 choenicas scilicet. Est aut comica allusio ad carmen tetrametrum.
 Nam quod Socrates de pedibus dixerat poēticis, id Strepsiades
 poēticæ ignarus ad choenicas rettulit, quasi alia metra mensurasq;
 non nosset quascularia, ex cuius poētæ enarratore & ex Polluce
 illam medimni diuisionem collegimus. Quāq; hoc confirmat Har-
 pocration in lexico oratorio in uerbo ὑμετέρον: qui etiam medimnū
 choenicas duodequinquaginta capere dixit, & modium qui ēut &
 appellatur, octo choenicas. Quōd si medimnus sex modios Italicos
 capi, ut locupletissimis testibus comprobatur est, quū sextarius me-
 dimni sint octo choenicas, choenicē binos sextarios, et quaternas co-
 tulas capere necesse est: modius enim sedecim sextarios capi. Nec
 consentaneum est id quod à Polluce dictum est, cotulam tertiam
 partem choenicis esse, quasi scilicet choenix sesquisextarius Italicus
 fuerit: quo minus probanda Theodori Gazæ uiri medici opinio,
 qui sextarium quodā in loco uertia. Nihil aut certius inueni quod
 apud Hesychiu legitur, qui Anastasii imperatoris tempore scripsit,
 cum res Romanæ iam Græcis hominibus planè innotuissent: Cya-
 thus (inquit ille) capit liquoris uncias duas. Δέχται δὲ κύων &
 ὑποῦ τίνος οὐσίας δύο. Si Cyathus uncias duas capi, et sextarius
 iugur uncias capit quatuor & uiginti id est centum nonaginta
 duas drachmas: & sic ad momentū extremū conuenit nobiscū He-
 sychius. Nec cyathus decem drachmas sed sedecim capere compro-
 batur, qui numerus duodenario multiplicatus duas libras conficit.
 Hesychiu aut de Romano cyatho locutum ex eo patet quōd uncias
 duas Romano uocabulo dixit: quare conjectā (ut arbitror) proba-
 tionem habemus. Comperto enim cyathi modulo, reliqua dubia es-
 se nequeunt. Herodotus in Polymnia, id est libro septimo de co-

pījs Xexis loquēs, Græciam inuidentis : ὅτι πεντηκοσίας τε μυ
 προάδλας καὶ ἔκγοσι καὶ οὐτῶν καὶ χιλιοάδλας πέτρας καὶ ἔκταχταίδλας δύο
 καὶ σκαλαρίδλας δύο ἀνδρῶν ἡγεμονεῖς πέντε διαρπέτου μέχρι ουπιόε
 δλας καὶ θερμοπυλών. Ita bis (inquit) et quinquagies centena &
 octoginta tria millia, et ducetos uiginti homines Xerxes ad Ther
 mopylas usq; duxit. Et paulo post: ὥστε οὐδέν μοι θωμάς περίσσε
 ται προδοῦνος τὰ βίτιθρα τοῦ πραμών εἰνιων, ἀλλὰ μᾶλλον ὅ
 κως τὰ στίπα οὔντε χριστα, θωμάς μοι μυριάσι. Καίντοι, Εὐρίσκε
 το ουμβαλλεόρδην. Τοιχοίνικας πυρῶν ἔκγεις τὸ ίμέρης ἐλάμ
 βανε, καὶ μισθὸν πλέον, ἔνθεκε μυριάδλας μεδίμνων τελεομέ
 νας ἐπ' ίμέρην ἔκγει. Καὶ πρὸς, βίηκοίοις τε σᾶλλον μεδίμνων
 καὶ τεταράκοντα. id est: Itaq; mirum mihi non uidetur quorundā
 amnīū fluentia defecisse tot hominū millia: sed quonā modo frumen
 tum suppetierū tot hominū millibus, id uero mirum uideri potest:
 siquidem ut chœnicē frumenti quisq; in singulos dies acciperet, ac
 nihil amplius, subducta ratione inuenio centena dena millia me
 dimnum quotidie absimi potuisse, et trecenta præterea quadragin
 ta medimna. Hoc loco uertendo Laurentius Vallenfis uir de lue- Vallenfis
 ris meritisissimus errore lapsus est tanto ingenio indigno. Sic enim erratum.
 uertia: Quo minus miror prodīum esse fluentia quædā non suppe
 ditasse: magis miror unde tot myriadibus cibaria suppetierint. Nā
 subducta ratione sic comperio, si singuli quotidie singulas frumen
 ti chœnicas, id est semodia nō amplius accepissent, absunta fuisse
 singulis diebus centū millia medimnorū, & trecentos ac quadra
 ginta medimnos, qui singuli constant ē senis modijs. Sic legitur in
 libris impressis: sed centum & decem millia Laurentiū scripsisse
 non dubito. Mitto igitur quod illa uerba, prodīū esse fluentia non
 suppeditauisse, male uersa sunt: quia Herodotus id affirmare uide
 tur, amnium fluentia prodiisse, hoc est destituisse exercitū tan
 tum. Hoc igitur ut militamus tanq; ab interprete aliud agente uer
 sum, ne hoc quidem dixit Herodotus quid chœnix, quid medimnus
 caperet. At Laurentius utrumq; ex persona sua interpretatus, in

altero longe falsus est. Videamus igitur quonāmodo rationem īie-
rit, ut hēc uerba ad Herodotum adderet. In undecim myriadibus,
ut locutus est Herodotus, id est in centum ac decem millibus et tre-
centis medimnis mille ac centum hecatontadas, id est centenarios
millium esse planum est, hanc summā sexies ducere debemus ut ex
medimnis ad modios ueniamus, quo fit ut iam sex millia sexcenti de-
cem & octo centenarij millium fiant. Tū eam summam rursus du-
plicabimus, ut ex modijs semodijs fiant, id est choenices, ut Lauren-
tius uoluī: sic fiet summa centenariorū tredecim millia ducenti ac
triginta sex. Hanc centenariorū summam si ita partiamur, ut ex
centenarijs millenarij fiant quas chiliadas Herodotus appellat, fi-
ent omnino mille trecenti uiginti tres millenarij, & sex centenarij,
id est tredecies centena ac uiginti tria millia sexcenti homines to-
tidem & choenices. Restant quadraginta medimni in ducentos et
quādraginta modios diuidendi: & hi rursus in quadringtones octo
ginta semodios & choenicas, qui numerus predictæ summæ acce-
dit, ut sint tredecies centena uiginti quatuor millia & octoginta.
Qui numerus longe abest à quinquagies bis centenis millibus, &
reliquis numeris excurrentibus. Quare planum fit Laurentium
Vallensem nunq̄ non ferē acrem hominem & uigilantem, tamen
oscit anter hunc locum traduxisse, penē ut nihil pensi habuerit, &
lectoribus Herodoti qui Græcum non obseruant exemplar insi-
gnier imposuisse. Sed autorem eum cum Herodoto hātemus Me-
dimnum non latine modium, sed sex modia significare, quod Poli-
tianus ignorasse uidetur, et ante eum nonnulli librorum græco-
rum interpretes. Quare apud Plutarchum in Lucullo, quod le-
gitur Lucullum pœnuria cōmeatum pressum quum in Murida-
rem infestis copijs contenderet, triginta secum millia Galatarum
duxisse, qui totidem modia tritici portarent, existimo medimna le-
gendum esse: ut singuli senos modios gestauerint, homines præ-
ualentes corpore. Nam apud nos geruli frumentarij uulgo duode-
uos modios ex portu in horrea portāt: quare Galatæ homines præ-
ualidij

uali di senos onere uiatorio modios gestare potuerunt, qui minores erant nostris, ut supra docuimus, quanto mensura rasa à cumulta distat: et præterea medimni illi fortasse minores erant Atticis. Huius tamen rei fides apud exemplaria græca sit, quæ nobis uide-re non contigit. Ut igitur mentem Herodoti assequamur de chœ-nice, age fac modium, non binas tantum chœnicas, ut Laurentius uoluit, sed octonas cepisse, id quod supra diximus: hoc posito, summa sex millium sexcentorum decem et octo centeniorum, nō du-plicato tantum, sed octuplicato crescat, fientq; duo et quinquaginta millia nongenti quatuor & quadraginta centenarij, qui bis & quinquagies centena nonaginta quatuor millia quadringentos fa-ciunt. Par est enim dicere bis & quinquagies centena nonaginta millia, & bis quinquagies millies centena milliesq; nonaginta. Sic in superiore numero tredecim millia ducenti centenarij, efficiunt centies tredecim millia & centies ducenta, hoc est tredecies cen-tena & uiginti millia. Ergo si bis & quinquagies nonaginta qua-tuor millibus et quadringentis chœnicibus, quadraginta medimnos, id est ducentos & quadraginta modios addideris, & pro his octie es multiplicatis mille nōgentas & uiginti chœnicas, fient in summa bis & quinquagies nonaginta sex millia trecenti & uiginti uē-ri & totidem chœnices, & computatione græcorum myriades qui-gentæ & uiginti nouem, & fræterea sex millia trecenti ac uigin-ti uiri. Myrias (ut sæpe dixi) decem millium numerum signifi-cat. Apud Herodotum autem numerus hominum legiūr myria-des quingentæ uiginti octo, & tria millia ducenti & uiginti: ita fit ut numerus chœnicum superet numerum hominum iudecim millibus & centum, quod errore calculi factum est, siue Herodoti culpa, siue emendatorum fuit. Intelligimus tamen (id quod quærī-mus) Herodotum censuisse chœnicem, non semodiū, sed modij octa-uam partem esse. Esse autem errorrem calculi in hoc loco nō magis mirū est, q̄ eo loco ubi tributorū Persidis fit mētio, ut supra adnotā-tū ē. Qd̄ aut in supiore calculo lapsus nō sim, q̄q loco lubrico, facile sciri

sciri potest, si quis numerum medimni, id est centum & decem milia trecenta & quadraginta sexies ducendo, ex medimnis ad modios transeat, sic enim iam fient sexcenta sexaginta duo millia quadraginta: quae rursus octies duceta, ut ex modijs chœnices faciam, fuent in summa, quinquagies bis nonaginta sex millia trecentæ & uiginti: tametsi siue uno, aut altero loco, siue in pluribus lapsu sim in summis supputandis, indulgenda mihi ueniam facile ab optimo quoque uiro promitto, modo ne calculi errore ductus, falso quippiam constituerim, id quod uitasse me omnino existimo: nec tamen (quae est humana conditio) temere aliquid affirmauerim, ut omnino regressum mihi ad maiorem etiam ueniam negem, quam ne ambitiosis quidem precibus & penè supplicibus (si res ita tulerit) exposcere grauabor. Quippe cum ne eximijs quidem scriptores extra aleam fuisse hallucinandi quotidie reuincantur: quo minus ita existimari uelim quasi mihi firmius aliud præsidium actionum etiam mearum omnium esse nedum scriptiorum credam, q[uod] in ara (ut ingenuo fatear) misericordiae situm. Quod si Cassiani quidam iudices tam præfracta inuenti fuerint severitate, ut omnem mihi ueniam spem abscissam esse pronuntient (id enim unum uereor) candidissimum quenq[ue] lectorem (ut spero) licebit appellare, h[ab]etq[ue] supremum calculum porrigit qui ex bono & aequo ius dicunt de multa meritoq[ue] scribentium. Nam iure ad eos prouocandi sublato, quotusquisque experiri audeat, uel aduocata facundia fretus atque subnixus? Atenim in auspicio hoc opere nullum me iudicem reiecturum esse præfatus sum duxat non nesciu[m] iudicandi, nempe eo staturus omnino quod docti censuerint. Vbi nunc igitur illa fidutia operis arbitratu[m] omnium approbandi? Evidem non ideo haec dicenda duxi quod conscientiam non eandem nunc in fine suscepti operis feram, quam iam inde ferebam à primordio: neque ille animus concidit rei copertæ securitate præfidens, sed altiores spiritus in principio sublati ut attentionem mihi facerem, peroraturo me sensim submittere se debuerunt hominum benevolentiae: ut si deducenda re in iudicium et

pertra-

Deprecatio
ad lectores
& iudices
huius ope-
ris.

pertractanda aliquid imprudens offenderim, (ut est humana na-
tura tencris inoffensi nescia,) id iuri certo ne obfit; id uero ita con-
donari mihi postulo, si iure communi atq; omnibus usurpato postu-
lo, quod si mihi no negatur, nihil iam lectores moror quo minus de-
capue & existimatione mea in consilium statim eatur. Hanc enim
sortem (ut spero) deo bene iuuante in urnam coniecimus. Quapro-
pter Mineruā, Mercuriumq; huius generis iudiciorū præsides, po-
tentestq; uimq; omne imaginariā numinū prisci ævi suffragij s atq;
superstitione literarū studio præfectorū, oro atq; obtestor, si libe-
ralium disciplinarū antistites syncera iugiq; obseruantia colui, ex
quo primum, licet sero, his sacris initiatus fui, huius ut iudicij euen-
tum mihi bonum, faustū, felicemq; faciant. Cuius uoti compotē ita
futurum me sentio atq; exposco, si omniū maxime studiosorū hoc sa-
cramentum bona fide suscepi, constanterq; seruauit: qua uel una re
maxime dījs litarī solet ip̄s. Neq; enim tot stipēdījs Mineruæ fa-
ciendis æra unq; merentē me, nec questus ambituīq; blandimentis
ac signis philologicæ quisq; uidit emanstantē, sed nec uxor, nec libe-
ri eiusdem sacramenti iamiam futuri tyrunculi, procacissima duo
studiorum auocamenta, dieculā unq; mihi unam exemere temporis
literis destinati, dūtaxat quantum mihi licuit à munere publico fe-
riari. Utinamq; diuina benignitate commodior ante hac nobis uale-
tudo rebus cæteris competuisset: alacrem certe ac sui iuris animis
præstiteram, earumq; rerum curis uacantē quæ identidem inter-
pellare literarum studia dictūātur: quin ne sic quidē etiam missio
nem unq; ab statuīs ijs castris postulare certum est, quorum nunq;
emerita stipēdia strenuissimo cuiq; fuisse censeo, tametsi inter cau-
sarios profiteri multis ipse nominibus potuissim, et ad rem quoquo
modo immigrare faciendam, cuius siue constantiae siue pertinacie
exemplum a nullo adhuc nostrorū opinione, temporumq; iniuitate factū est,
ut res ijs literaria decoxisse uideatur, qui post adolescentiā, quum
causas ip̄s possent actiare, aut circa patrimoniu augendū quoquo
modo

Philologia

modo sat agnare, literarum studijs uacare maluerunt, quod genus otiare uulgi etiam prudentum & cessare appellat, uidelicet cuiusq; operæ nauatæ fructum in numerato positum esse credentes: philosophiæ, philologiæq; (qui est amor literatæ sapientiæ) in ania, ieuniuiaq; nomina cauillâtes, atq; ijs demum decora esse dictâ tantes, quos res atq; fides per ignauiam umbratilē socordiâq; defecerint. Nuper tamen instauratæ utriusq; linguae felicitate studia iuuenum nostrorum magnopere exarserunt: pauci enim literarum admiratione ducti pertinaci studio multorum emulatione excitauerūt, simul Italorū industria, q; libros ī dies alios atq; alios ediderunt, literarū bonarum nomen non pridē nostris inauditum, primum inuisum, deinde neglectum, postremo festiuum ac plausibile esse cœpi. Nunc etiam eosq; honori habitum, præsentim literarū græcarum autoritate (quæ ab initio ipsæ prodigiosæ, ac prope modum diræ putabantur) ut ijs qui maxime refractarij per inscritam futuri uidebantur, liberos suos ijs literis instituendos iam per cupide tradant, nominatim etiam quasi ex formula cauentes, ut literis bonis probatisq; eruditii reddantur. Hic iam est animorū habitus, tametsi paucis ad frugem bonam euadere contingit, non ingeniorum culpa (ut Francoastiges uolunt) sed hominū errore, q; paucorum annorum cultu acquiescentes, literarum & studij fructum in ima uena inquisitionis reconditum esse nesciunt. Sicut orum artificiorum indicaturam expolitio facit. Sed sic quoq; iuuat multos existere, qui uel præcoci fructu studiorum gaudeant. Et ad alia uitæ instituta transeuntes, partim honorem literatis habeant, partim etiam literatorum ipsi uideri numerū augere uelint. Est enim earatio animorum cultura, ut uel serotina, uel præmatura, uel incohata tantū, nunq; frugiperda sit. Qui aut uel quæstuarie etatis uel ambitui iam mature & accommodatæ dispendio, disciplinis etiam ciuilibus studere cûra compendijs psem instituant, rari inueniuntur hodie: quando perire id omne tempus putatur multorum opiniōe, quo nec res plenior fit, nec fastigiū hois crescit gerēdie magi

magistratibus. In rebus aut̄ humanis nulla (ut quidē reor) maior est indignitas, q̄ quū fortuna undiq; constās omniumq; rerū aut plurē marum secura literarū amoenitatem floccipendens, inertia ut blādam amplectitur, quod raro non euenit, aut quum studiū literarū flagrans in claris ingenij improbitate fortunæ res mediocris deficit. Sed ut ad me redeam, & si crimen nōdum agnosco, eiurare tamen ueniæ petitionē nolim, si ita forte commodū sit: etenim (ut est humani ingenij male firma natura) uereor nec ubi lapsus sim imprudens, quū tot localubrica pertransierim. Sed & illud subinde recursat, ne piaculare existimetur, aut certe suapie conditione inuidiosum, me hominē nulla autoritate nixū, nullis p̄ceptis magistrorum imbutū, maiestatem s̄epe Pliniani nominis attentasse, superioris æui opinione consecrati, q̄q non meū hoc exemplū, sed terrias iam manus (ut minimū) censorias pertulit, & sic quoq; doctorum sententia longe abest, ut ex reis falsi autoribus imposturæq; rememorariæ animaduerteretq; publice eximatur. Quot⁹ enim quisque hodie flagitijs eius adnotādū abstineat? (libri dico non autorū) ut quisq; commentantium aliquid potuit comminisci? Nec id mirū uideri debet: omnes enim iamdiu inquirimus ueritatem: quam per exoletissima utcunq; uestigia confusissimāq; inuestigasse palmarie semper existimatū est. Hac uia maiores nostri linguam utranq; bona ex parte restituere nobis. Quid ni igitur eorum uestigij in festentes, longissime etiam abstrusas repetamus reliquias ueritatis? In hac autem indagine maxime nos torserunt fallacia quædā mendosa que uestigia, que primore aspectu certa, in tenebras tandem erraticas ferebant. Ibi deprehensa cura ac uigilantia s̄epe hærere coacta est, cœptamq; interdum inquisitionē abrumpere animi destinationem subita. Reuocabat me subinde reprehensabatq; absoluendæ rei desperatio, uerebarq; interdū, si per confusanea perplexaq; uestigia rem indagare pergerem, cuius extū certū inuenire nō esset, ne in ambigiosum quoddā opus insinuarē incautus. Hic si quis à me querere institerit, qui fieri tandem potuit, ut idem autor

Plinius

Plinius in diuersis exemplaribus sui prorsus dissimilis factus sit?
Hoc enim s^ep^e affirmauimus: Huic ego primū illud Homericum
respondere non dubitem, ex libro Iliados unde uice simo:

Αλλὰ τί κεν πέποισμοι. θέος δὲ πόντος τελευτᾶ,
πρέσβεις διὸς θυγότηρ ὅτι, ἢ πόντος ὁστοῖ.

Sed quid agam? dæmon proles Louis, omnia uersans,
Euentu uario, nulli non officit Ate.

Ata. Quid enim aliud causæ esse dicam, q^{uod} quād dea quādam potētiaq;
malefica per omnia humana acta bacchatur Ata nomine, stygij Io-
uis filiarum natu maxima: quæ homines infortunio quodam sem-
per afficere gliscit, humanis ipsa rebus exiūm nunc dirum, nunc
noxiūm et incommodūm inducens. Hanc ego Atam latine Noxam
appellare soleo: Hebræi Satanam appellauerunt. Deinde illud
Virgilianum addam ex poëmate Georgico:

— Sic omnia fatis

In peius ruere, ac retro sublapsa referri,
Non aliter quam qui aduerso uix flumine lebūm
Remigij subigit, si brachia forte remisit.

Et reliqua. Nam & Plinii.. ipse si nunc reuiuiscat, & ab eo quæ-
ratur, cur multis in locis commode intelligi nequeat, sic forsan re-
pondeat, ex eodem poëta.

— οὐδὲ οὐν ὀρθός εἴμι,

Αλλὰ σὺ μοῦρος καὶ νεφοῦτος ἐριννύς.

Haud ego causa fui, stygius sed luppiter, atq;

Eumenis in tenebris graffans, ac parca maligna.

Id est, Nolite committere ut id mihi uitio uertatis, cuius ego inson-
tem planè me ostendere possem, & cuius culpa debet in Iouē illum
stygium, ac parcas ipsas rei^cci, Erinnynq; illam dirā tenebrarum
incolam, quæ maleuola numina, rebus humanis infensa maleficam
noxam inteturbandis & corrumpendis operibus actisq; mortalium
omni hora summittunt. Profecto admirari s^ep^e subit tam late ser-
pissime errorum contagia, ut omnia exemplaria quibusdam in locis

atidem

videm deprauata fuerint. Sed sic natura cōparatum esse scimus, ut situ squaloreq; omnia obducantur, quæ diu cōdita in lucem non proferuntur: ut terras incultas senticeta occupent, segetesq; neglectæ lolijſ & carduis præfocentur. Hac ratione antiqua uolumina seculis imperiis uitiata sunt, exemplaribus alijs alijsq; transcribēdis. Sed iam à digressu in uiam redeundum. Ex loco igitur Herodoti supradicto argumentū habemus ualidissimū, choenice frumenti eam esse mensurā, quā unus homo quotidie absumere possit. Est enim choenix (ut ait Suidas) cibarium diurnum: ὁ χοῖνις ἦ μηρός τροφὴ. Declarat hoc & illud uulgatum Pythagoræ symbolū. οὐχί χοῖνις μὲν καθίστηται. Super choenice ne sedeas. Cuius est hæc sententia: Quum unius diei uictum paraueris, ne eo statim ac quiescas, id quod facere solent, qui in diem uiuere dictinantur, in crastinum non prospicientes. Quod sciuū à sensu humano potius q̄ diuinitus emanauit: Nam dominus noster sectatoribus suis contrarium dogma tradidit, sed & omnibus Christianis hoc quod dā modo genus uitæ præscripsisse uidetur, quū in oratione inquit: Panē nostrum quotidianum da nobis hodie: & sic quoq; in diē orare nos docuit, ut docet Cyprianus in enarratione oratiōis dominicæ. Quo fit ut tantū inter quos dā homines hiantes auaritia, & inter ueros Christianos conueniat, quantū inter Aristippū & Diogenē. Huic (inquiet aliquis) huiusmodi ueritatis prisca reputatio, nunc inter prudentes risu excipi solet: perinde quasi euangelio lege tacito cū sensu mortalitatis Christiani homines soluti esse possint, nec eo etiā hodie iure genus humanum teneatur, quod moribus in desuetudinem abiit. Sed melius est nunc eam disputationem non attingere, quæ priuatum sibi otium poscit. Homerus Odyssaea decimonona circa principium choenica pro cibo uel pane potius accepit, apud quem Telemachus Vlyssis filius ad Eurycliam nutrice ita inquit:

Oὐ καὶ ἄργον ἀνέξομαι ὅστεν οὐκ γέ

Χοῖνις & ὄπλιται, καὶ τιλόθεν ἐπιλαουθώς.

Nam quencunq; mea dignabor choenice, prorsus

Chœnix.

Haud cessare sinam, quanquam procul aduena fertur.

Hunc hominem quanquam ex longinqua regione hospitem, domi tamen inertem sedere non patiar & panem meum compressis manibus esitare. Athenaeus libro tertio autor est Clearchum quendam

Onomato uerborū aucupem ex ijs quos ipse onomatethetas uocat, quasi uerthetes. borum innouatores, nominumq; aucupio gaudentes, choenicem hemerotrophidem appellare solitum: quod uocabulū diurnum alimen tum significat. Proinde si choenicem pro duobus sextarijs intelligamus, ut certe intelligere debemus, is erit modus diurni cibarij, ut miles quisq; Darianus octonis diebus frumenti modiū unum accipere debuerit, id est sesquimense medimnū. Hæc mensura (ut arb

Comor. tror) gomor ab Hebræis dicitur. Statuta enim à domino hæc mensura erat colligendæ utriūm mannae in singulos dies, ut scriptum est Exodi xvi. capite. Rabanus tamē tres choenicas epississe dicit. Sed ijs quæ diximus de choenice, consentaneū esse uidetur id quod à Marco Catone dicitur, quod in uulgatis exemplaribus mutilatum est: Familiae, inquit, cibaria, qui opus faciet per hyemē truici modios quaternos, per æstatē modios quaternos semis: uilllico, uilllicæ, epistatae, opilioni modios ternos, cōpeditis per hyemē panis pondo quaterna, ubi uineā fodere cœperint, panis pondo quina, usq; adeo dum ficos esse cœperint: deinde ad panes quaternos redito. Hacten illus ille. Hoc autem intelligere debemus, minore modo contentos esse posse, qui fulmentaria cum cibarijs habeant: uel qui opus non faciant, ut uilllicus & epistates, qui operis magis præfecti q; opera

Epistates. rīj sunt. Epistates enim curatorem operis significat. Docet hoc Columella libro duodecimo de officio uillicationis loquens. Cæterum quod illa uerba Catonis supradicta de menstruis cibarijs intelligentur, coniucere possumus ex usu antiquorum, quibus mos fuit (ut auctor est Donatus in Phormionem Terentianum) quaternos frumenti modios quolibet mense singulis seruis admetiri, idq; demensum appellatum esse uel à mense, uel à metiendo: ex quo more, inquit ille, Terentianum illud emanauit:

Quid

Quod ille unciatim uix de demenso suo suum
Defraudans genium compar sit miser, id illa uniuersum
Arripiet, haud existimans quanto labore sit partum.

Frugi enim mancipia minori mēsura sese tolerantia, peculiū inde
augebant. Id demensum Lucē duodecimo fitometriū dicitur, quod Sitometriū.
incōmode trūici mensura uersum est ab interprete. Hæc ego quū Panificiū
scriberem pistore accersiri iussi, ideo mihi notum, quōd pane ab eo Parisiense.
utebar, & ipse emercandi frumenti causa interdum ad me uenita
bat. Cum hæc igitur ab eo sciscitarer, uix tandem extudi ut fatere-
tur, uerebatur enim ut sensi, ne quid in panificū nationē imprudēs
effaretur. Sed quum fidē fecissem nihil me huiuscmodi cogitare
quod ille suspicari posset, eo ægre hominem perduxī, ut diceret ex
sextarij singulis nostris, id est binis medinnis trūici probi, panes
primariæ notæ sedecies duodenos minimū factitari. Primario aut
pani iam colto & tepido duodenas uncias lege municipali taxatas
esse, id est libræ nostræ dodrātem. Petenti autem quantum in fur-
fures abiret, respondit hemimedinnū, id est quadrante sextarij no-
stri. Porro secundarios panes pondo quaternū librarū fieri sole-
re quātum quini panes primarij penderent, quanquam singuli se-
cundarij pro quaternis tantum primæ notæ cederent uenirentq;. Id ideo institutum, quoniam nihil furfurum in eo pane esset qui ē
massa conficeretur cribro succreta pollinario, ideoq; huius cando-
rem in secundario pane compensari pondere. Cum pondera tunc
& panes expediri iussisse, ad libram parem propemodum respō-
derunt; tametsi uncia sæpe decedit in singulas libras, indulgentiæ
eorum qui legis custodes constituuntur. Est autem primarij no-
stri panis ea omnino magnitudo, ut qui plurimum panis esuet,
non ultra binos etiam recentes in singulos dies absunat, id est fin-
gulos in singula conuiuia, etiam districtis (ut fit) summis crustis.
Qui aut mediocris in panis esu sit, etiam dodrante Romano in fin-
gulos conuictus satietur. Hac ratione fit ut ē singulis modijs senide-
ni panes redigantur, qui octonis diebus uirūm sufficiunt, et quar-

ta pars supersit in furfures secreta. Celsus libro quarto de ijs loquens qui fluore alui laborat: Alia uia est ubi uelis suppressere, coenare, deinde uomere, postero die in lecto con quietescere, uestigere ungi, deinde panis circa selibram ex uino amineo mero sumere, tum assūm aliquid, maximeq; auem: postea uimum idem bibere: idq; usq;
Selbra diem quintū facere. Selbra panis tantū esse dico quantus est dimē
panis. diatus noster primarius. Hac igitur ratione cōperimus quaterno-
rum modiū excretam farinā affatim in mēsem suppeteret, ita ut
furfures supersint quartā partem implentes. Verum hoc de ijs in-
telligendum, qui liberaliora uitae instituta sequuntur: est enim alia
ratio sellulariorū artificiū, eorūq; qui artes operosas factitiat, quiq;
ijs opificijs uitā tolerant, que multa corporis fatigatione constat.
Hos enim uberioribus cibarijs uti, ac crassioribus necesse est, prae-
sertim quum cibarij magna parte pulmentarij uice utantur, ac ter-
ferē aut quater in dies epulentur: his ternos dodrantes partim se-
cundarij panis, partim postremē notae statuo: ad de etiam hesterni
panis, id est qui iam confederit, aut etiā ante triduū colti. Sed &
inter eos artificiorū uarietas, & corporū fatigatio refert: plusculo
enim pane gerulis opus est & helcyarijs, & id genus operis, q; sar-
cinatori aut futori qui sedentario tantū opificio incubunt. Artifi-
Chirobij. cij s igitur remissioribus, qualia sunt eorū quos græci chirobios ap-
pellant, quasi manu uictū queritantes, quos quidā uentrimanos di-
xerunt, quaterna(ut summū) pondo sufficient panis secundarij, id
Panis tria est quaterni dodrantes nostri. Verū pistores panificiū in tria gene-
genera. ra ferē diuidunt, in primarium panē, qui candidus dicitur, in secū-
dā notā panem qui ciuilis dicitur: hunc Celsus libro secundo auto-
pyrum uerbo græco appellat, cui nihil pollinis tenuissimo incerni-
culo ademptū est, & in secundo genere firmū uel inis alimentariæ
ponitur. Tertium genus cibarium appellat Celsus quasi plebeium,
quem infirmissimum esse tradit in alimenti ratione: hunc nostri po-
stremē notae assignant. Sic igitur statuo: Quemadmodū lautiore
uictu uentes binis libris Romanis cädidioris panis satiatur, quod
nec

nec corporis labore exerceantur, & pane accessionis uice utantur, sic artificibus remissioris operæ quaterna pondo suffectura dico panis secūdarij. Intensioris autem operæ mercenarijs, quales sunt baiuli, phalangarij, & malleatores, & alijs improbo labore lassescētes, quos Cicero quodā in loco fæcē urbiū appellat, ex Xenophon te in oeconomico, qui eos Βαρβαροὺς uocat, & ex Aristotele, ijs ut paulo plus quaterna pondo Romana tribuerim, sic crassioris panis, præsertim (ut diximus) quod pane iurulento pro pulmentario bona ex parte uescantur. Hoc conuenit cum dicto Catoniano, qui compediūs per hyemē panis pondo quaterna taxauit, ubi uineā ferere coeperint panis pondo quina, usque adeo dum ficos esse coeperrint: deinde ad panes quaternos redit. Pulmentarium enim tenue, id est ficos unius libræ loco cedere uoluit. Nullus est enim in urbibus etiam infimæ fortis mercenarius, qui non pulmetarium aliquod cum pane adhibeat in uictum. Panis noster cibarius quaternūm fit librarum: huius dodrantem, id est quaterna pōdo Romana cuius sufficere existimo, quod dodrans quaternos panes librales, id est Catonianos æquat. Nunc si ulterius ratiocinari placet, cōperi per cunctando ab illo pistore, ex medimno tritici probi octies duodenos (ut minimū) dodrantes panes confici, ita ut quadrans furfurum reliquus sit. Siquidē constat ex senis modijs tritici probi, id est ex medimno octenos cumulatos, & interdum octenos, & quadrante farinæ redire. Si igitur furfuribus cum polline confusis panes do drantales fiāt, ex medimno denos duodenarios, & octenos panes habetimi: ut facile est colligere, si q̄s in singulos modios senos denos panes numeret. Fiunt enim pro octo modijs farinæ octies seni deni, id est centū & duodecim. Nūc si in dies singulos ternos panes dodrantes numeremus, hebdomada qualibet paulo minus unum modium absument, ita duodecim dies quaternos modios absument, hoc est panes octoginta quatuor, quibus si duas addas hebdomadas, hoc est quatuordecim dies, qui duos & quadraginta panes poscunt, fiunt centum & uiginti sex. Restant duo panes ex

medimno. Ex quo fit ut quaterni medimni in undetriginta dies sufficiat. Et hactenus ita loquor, quasi quarta pars tantum in furfures abeat, et octo tantum duodenarij candidi panis ex medimno redeat.

Hoc enim a panifice comperi. Nunc si addas id quod ille retinuit, abunde quaterni modij in menses tricenarios sufficient, id quod Cato statuit. Compertum enim habeo ex ijs qui ex iurisdictione hoc inquirere potuerunt, & ex commentarijs Decurionum, posse ex medimno non modo octies duodenos, sed etiam eo amplius senos, octonos' ue redire, quod ille panifex fateri magis grauabatur, q infirmitati pergebat. Hæc si quis exacte aestimare uellet, omnino conueniunt cum Catoniano dictio, qui uillaticis operis per hyemem quaternos modios statuit, & quaternos semis per aestate, & cōpediis, id est ergastularijs seruis, qui uincitii fodiebant, aliud' ue opus faciebant, per hyemē panis pondo quatuor: & ubi iam intenditur labor, hoc est fossuræ tempore, panis pondo quina, usq; dum ficos ederent, quo tempore ad quaterna pondo eos redegit. Terna pondo nostra, quaterna Romana ualent, ut saepe diximus. Quaterna nostra, qui na Romana et quadrante: qui modus ijs statuitur, qui pulmentario non uescerentur, sed pane tantum esitarent. Ex hoc planū fit, que modulū Herodotus & antiqui per chœnicem intellecterunt, cui sese quipinta nostra haud dubie respondent. Hæc ideo longius repetenda duxi, quod mensurarum, ponderumq; modus mutua probatione deprehenditur. Age uideamus porro. Ex ijs quæ diximus apparuit, ex singulis modijs sedecim pondo candidi panis & semissim fieri, & large quartam partem in furfures abire, nam multo plus in actis municipalibus inueni. Diximus etiam supra, modum tritici probi uigintiquatuor libras, et eo aliquid amplius pedere: quare neesse est, ut quadrans furfuris semissim pollinis pendeat, ut tres modij quadrates, sedecim libras: reliquin autem quadrans octo libras pendeat. Non idem aut esse pondus panificio & tritico ex eo coniunctio, quod aliquid humoris in pane residet: id incertum esse & uarium ex Plinio uideatur li. xviii. qui Balearici tritici modios tricena fodo

panis

panis reddere tradit, sed circa Clusium & Senas fieri lege certa
 naturae ut tercia portio pani ad pondus grani accrescat. Catonis
 autem uerba significare uidentur ex singulis modijs tricena pondo
 panis redire: quaternos enim sextarios tricenis diebus taxat: & pau-
 lo post, quaterna pondo panis in dies statuit: qua ratione fit, ut qua-
 terni modij centum & uiginti pondo panis reddant. Ex hoc tamen
 constituere nihil possumus, nisi id quod supra dictum est. Verum illud
 atrox edum ex eodem Plinio lib. supradicto, quod ad rem mihi magno pe-
 xtrinere uisum est. Similago (igit) ex tritico sit laudatissima. Ex Afri-
 co iustum est modijs redire semodos, & pollinis sextarios qnq; na
 eni appellat in tritico, quod flocum in silagine. Præterea secundarij
 sextarios quatuor furfurumq; tantudem. Panes uero modio simila-
 ginis CXXII. est floris modio CXVII. Pretium huic annona media in
 modios farinæ, XL. asses, similagini castratae octonis assibus am-
 plius. Siligini castratae duplum. Paulo autem superius Plin. dixerat, è fili-
 gine lautissimus panis pistularumq; opa laudatissima. Ex Plinij igit
 tur uerbis hoc colligo, Africum triticum præstatiissimum fuisse: ex cuius
 farina primus similago quem & simila dicitur, cribro tenuissimo à Similago si-
 polline cernebatur, na ut ex polline teste secundarij ueluti simi- mila uero.
 la elicerent, et crassiore rursus polline à furfuribꝫ laxiore incerne-
 culo succerneret. Similagini autem pretium asses quadragenos in modi-
 os fuisse mediocri annona: qua ratioe duo medimni Romani, q; sex-
 tarij Parisinum faciunt, duodecimquaginta denarijs ualuerunt, hoc
 est duodecies quaternis. Quatuor eni denarij, XL. assibus ualuerunt.
 At castratae similagini eo amplius octoni asses in modios accedunt,
 & siligini castratae (q; fruges erat Italica, hoc est triticum delica-
 tissimum, & candidissimum) eius summæ duplum, hoc est asses se-
 nideni, in modios singulos. Quod ita intelligo, ut modij floris tenu-
 issimi huiusmodi siliginis senis & quinquagenis assibus uenerint.
 Quare subducta ratione constat duodecim eius modios, id est sex
 tarium nostrum sexcenis septuagenis binis assibus mediocri anno-
 na fuisse, id est sexagenis septenis denarijs; quæ minimo minus à

Pollis.
Flos.

nobis undenī francicis & dodrantibus, id est quinque denis solidis
 estimantur. Porro duodecim modij similaginis ratione à Plinio po-
 sita ex quatuor et uiginti tritici modijs siebant, quos sēpe iam di-
 ximus duos nostros sextarios æquasse, nisi quatenus rasa mensura
 à fastigiata distat. Quippe cum dicat Plinius ex modijs semodios
 redire, & pollinem primarium & secundarium restare, ex siligi-
 ne autem Campana (ut ipse inquit) quaternos sextarios redire iu-
 stum erat, hoc est modij quadratrem: quo siebat ut duodenī modij
 quadratrem: quo siebat ut duodenī modij castraturæ ex duodecim
 quaginta siliginis modijs incerneretur. Et ita rationem tenemus
 & intelligentiam Pliniani dicti, quod haud scio an hactenus non
 intellectum transmissum sit à legentibus. Sed quod apud Pliniū

**Pliniū ex
plicatus.**

Pliniū locus

Siligo quid

Celsi locus

Ope pistoria

ibidem legitur, iustum est è grano Campanæ, quam uocant castra-
 tæ, è modio redire sextarios quatuor siliginis: fortasse similaginis
 legi debet. Et uidem post duos uersus: Duplum etiam pretium sili-
 ginis castratæ, ita intelligi potest, ut in modios sex & nonaginta
 assibus constiterit, id est, altero tanto amplius q̄ simila propter ra-
 tionem supradictam. Quod si recte apud Plinium in loco superius
 citato siliginis legitur, insignem intelligentem significare non mo-
 do granū delicatissimi & primarij tritici, sed etiam medullam sili-
 ginei grani. Id quod fortasse Celsus his uerbis significat libro secū-
 do ca. xvii. Ex tritico firmissima siligo: deinde simila: deinde cui
 nihil adeptum est, quod autopyrum græci uocant. Infirmior est ex
 polline, infirmissimus cibarius panis. Sic enim locus ille legitur in
 libris emendatis, licet & uulgatus mutilatus sit. Iuuenalis satyra v.

Sed tener & niueus molliq; silagine factus,
 Seruatur domino.—

Huiusmodi delicias frumenti hodie non habemus, ex quibus Roma-
 ni antiqui opera pistoria faciebant, quæ aliqui dulciaria, Suetoni-
 us mellita appellauit: cum inquit de luxu Neroniano loquens: Indi
 cebat & familiaribus coenas, quoru uni mellita quadragies fester-
 rum constiterunt. Quod ut credamus efficit Lampridius, qui de
 Helio

Heliogabalo loquens: Habuit (inquit) dulciarios tales & lactarios, ut quæcunq; coqui de diuersis edulibus exhibuissent, uel structores uel pomarij illi, modo de dulciarijs modo de lactarijs exhiberent. Celsus de his loquens: Scire (inquit) oportet mel & caseum inter ualentissima esse, quo minus mirum est opus pistorum ualentissimū esse, quod ex frumento, adipe, melle, caseo, constat. Ego cum Romæ essem annos abhinc decem, panem quotidie esitabam quo pontifex Iulius uescebatur. Erant panes paruuli quos quis facile inuolare manu posset, si bene memini, sed candidissimi & suauissimi, Panes lu.
Pō. Max. quales (ut arbitror) Plinius cxx. ex modijs singulis similē facti- tari solitos scribit. Erat tum annona percara Romæ & per Itali- am. Sed cum interrogarem quanti ueniret id trinicum ex quo tam laetus panis fieret, tantisper eum panem dicebant, ut cum rationem extemporali supputatione, & in digitos deducta inirem, eius farinæ sextarius noster amplius ducatis duodecim Romæ esse uideretur: quod an uerum esset non comperi, nec inquisiui: neque etiam tum meo uictu Romæ stabam, ut id inquirere succurreret. Similago orphidæalis à Græcis dicitur: Pollin autem rûpus. Pri Panes græ-
canici. mo loco apud eos ponitur semidalites panis qui fit ex similagine. Secundo chondriæ qui ex alica. Tertio aleuriæ, & deinde syn comistus qui triticea farina fit non succreta. Secundum hoc aleuriæ idem esse uidetur cum autopsyro. Sed illud animaduertendum in uerbis Catonis, quod uillaticis seruis solutis qui opus faciunt, quaternos modios in menses statuit, uincit autem seruis in dies singulos quaterna pondo, quod ut in eandem quantitatem reddit, sic conditionem uariam solutorum mancipiorum & erga- stulariorum facit. Illi enim peculium parsimonia augere poterant, ut ex Terentio & Donato diximus: hi in poenam dati ex peculatiis quoque erant. Ut autem hanc rationem colligamus, in medimno seni sunt modij, & in modio octonæ choenices, & choenix cibarium diurnum: ita medimno duodequinquaginta homines quotidie satiantur, ex Parisino sextario sex & nonaginta: sic

G 5 fit

fit ut modius Parisinus mille centū & quinquaginta duobus sufficiat. Porro Spartanus autor est, Seuerum Pertinacem imperatorem Romanum morientem reliquise canonem frumentarium in septennium suffecturum, ita ut septuagena quina millia modium quo idie absimi possent, id est sena millia duceni quinquageni sextarij nostri. Quo fit ut ratione predicta sexcena millia plebeiorū tesseras frumentarias acciperent in diem choenicarias: hunc enim numerum efficit modiorum iam dictorum numerus octonario multiplicatus, uel numerus sextariorum nonagesies sexies ductus. Hactenus de medimno, modio & choenice, & ijs mensuris quarū mentio superioris facta est: transeundum ad reliquas. Quadrantal latine dicitur schema mathematicum, quod græce cub^o dicitur, ut autor est Gellius: propter quod docti ferè quadrantal amphoram esse opinantur, propter formam tesserariam quam habet, & alioquin auctoritate Festi subnixi, id tamen non habeo quo modo constitutam. Iam primum Cato de uino græco loquens: Musti q. xx. in ahenum, aut plumbeum infundito, ignem subdito, ubi ebulliet uīnum, ignem subducito, ubi iam uinum refixerit, in dolium quadragenarium infundito, seorsum autem in uas aquæ dulcis quadrantal unum infundito, salis modium unum: finito muriam fieri: ubi muria facta erit, eodem in dolio infundito, post dies xxx. dolium oblinito, ad uer in amphoras diffundito. q. xx. dubium est utrum quadrantalia an quartarios intelligere debeamus, ut paulo post, aquæ marinæ quartarium unum ex alto sumito quo aqua dulcis non accedat, sesquilibram salis frangito. In antiquo tamen libro non quartarium, sed q. legiūr. Alibi: Postea sumito bituminis tertiarum, & sulphuris quartarium, conteruo in mortario per se utrunq;. Idem alibi: Vbi hauseris de mari, in dolium fundito, nolito implere, quadrantalibus quinque minus sit quam plenum. Idem: Vinum familie quo utantur musti quartarios x. in dolium indito, aceti acris q. ii. eodem infundito, sapæ quadrantalia duo, aquæ dulcis, q. i. haec rude misceto

Canon frumentarius.

Quadratal.

ter in die, dies quinq; cōtinuos. Hoc in loco quadrantalia pro amphoris quis intelliget? cum de uino odorato loquens quod non familiæ, sed domino concinnabatur: Post dies (inquit) XL. diffusio in amphoras, & additio in singulas amphoras sapæ sextarii unum. Rursus de uino Coo loquens: In dolium (inquit) quinque narium infundit aquæ marinæ quadrantalia decem, tum acina de uis miscellis decarpito de scapo in idem dolium, usq; dum impleueris: manu comprimito acina ut combibant aquam marinam: ubi compleueris dolium, operculo operito. Hoc quadrantali amphoram significare videatur, si quinquagenarium dolium à quinquaginta amphoris intelligamus. Iucundus Veronensis professione architectus, sed antiquariorum diligentissimus, nuper Catonem impri mendum curauit: in quo cum multa uerba emendauit restituitq;, tum cap. L VII. locum muillatum ita restituit: Summa uini in singulos homines intra annum quadrantalia octo: Quæ uerba si recte emendateq; restituta sunt, fateri nos cogūt quadrantali & amphoram idem olim fuisse. Cum enim octo mensibus Cato uinum familie bibendum statuat, id est à quarto ad duodecimum in eo numero comprehensum, quarto mense ternos congios taxat, & sequentibus usq; ad nonum quinos, nono, decimo, undecimo, & duo decimo singulis amphoram indulget: & eo amplius saturnalium & compularium nomine singulos uel binos congios in capite: fit summa sex & quinquaginta uel septem & quinquaginta congiorum, qui septem amphoras efficiunt. Quare octauam amphoram intelligimus lenigno additamento à Catone statutam. Rursus Plinius libro decimoquarto: Publius Licinius Crassus, & L. Cæsar censores anno urbis conditæ DCLXXV. edixerunt ne quis uinum Græcum Amineumq; clionis æris singula quadrantalia uenderet: hæc enim edicti uerba sunt. Tanta uino Græco gratia erat, ut singulæ ptiones in uno coniunctu darentur. Sic apud Plinium omnium exemplarium fide legitur: quæ uerbas non medosa sunt, hoc significat singula quadratalia uini græci, qd in tanta

Iucundus
Veronen.

Locus Plin.

tanta autoritate erat, ut semel in coniectu uno misceretur, octonis assibus, id est paulo plus ternis sestertijs numeris uenisse taxatione edictali. At Columella libro quarto ita inquit: Utq[ue] trecentis numeris quadragenae urnae uaneant, quod minimū pretiū est annonae, consumant tamen septem culei sestertiūm duo millia & centū numeros. Quadragesinas urnas uiginti amphoras ualere notū est, præsertim Columellæ aestimatioē. Quare Columel. maximā uini utilitatē nō infra quinos denos numeros in amphoras descendere affirmauit. Quod dictū omnino Pliniano loco refragatur. Nam & ipse Plinius alibi de Opimiano loquens, centū numeros statuit Opimiano uino, non inueterato, sed recenti aut etiā musteo. Hic ne octonū millibus legendū esse contēdamus, facit magnitudo pretij quod octoginta aureis aestimamus, id est tribus millibus & ducenis sestertijs. Nam & Plinius ipse eodē libro ita inquit, de pretio uini loquens: Rara quippe adhuc fuere, nec nisi importatis singulis testis millia nummū. Nulla autē testa minor esse potest amphora.

Quadrantal (inquit Festus) uocabant antiqui amphorā, quod uas pedis quadrati octo et quadraginta sextarios capiit. Plautus: Anus hæc sitū, quantillū sitū? modica est, capiit quadrantal. Quid si dicamus quadrantal uas ita dictū à Latinis priscis ut cybiū à Græciis: idq[ue] ex eodē Festo alibi his uerbis: Cybiū dictū est quia eius medium æque patet in omnes partes, quod genus à geometris cybos dicitur. Vnde etiā tessellæ quadratae cybi dicuntur. Nihil aliud de

Cybium. Loca Plinijs quædā deplo- quadrantalī constiuerē possumus, quod ad mensurā quidē modū perimet. De forma enim constat: nec de loco quidē Plinijs supradīcto. Hic enim est unus eorū quos cōploratos esse puto. Quod sequitur statim apud Pliniū in eodē capite in omnibus exemplaribus corruptum est: Quibus uinis autemas fuerū sua in mensa, M. Varro his uerbis tradit: L. Lucullus puer apud patrē nunq[ue] lautiū coniuium uidit, in quo plus semel Græcū uinum daretur. Ipse quum rediit ex Asia millia cadorū congiorum diuisit amplius centū. C. Censiūs quē prætore uidimus, Chium uinū in domum suā illatum dice-

dicebat tum primū quum sibi Cardiaco medicus dedisset. Hortensis super decem cados hæredi reliquit. In uetusto exemplari non cados, sed cadum legitur: quare non decem cados (quod ridiculū est) sed decem millia cadūm lego. Cuius emendationis subscriptorem habeo. Nonium, qui locum hunc ita citat in mentione cadi ex Varrone de uita patrū: Hortensis supra decē millia cadūm hæredi reliquit. In superiori autem loco non millia cadorum congiorū sed millia cadūm congiariū, ex uetustorum obseruatione lego. Sunt autem congiarij cadi qui congiū tantum capiunt, id est sex nos sextarios Italicos. Centum millia huiusmodi cadorū, amphoras ualebant duodecim millia & quingentas, & modios Parisinos mille quingentos & circiter sexaginta. Hortensi autem x. millia cadorū æstimare nō possum post uarietatem opinionum de cado: sed tamen non potest maior esse summa Hortensi quām Luculli. Culeus. Culeus mensura est uicenās amphoras continens, uel urnas quadragenās, qua nulla maior mēsura liquoris, ut aiunt illa carmina. Plinius libro decimoquarto de uinea Palæmonis grammatici loquens: Digna opera quæ in cecubis setinisq; proficeret, quando & postea sē penumero septenos culeos singula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenās musti dedere. Ac ne quis uictam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugribus scripsit: Hæc sunt (ut arbitror) mensurarum uocabula Græcis Latinisq; autoribus celebrata, quæ interdum ipsa ad speciem et formam quādam uasis, magis quām ad modum quendam certumq; referuntur. Nam quum Cato in instrumento uillici amphorā quin quagenariam enumerauit, eam intelligi uoluit quæ duobus sextarijs maior sit iusta mensura: ut nunc quadragenarios modios dicimus, qui modulis quatuor legitimam mēsuram excedūt: sic urnam quinquagenariam dixit Cato, quæ amplius duabus urnis legitimis capiat. Pro hoc Columella de uino dulci loquens: Quum deferuerit, inquit, in sextarios quinquaginta irim bene pīnsitam, nec plus unciae pondere addīto: quinquaginta sextarios pro amphora quīm-

Congiarius
cadus,

Culeus.

Quinque
naria ampha-
ra.

quinquagenaria dixit. Et rursus: Ex hac compositione quantum in sextarios musti quadragenos octonos adiiciendū sit, incertū est, quoniam pro natura uini estimari oportet quid satis sit. Ego tamē si humida fuerit uindemia, triente: si sicca, quadrante medicaminis miscere solitus sum, ita ut quatuor urnarū esset musti modus. Vrna autē quatuor et uiginti sextariorū, pro amphora octo et quadraginta sextarios dixit. At quū alibi ita inquit: Omne uinū quū condieris, nolito statim diffundere, sed sinuo in dolījs liquefcere: postea quū de dolījs aut de serījs diffundere uoles, uere florēte rosa defecatum q̄li quidissimū in uasa bene picata & pura transferto: si in uetus tate seruare uoles, in cado duarū urnarū q̄ optimi uini sextarium aut fecis generosae recentis sextarios tres addito. Hoc in loco amphorā dicere poterat nisi ad formā uasis respexisset. Sic Plinius cados cōgiarios dixit, ac si cōgios in cadū formatos diceret.

Cadus. amphoræ formā tesserariā esse docuimus. Cadiformā turbinatam, id est coni et strobyli, hoc est nucis pineæ simile fuisse ex Plinio intelligimus, qui lib. x v i i. de aloë loquens turbines cadorū dixit. Vt batur aut antiqui etiā ad salsamēta condēda. Idē Plinius x x x i i.

Amphoræ Quām & testis cadi salsamentarij tusis cū axungia ueterē ad paro tidas utūtur. Amphorā in ceruice gracilescere soluā ex Catone in telligimus, cū inquit: Amphorā defracto collo purā impleto aquæ forma. puræ. Columella: Dolia quoq; & seriae ceteraq; uasa ante quadragesimū uindemiae diē picāda sunt, atq; aliter ea quæ demersa sunt humili, aliter quæ stant supra terrā. Idem: Tum in serias singulas, quæ sint amphorarū septenū addito medicaminis podo uncia, scrupula octo gypsi. Seria formam certam uasis denotat, non certam mensuram. Plinius libro decimo quarto. Migna & collecto iam ueno differētia in cella, circa alpes ligneis uasis condūt, infodiuntque terræ tota aut ad portionem situs, aut coelum præbent: alijs impositis tectis arcent. Dolium autem quadragenarium & quinquagenarium Cato quum dicit, dubitari potest an quadranginta quinqua ginta ue congitorum, aut quadrantalium dixerit, an totidem

ampho

amphorarum: ut quum de græco uino loquens ita inquit: Musti. q.
 xx . in ahenu aut plumbeu infundito, ignem subditio, ubi ebullibit
 uinum, ignem subducito, ubi iam uinum refrixerit, in dolium qua
 dragenarium infundito. Et paulo post : Post dies triginta dolium
 oblinito, ad uer in amphoras infundito. Et rursus alibi: In dolium
 quadragenarium infundito aquæ marinæ quadrantalia decem:
 tum acina de uis miscellis decarpito de scapo in idem dolium us-
 quedum impleueris: manu comprimio acina, ut combibant aquam
 marinam: ubi compleueris dolium operculo operito, relinquendo qua
 interspiret: ut triduum præterierit, eximito de dolio, & in torcu-
 lario calcato, & id uinum condito in dolia lauta & pura et sicca.
 Hoc in loco quinquagenarium ab amphoris dictum accipio, quum
 ex eo dolia plura impleantur, quo modo ex quadragenario plures
 amphoras. Octonæ amphoræ modium nostrum faciunt, id est Pa-
 risinum, cuius iusta mensura sex et triginta congios nostros capit,
 quos uulgas sextarios nulla ratione uocat. Sic singulas amphoræ de-
 cem & octo quartarios nostros capiunt, hoc est sextarios Roma-
 nos duodequinquaginta. Quaternæ amphoræ semodios nostros fa-
 ciunt. Cadus uero noster quem lingua uernacula uestigia latinina
 tis retinens, Caccū uocat, & trientem modij facit, amphoras duas
 & bessem capit, hoc est duodenos congios Parisinos. Fidelia, in-
 quir Nonius, uas Samium ad plurimos usus. Persius:

Nec tamen inuidreas quod multa fidelia putet

In locuplete penu. —

Plautus in Aulularia: Sed si reperero o fides, mulsi congialem ple-
 nam faciam tibi fideliam. Eodem modo dixit congialem fideliam,
 quo Plinius cadum congiarium. Fideliam lingua nostra filietā cor-
 rupto uocabulo dicit. Orca uas erat Hispаниcū, ut ex Varrone coij
 cio lib. I. de re Rust. Sæpe ubi conditū nouū mustū, orcae ut in Hi-
 spania feruore musti ruptae, necnō & dolia, ut in Italia. Festus or-
 cae formā dat his uerbis: Orca genus marinæ belluae maximū, ad Orcas
 cuius similitudinem uasa ficaria orcae dicuntur. Sunt enim teretes
 atq;

Mensuræ
Parisinæ.

Fidelia.

atq; uniformi specie:cui congruit dictum Persij:

— Angustæ collo non fallier orcæ.

Licet Hermolaus lib. xxxv. amphoræ specie orcam fuisse auto-re Probo cùtato dicat: uas fuit uinarium oleariumq; & salsamenta-rium, atq; salgamarium: cuius ratio non mensura sed sua forma co-
stat. Dolia certam mensuram non habebant, sed quædam olim fieri

Dolium. capacissima ex Columella intelligimus, qui de picandis dolijs lo-quens, ita inquit: Sunt autem sesquiculearibus dolijs picis duræ po-do uicena quina satis. Sesquiculeare dolium Columel. triginta am-phorarum dolium appellat: quam iustumam mensuram et usitatam fu-isce ex eius uerbis coniucere aliquis possit. Dolia (inquit Nonius) uasa sunt grandia quibus uinum reconduntur. Virruuius lib. vi. si-gnificare uidetur legiūmam dolij olearij magnitudinem culearem fuisse, his uerbis: Cellarum autem magnitudines ad fructuum ra-tiones & numerum doliorum sunt faciendæ, que quum sint culea-ria, per medium occupare debent pedes quaternos. Plautus in Pseud. Anum illam dolarem, claudam, crassam Chrysidem. Ven-tricosa autem fuisse dolia ex supradicta loco Virruuij, & ex Co-lumella libro XIIII. admonemur: Sic enim inquit de uasis salgama-rijs loquens: Hæc uasa dedita opera fieri oportet patente ore, & us-q; ad imum æqualia, nec in modum doliorum formata, ut exem-plis ad usum salgamis, quicquid superest æuali pondere usque ad fundum deprimitur, quum ea res innoxia penora conseruet, ubi non innatent sed semper sint iure submersa: quod in utero dolij uix fieri posset propter inæqualitatem figuræ. Rursus Plinius dolij magnitudinem aliam ponit, libro nono de polypo loquens qui in Betica captus est: Ostendere (inquit) Lucullo caput eius dolii ma-gnitudine, amphorarum quindecim capax. Vina autem in dolius inueterascere non sinebant antiqui, sed in amphoras & cados dif-fundebant. Inde illud satyrici poëtæ:

Ipse capillato diffusum consule potat,
Et Horatii in epistolis.

Vina

Vina bipes iterum Tauro diffusa.—

Id est Tauro iterū consule in ueterari coepit. Plinius libro XIIII.

Apothecas fuisse & diffundi solita uina anno DXXXIII. Vrbis Diffundi
apparet indubitate Optimiani uini argumento, iam intelligente uina.

suum bonum Italia. Qui hunc morem ignorat, intelligere hic ne-

quit Senecæ dictum in quinto epistolarum ad Lucil. Ariston aie-

bat malle se adolescentem tristem, quam hilarem & amabilem tur-

bæ: uinum enim bonum fieri quod recens, durum & asperū u:sum

est, non pati etatem quod in dolio placuit, id est quod mustum ad-

huc, et à lacu recens maturum iam potui uisum est. Culeus modios

nostros duos & semis capiebat, id est sexaginta Romanos. Ma-

gnum autem uas fuisse ex eo apparet, quod in culeo scorteo dāna-

ti lege Pompeia cum cane et gallo & uipera insuebantur, ut apud

Tranquillum & Modestinū iuris consultum legimus. Cæterū Ca-

to cum dixit: Vinum in dolis hoc modo uenire oportet. Vini in

cuneos singulos quadragene & singulæ urnæ dabuntur, non ad

iustum mensuram respexit, sed ad morem negotiatorum, qui acces-

sionis nomine in singulos culeos singulas urnas stipulabantur. Cu-

leos nunc sesquimodiales habemus, id est duodenūm amphorarum,

cuius uocabulum uulgare ad latinum alludit, quo genere Ligeris

fluij accolæ utuntur. Est et aliud genus culei maioris captus, quos

Tonello appellant. Columella libro decimotertio: Odores autem

uino ferè apti sunt qui cum defruto coquuntur: Iris, fœnum gre-

cum, schenum, harum rerum singulæ libre in defrutarium, quod

ceperit musti amphoras nonaginta, quum iam deferuerit & ex-

purgatum erit, tum adjici debent. Et rursus idem: Cum ampho-

ras musti nonaginta in defrutario decoixeris, ita ut iam exiguum

superfit de coctura, quod significat decoctum ad tertias, tum de-

mum medicamina adjicito. Defrutarium appellat ahenum præ-

grande quo mustum coquitur, ad sapam aut defrutum facienda,

quo modo hodie quoque fit. Nam & Cato in instrumento uillici

ahenum unum XX. culeorum enumerat id est sexcentarum am-

phora.

Culeus.

Defrutarium.

phorarum, & aliud decem culeorum, quod ducentas amphoras capiunt. Quare apud Catonem dolium quadragenarium, quadragenum amphorarum capax intelligo, idque ex collatione locorum, licet cuius intelligere. Cato capite centesimo: Schoenii (inquit) & calamum in pila contundito, quod sicut sextarium unum: quadragenario in dolio confundito, ut odoratum sicut est. At uero Columella loco supradicto libram unam dixit satis esse nonaginta amphoris musti: quae ad terras decoctae, triginta fiunt amphorae defructi. Quare quoniam Plinius dicit de uinis quae in ueterauerunt: rara quippe adhuc fuere, nec nisi importatis singulis testis millia nummum: non de doliosis, sed de amphoris et cadiis intelligo. Quippe etiam alioquin uina diffusa exportabantur, nec in doliosis diu esse sinebantur, quae propter magnitudinem exportari facile non poterant, praesertim quoniam essent fistilia.

Batus. Batus et Corus Hebraica sunt uocabula, ut docet Iosephus lib. VIII.

Corus antiquitatum. Batus capit sextarios septuaginta duos. Corus autem medimnos Atticos unum & quadraginta, ut ipse lib. IIII. inquit circa finem. Quare corus maior erat modio nostro triticario, qui centum & quadraginta quatuor modios capit Romanos. Proinde falluntur illi qui quadraginta non medimnos sed modios capere corum scripsierunt, errorem eorum secuti qui medimnum, modium latine interpretantur. Strabo de Taurica cherroneo loquens, quam frumento abundasse scribit & ob id georgiam appellata esse: Λεύκωνας οὐ φασιν ἐν τῇ θεοδοσίᾳ αὐθινοῖς πέμπει μυριόδην μεταμυνοντες εἰς Λευκοῖς οὖτε Λευκοῖς οὖτε. Leuconē (inquit) autem ex Theodosia uicies semel centena millia medimnum frumenti Atheniensibus mississe. Quo loco interpres ducentas & decem myriadas modium transstulit, quum totidē myriadas medimnum Strabo scripsisset. Hæc amplius octoginta quinq. millibus modium nostrorum ualent. Hic licet estimare quanta fuerit liberalitas Hieronis Syracusanorum regis, qui, ut autor est Valerius libro. IIII. audita clade qua Romanis apud Trasimenum lacum afflitti erant, trecenta millia modiorum triticici, ducenta hordei, aurique: ducenta & quadraginta pon-

do Vr

do Vrbi Romane muneri misit: quod ne Romani nollent accipere, in habitum id Victoriæ formauit, ut eos religione motos munificencia sua uti cogeret. In alijs exemplaribus pondo ducenta quinquaginta legiatur: adeo numeri (quod sæpe testamur) in exemplaribus autorum omnium corrupti sunt. Nam & apud Liuum CCC. uiginti pondo leguntur, libro secundo de secundo bello Punico, his uerbis: Legati Syracusani in senatum introducti nuntiarunt cædem Caij Flaminij exercitusq; allatam, adeo affecisse regem Hieronem, ut nulla sui propria regniq; sui clade magis moueri potuerit. & paulo infra: iam omnium primū omnis causa uictoriā auream pondo CCCXX. afferre sese, acciperent eam tenerentq; & haberent propriā & perpetuam: aduexisse etiam CCC. mil. modiorum tritici, ducenta hordei, ne commeatus deessent, & q̄tum præterea opus esset, quo iussissent subiecturos: quæ ne accipere grauarentur, magnopere se patres conscriptos orare. Libra auri nō minus centum aureis solatis æstimari potest: quare ducenta quinqua ginta pondo ut minimū uiginti quinq; millibus ualuerūt. Quod si Liuum sequimur, eo amplius septem millibus donum illud fuit. Trecenta autē millia modiorum tritici duo millia modūm nostrorū & paulo minus centum ualent, etiā ut modios Italicos non Siculos intelligamus, quorum differentiam antea adnotauimus. Hæc, si æstimationem Ciceronianam sequamur (ut minimū) decies sextertium ualuerunt, et quinq; & uiginti millibus auri taxabuntur. Ducenta millia hordei quanti ualuerint, ex tritico æstimari potest. Hæc igitur liberalitas non tam magnifica quam munifica fuit, ex animo donantis æstimabilis magis quam ab opibus. Quartarium apud Catonem sic congij quartam partem significare existimo, ut tertiarium tertiam, & sextarium sextam. Amurcæ (inquit ille) in uas æneum indito congios duos, postea igne leui coquito, ruficula agitato crebro, usque adeo dum fiat tam crassum quam mel: postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium, conserito in mortario per se utrumq;. Columella libro decimoterio.

Libra auri.

Quartarium.

In sextarios duodequinquaginta fermenti libram, fici aridae ponendo quadrantem, salis sextariū, hæc subterito & subtrita cum quarto mellis aceto dilutio. Quarto sextariū in mensura pro quadrante congruū intelligo: ut in pondere pro quadrante librae. Nos brochum appellamus, sese quis sextariū Parisinum, qua mensura dimidio maior est urna: nam sedecim urne modiū nostrum faciūt, id est quatuor uiginti brochos. Vrna ut diximus etiam hemiamphoriū seu semiamphora dicatur. Illud admirari subit, quoniam modo modulos antiquos urbs nostra seruare potuerit, etiā græcos, quod ne magnipere miseret, facit quod etiam uerba ipsa græca lingua ipsa uernacula tot seculis saepius immutata retinet. Nam primū mediuū uocabulum lingua uernacula incolume penè seruat, secunda tantū & tertia litera intertrahit, minima uocans, quasiq; per syncopēn proferens, huius dimidiū diminutiue idiomate nostro formans. Modius autem Gallicum uocabulū est & aridorū & liquidorū mensuræ: non modum priscū, sed uariū pro locorum uarietate obtinens. In alijs uasis nostris & conditorijs et modularijs etiā etyma græca agnosco.

Cheopina Prima mensuraruū nostrarum deorsum auspicando cheopina à nobis dicitur, ex eo(ut arbitror) dicta, quod ea tantum funditur uel

Xenitive. **Pinta.** hauritur uini, quantū homo fitibundus uno haustu absumere possit. Hæc duplex pintam efficit: ex eo uocabulo detortam, quod Græci pīynam appellant, uas quoddā uinarium significantes. Ex pīyna enim per syncopen pinta, deinde transpositione pinta dicta. Pino

Hemisextus. enim græce bibo significat. Minima mensura hemisextus à nobis dicitur. Quid mere & integre græcuū est, hoc est dimiatus Xestes.

Xestes. Est enim Xestes hemina, ut superius diximus. His quæ demonstrati hoc corollariū addā, huius urbis homines non modo Romanas

Atticasq; mensuras usū linguasq; pertinacibus ad hoc æui conser-

Solonis dra- usse, sed etiam Solonis drachma & mensuris ab eo legislatore emolumatis uti hodie, id quod ex oratione Andocidis oratoris Attici prauris utitur bare facile est, quæ πιπὶ μυσηπὶ inscribitur. De statu enim Atheneis loquens post euersam triginta tyrannorum oligarchiam

pro-

propter quam populus in pyræum secesserat, psephismaq; id est plebiscitum quoddam referens ob componendam populi discordiam promulgatum, ita inquit: THO MONTHES EST IPE, EST DIE SE CONTRACTUS PROPLATATORUM, KAI THO THO PROPLATATOR. NON MOIS MULTICH RUM CHARACTERIS OBIS AWUT. KAI MULTICH RUM CHARACTERIS, XPROPLATATORIS, KAI CHARACTERIS DIFPACHYGRALES BIORUM CHARACTERIS, OBIS PIRE INCXPERWAST EN THO INCXPERWAST CHARACTER. Id est, si same non rulit, populusq; sciuit, ut Athenienses regerentur instrumentis patriis, legibusq; uterentur Solonis, eiusq; ponderibus et mensuris:

Simul ut legibus uterentur Draconis, ut anteactis temporibus fecimus. Ex his uerbis colligimus, mensuras Atticas ponderaq; ad auctorem Solonem relatas esse, quas cum Romanis ab Athenis cum legibus mutuati sint, & nos a Romanis acceperimus, appareat id planè conjectum quod astruendum duximus. Quartarium autem dicimus non quartam partem alicuius maioris mensuræ, ut Latini uocauerunt, sed uas quod quatuor mensuras caperet, id est quartinas cheopinas: sic tertiarum, quod tres. Porro quartarios quartinos sextarium nulla ratione lingua uernacula uocauit, quæ quidem hodie assignari possit in ijs mensuris quas habemus, quare latine congium potius que sextariū dixerim, ut Graeci choa dicunt.

Brockus à uerbo græco brecho dicitur, quod fundo significat. Brockus enim uas est fundendo uino accommodatum, implendum deplendisq; culeis & conditoris, & uino quoque modo transuasando. Hoc græci oenophorum ex eo appellant, quod comportando uiuino aptum sit. Inde illud satyrice dictum à Iuuenale:

— Tandem illa uenit rubicundula, totum

Oenophorum sitiens, plena quod tenditur urna

Admotum pedibus.—

Lagena uas est ea forma qua hydriæ fistiles hodie à Bellouacis importantur, à tereti enim collo distenta uentriss laxitas & uerum sensim ad imum gracilescit. Docet hoc Columella libro XIII. de seruandis malis loquens: Nihil tamē certius aut melius, inquit, experiri sumus, quam ut cydonea maturissima in lagena noua quæ sit pa-

Quartari.

Brockus.

Oenophor.

Lagena.

H 8 tentiss

tentissimi oris, detersa lanugine quæ malis inest, cōponantur leui ter et laxe, ne collidi possint. Deinde quum ad fauces usq; fuerint composita, vimineis surculis sic transuersis arctentur, ut modice mala cōprimant, nec patiantur ea quū acceperit liquorē subleuari, tum q̄ optimo melle uas repleatur, & reliqua. Plinius lib. x i. Summum gulæ fauces vocantur, postremū stomachus, hoc nomine est sub arteria iam carnosa inanitas adnexa spinæ, ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo fusa. Idem lib. xxviii. Auri grauitati prodest urina capri uel tauri, aut fullonia uetus calfacta uapore per lagenæ collū subeunte. In superiore tamē exemplo, antiqua quæ uidi exemplaria non lagenæ modo, sed lacunæ habent, uel lacū nīæ potius, hoc est flexuræ sinuosæ. Nec mihi lagenæ formā stomachus habere uidetur, qui cōsectionibus faciēdis aliquādo interfui, & stomachū cū uētriculo spiriu distentū uidi, potiusq; cucurbitæ formam leniter inflexæ, & ab summo imoq; tubulatæ habere existimari: nolim tamen hoc in loco periclitari ut aliquid de hoc

Stomachus
pprie dictus statuā. De stomacho proprio accepto Aristoteles lib. i. de historia animaliū ita inquit: τελευτᾶ ἡ θλίψ τὸ διαξώματος εἰς τὴν κοιλίαν σφράγισθαι φύσιν, καὶ τόσον ἔχων, καὶ ὅτι μῆκος καὶ ὅτι πλάτος. Per septū transuersum in uentre pertinēs, ibi q; desinēs,

Ventriculus natura carnosus & in longitudinē latitudinēq; intensionē admittens. De uētriculo aut qui abusue stomachus dicitur ab autoribus: οὐ κατίσταται τὸ οὐρηρόν οὐδοίσα τῷ πυρεῖον ισίν. οὐ πραλῶ ή τοῦ ἀντέρου μέτρον. οὐλλαγήσειτερώ πνευματικόν. Uētriculus aut hominis canino similis est, ut qui non multo intestino maior sit, sed similis intestino latiori. In his uerbis nihil simile dicto Pliniano uidetur. Quare Plinius de stomacho & uentriculo simul locutus esse uidetur sub stomachi nomine. Angustias enim stomachi excipit uetriculus in quo citus cōcoquitur, quasi in intestino quodā latiore, quā Cicero aliū appellat in secundo de natura deorum, &

Lagena. tortuosam esse dicit, quod non conuenit cū lagenæ forma. Lagenam nomen fuisse mensuræ testis est A. henæus his uerbis lib. vi.

Δάχνον ἡ μέσην λέγουσιν οἶνοις ὄνομα πρᾶξις τῶν ἔλλοντων, ὡς χόας
καὶ κρτύλης, χωρῆται ἡ κρτύλας κατίηκες οὐδέτεκα. Lagenā mē
suræ nomen esse aiunt apud græcos ut chum & cotulā, duodecim-
q. cotulas Atticas capere. Seria uas erat uariæ capacitatatis ad mul-
tos usus accommodatum. Colu.lib.xIII.de uino dulci faciendo lo-
quens : Tū in serias singulas quæ sint amphorarū septenū addito
medicaminis pondo uncia, scrupula octo gypsi. Erant enim seriae
grandia uasa ut dolia, unde uinū ad uetustatē seruādū in uasa mi-
nora diffundebatur. Idē: Postea quū de dolijs aut de serijs diffun-
dere uoles, uere florēte rosa defæcatū q̄ liquidissimum in uasa bene
ficata & pura transfrerto, si in uetustatē seruare uoles, in cado du-
arū urnarū q̄ optimi uini sextariū, aut fæcis generosæ recentis sex-
tariorū tres addito. Idem de myrtine uino loquens : Post nonū diē q̄
id factū est, uinū purgatur, & scrupulis aridæ myrræ seria suf-
friatur, operculūq; supimponiatur, ne quid eo decidat. Hoc facto
post decimū diē rursus uinum purgatur, & in amphoras bene pī-
catas, & bene olidas diffunditur. Ego tamen non aridæ myrræ
scrupulis suffriandā seriā puto, sed scopolis aridæ myrti seriā suf-
fricādā. Seriā oblonga forma fuisse puto, & in summo ceruicata. Idē. Colu. de salsura suillæ carnis loquens : Sed quum ad fauces se-
riæ peruentū est, sale reliqua pars repletur, & impositis ponderi-
bus in uas comprimitur : eaq; caro semper conseruatur, quæ tanq
salsamētū in muria sua permanet. Fidelia qua forma fuerit legis-
se me non memini, sed fictiles & uentreas apud Columellam legi-
misi. Hæc habuimus de mensuris quæ diceremus. Sed obiter uiden-
dum quid sit quod Apocalypseos sexto capite in descriptione tertij Apoca. le.
figilli legitur: Bilibris triūci denario uno, & tres bilibres hordei de-
nario uno. Hoc quum ego mirarer, græce sic repperi scriptum,
Χοῖνιξ σιζυ θλυπειον, καὶ Τεῖς χοῖνιμος ιριθὺς θλυπειον .i. Chœ-
nix frumenti denario, & tres chœnices hordei denario : ac sedice-
ret, quātū q̄s die uno frumenti absumere pōt, denario uno uēditur.
Interpres chœnicē triūci duas libras pēdere existimauit, & ideo

bilibrem transtulit. In quo uerbo exponendo Liranus scomnia narrare mihi uidetur. Inter scholia autem quæ in eū librū edita sunt, legimus chœnicem duos sextarios Romanos significare, quod quū sit uerum, non bilibris trinici sed trilibris uerti debuit, si sic loqui ne cesse fuisset: tantum enim pendet sextarius trinici Romani, quum modius iuste Plinio quatuor & uiginti pondo pendeat. Græce tam non trinici, sed frumenti legitur: quod quum sit nomen generis, libralis sextarius esse potuit si leuissimum genus frumenti appendetur, ut hordeum. Verumenimvero ut unde exorsa est hæc commentatio eò tandem cludatur, triens, quadrans, & alia nomina ab asse & uncia deriuata, non modo pondera, sed etiam mensuras infra sextarium, nummorumq; uocabula significarunt. Quare quū de mensuris dictum sit, restat ut de nummorum significacione, exempla citentur. Plin.libro. xxxiii. Nota æris fuit ex altera parte Ianus geminus, ex altera rostrum nauis: in triente uero et quadrante æra. Hic quadrans, teruntius aliter dicitur, de quo satius diximus. Erat enim assis & libellæ quartarium: deni autem quadrantes sextertium ualebant, & quaterni sextertijs denarium. Ita fit ut pro sporiula deni sextertijs darentur, quos denis caroleis & Sportula, id est centum quadrantes. semisse æstimandos esse dico. Caroleos nostri denarios, quasi dextantes aliquando uocarunt. Ita ut assēm, nostrū solidū esse existimemus, duodenos denariolos ualentem: tanti est illa sportula à Iuuenale Martialeq; decātata, quæ merces salutationum erat olim, & togati, id est comiibus & asseclis dabatur rectæ coene loco.

De qua luuinalis:

— Nunc sportula primo

Limine parua sedet turbæ rapienda togatae.

Sed quum summus honos finito computet anno,

Sportula quid referat, quantum rationibus addat,

Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est?

Martialis identidem centum quadrantes uocat, misellos appellas ob tenuitatem pecuniae, præsertum Romæ, ubi omnia cara erant.

ut ex præcedentibus liquet. Columel. hoc strinxit in præfatione
rei Rusticæ hic uerbis: An honestius dixerim mercenarij salutato-
ris mendacissimum auctum, circumuolitantis limina potentio-
rū, somniūq; regis sui rumoribus augurantur? Ex hoc tamen coniuge
re opes diuinū Romanorū licet, qui numeroſe turbæ quotidianam
hanc mercedem darent. Tranq. de initio principatus Neronis lo-
quens: Adhibitus sumptuus modus, publicæ cœnæ ad sportulas
redactæ. Augusti autem instituto diunes cœnam rectam dabant, q
maioris erat & liberalitatis & impensis: Propter quod Martialis:

Promissa est (inquit) nobis sportula: recta data est.

Sportulam enim præ recta contemnendam arbitrabantur. Idem
Tranq. in Domitiano: Sportulas publicas sustulit, reuocata cœna
rum rectarum consuetudine. Hactenus de sporiula. Sestans num-
mulus erat quadrante minor duas uncias ualens. Plin. libro supra
dicto: Populus Romanus stipem spargere cœpit, L. Posthumio,
Q. Martio COSS. tanta pecunia erat, ut eam conferret L. Scipi-
oni, ex qua is ludos fecit. Nam quod Agrippæ Menenio sextantes
æris in funis contulit, honoris id, necessitatibusq; propter paupertati-
tem Agrippæ, non largitionis esse dixerim. Vnciaria stips apud
eundem lib. XXXIIII. cap. v. dimidio minor est sextantaria, par-

ferme obolo nostro. Apud Græcos hæc ratio nummulariæ rei fuit,
ut obolus Atticus octonos chalcos ualeret, licet Plinius denos di-
cat libro XXI. Bini autem chalci, id est æreoli quadrantem effice-
rent, quod ab eis tetartemorium diciuntur, & per syncopem tetarte-
morum, ob id alio nomine dichalcum uocatum. Chalci autem quater
ni hemiobolium. i. semiobolus dicebatur: sensu autem chalci triens dice-
batur, immutata ratione sermonis: non enim triens dicebatur tertia
pars oboli, ut tetartemorii quarta, sed qd tres essent partes oboli,
id est, dodrans, ita sit ut triens maior semisse, id est semiobolo fu-
erit: ferè tamen apud Græcos triremorum, id est triens pro tertia
parte cuiusq; rei accipi solet, ut quum dicunt, Ττητημόριον ταλάνθρωπον
& τεταρτημόριον ταλάνθρωπον, id est tricentem quadrantemq; talentum,

Cœna recta

Sestans

Ratio rei nā
marie apud
græcos.

Chalcus.

Dichalcum.

¶ quadrantem diei pro sex horis. Theodorus Gaza in tractatu de mensibus: ἡμέρας ζηταροῦν πλακοῖσις καὶ ξύκωνται καὶ πέντε ὥριζόντων οὐ μητὸν ὁ ἐνισχύσθεντος ἐποίει τὸ πλάνον περιοδον, προσιθετοῦντος τῷ καὶ μορίου ἡμέρας ἐπ' ἔλασθον ὑπό τε τεστιμόριον τοῖς αριθμοῖς τοῖς ίλα. Dieb² igitur (inquit) trecentis & sexaginta quinq; si-

Triobolū.

natus nobis erit annus secundū solis ambītū, duntaxat addīta huic numero parte quadā diei quæ minuscula sit, & quadrans. Triobolū alio nomine hemidrachmū dicitur, senos enī obolos drachma efficiunt, ut autores sunt Plinius & Pollux, & alij. Trioboli nota ab altera parte effigiem Iouis, ab altera noctuam habebat, quam illi

Noctuam
Athenas.

glaucen appellant. Ex quo factum arbitror proverbiū, Noctuam Athenas, γλαυκὴ εἰς ὀθλώσ. contra eos negotiatores usurpatum, qui eas merces in emporia important, quæ ibidem uernaculae sunt & multæ, & ad auem noctuam referri uulgo soleat, quæ in Attica frequens uidetur. Tetrobolum quatuor obolos dicebant, hoc est bessem drachmæ: numisma erat habens effigiem Iouis ut triobolū, & postica parte binas noctuas. Diobolū duos obolos ualebat, qui triēs erat drachmæ. Obolus primā habet brevē, sed in cōpositiōe p̄ductā, ut in diobolo, triobolo, tetrobolo: πιῶβολον, τε πιῶβολον, διεώβολον. Cū ergo drachma Attica quaternis sestertijs Romanis ualeret. i. denario uno, sestertijs Romanus sesquiobolū Atticū ualuit, ut obolus oīno semissim nostrū & denariolū ualuerit, ac si septūciālē nūmulū haberem². Hac ratiōe diobolū septenos sestātes nostros

Tetrobolum

ualebat: quare Plau. in Poenulo quū dixit: Nō ego hō trioboli sum, nisi ego illi mastigiae exturbo oculos atq; dentes, sic intellexi, & ξιος πιῶβολον, ut Græci loquuntur, id est non estimandus triobolo Attico seu duobus sestertijs. sic alibi: Aruspex non homo trioboli: genitiui sunt schemate græco enuntiati. Et trioboli igitur hominem uocat uocabulo monoptoto, ut nauci hominē antiqui dixerunt & frugi. Idē in eodē Poenulo: Seruorū sordidulorum scorta diobolaria. Festus meretrices diobolares appellatas ex eo dicit, quod duobus obolis ducerentur. Diobolaria ergo scorta dixit tanti prostantia,

Homo triobo
li.

guāti. Diobolariis.

¶ mastigiae exturbo oculos atq; dentes, sic intellexi, & ξιος πιῶβολον, ut Græci loquuntur, id est non estimandus triobolo Attico seu duobus sestertijs. sic alibi: Aruspex non homo trioboli: genitiui sunt schemate græco enuntiati. Et trioboli igitur hominem uocat uocabulo monoptoto, ut nauci hominē antiqui dixerunt & frugi. Idē in eodē Poenulo: Seruorū sordidulorum scorta diobolaria. Festus meretrices diobolares appellatas ex eo dicit, quod duobus obolis ducerentur. Diobolaria ergo scorta dixit tanti prostantia,

quanti solidus noster est & sestas. Solidus noster (ut saepe dixi) notus eius est transalpinis et externis finitimi. Quem autem haec scriberet, ducatus unus probi characteris quadraginta solidis nostris permatabatur. Ceterum nos oboli uocabulum a græcis mutuati sumus. Romanii enim eo non utebantur. Quod autem recte hos nummulos est marim, his exemplis cognoscitur. Prostibula enim scorta & in luppenari prostantia sermone uulgari solidum unum merere dictinatur, quod conuenit cum diobolo. Bos etiam olim numisma erat Atticum, bouis nota percussum didrachmum alio nomine dictum. Inde hecatombœum dictum, quicquid duabus minis Atticis estimabile esset. i. ducentius drachmis. Inde Hecatombœa arma apud Homerum Iliados sexto, ut quidam uolunt, ubi Homerus permutationem armorum Diomedis & Glauci scripsit, cuius meminit Iustinianus in præfatione Pandectarum, & nos explicuimus in Annotationibus nostris. Ab eo numismate notum est apud Græcos adagium, βοῦς τὸν γλωττισθέντα. Bos super linguam suis est uel firmatus, contra eos usurpatum, qui aut pecuniae autoramento loquendi libertatem perdidenterunt, aut multæ irrogandæ metu quæ dicenda sunt reticent. Huiusmodi multi in Francia, ut alibi saepe fuerunt: quod genus hominum cum semper noxiuus rex bene gerendis fuit, tu uero illi deterrimi atque exuiaeles, qui non bouem modo in ore, sed ouem in fronte, uulpem in corde gerunt. Quod genus si à clavo summæ rei Gallicæ longissime summotum semper esset, longe melius prouidentia nobiscum uideretur egisse. Sed ad hunc locum pertinere uideretur, id quod ab Aulo Gellio dicitur libro x. noctium Atti. Coniectare autem (inquit) ob eandem causam possumus, quod Italia olim esset armentissima, multamque quæ appellatur suprema, institutam in singulos dies duarum ouium, xx. boum, pro copia scilicet boui, proque ouium poenuria. Sed quum eiusmodi multa fecoris armentaque magistribus dicta erat, ad: gebantur oues boues que alias pretij parvi, alias maioris: ea que res faciebat inæqualem multæ poenitione. Idcirco postea lege Aterina constituti sunt in oues singulas aeris demum,

Didrachmum.
Hecatombœum.

Prouerbium

in boues æris centeni. Minima autem multa est ouis unius. Suprema multa est eius numeri quæ diximus, ultra quam multa dicere in dies singulos ius non est, & propterea suprema appellatur, id est summa & maxima. Quādo igitur nunc quoq; à magistratibus populi Romani more maiorū multa dicitur uel minima uel suprema, obseruari solet ut oves genere virili appellentur: atq; ita M. Varro uerba hæc legitimæ, quibus minima multa diceretur, cœpū M. Terentio, quando citatus neq; respondit, neq; excusatus est, ego ei unū ouē multā dico. Ac nisi eo genere diceretur, negauerūt iustum uideri multā. Festus: Peculatus, id est furiū publicū dici cœpū à pecore, tunc quū Romani præter pecudes nihil haberent. Plinius libro xxxiii. Vtīna posset ē uita in totū abdicari aurū, sacra fames, ut celeberrimi autores dixerunt, proscissum conuicjū ab optimis quibusq; & ad perniciē uitæ reperiū. Quantū feliciore æuo, quū res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Troianis temporibus factū Homero credi conuenit, quanquā & ipse miratus aurū, estimaciones rerū ita fecit, ut centum boum arma aurea permutassem Glaucum diceret, cum Diomedis armis nouem bōcum, ex qua consuetudine multa legum antiquarum pecore constat etiam Romæ. Plinius uerba Gellij autoritatē, qui sub Adriano imperatore scripsit ita interpretanda sunt, ut multa Romæ pecore constaret uerbotenus: nam minima multa in singulos dies erat ouis unius estimatio prisca, id est denarius unus, seu asses deni. Summa autem multa triginta boum & duarum ouium estimatio, id est tria mil-

lia & uiginti æris, id est trecentæ et duæ drachmæ. Hoc cōsentaneum esse uidetur cum eo quod dicitur in lege ultima de modo multarū in codice Iustiniani. Illa enim lege omnes iudices infra p̄cōfusarem potestatem ultra quadrantem auri multare quenquam uentantur. Libram auri obryzi diximus centum & duodecim solatis aureis estimandam esse. Huius quadrans paulo minus triginta aureis coronatis ualeat, id est argenti drachmis trecentis. Proconsulare aurem imperium summam multam non ultra auri semissem dicere

tere poterat, id est aureos sexaginta. Hactenus coercita erat omnis
 potestas pro contumacia quidem punienda, aut leui admissa. Nam
 delicta priuata, ut concusso, & furtum, ulterius multari poterant.
 Hodie apparatores et uiatores, qui uel interdicto uel iussu iudicatum
 aliquid uel iubent fieri, uel uetant, ferè centum librarum argenti
 multam interminari solent, si quid contra iussum edictū ue factū,
 aut admissum fuerit. Eodem titulo permissa erat potestas præfe-
 ctio prætorio usque ad quinquagenas libras auri pro summo malefi-
 cio multandi, quod non ad dignitatem præfecturæ, sed ad flagitij
 atrocitatem referto: quum proconsul qui intra semissim arctatur,
 omne imperium habuerit, ut ex titulo de officio proconsulis intelli-
 gimus, et præterea ex principum Romanorum consuetudine. Mo-
 ris enim fuit principibus Romanis & Cæsaribus, ut accepta sta-
 titim purpura, tribunitiam potestatem & proconsulare imperium Tribunitia
 extra urbem assumerent inter alia Cæsarea dignitatis uel princi-
 patus insignia. Tacitus libro duodecimo: Virilis toga Neroni ma- proconsula
 turata, quo capessendæ reipublicæ habilis haberetur, & Cæsar re imperii.
 adulatio[n]ibus senatus liberius cessit, ut uicesimo ætatis anno consu-
 latum Nero iniret, atq; interim designatus proconsulare imperium
 extra urbem haberet, ac princeps iuuentutis appellaretur. Apud
 eundem libro decimotertio, Agrippina contra Neronē filium ex-
 candescens, & exprobrans quod matris beneficio, id est suo, Nero
 ad imperium assumptus esset: Balearum, inquit, suarū piscinas ex-
 tollebat, quum meis consilijs adoptio & proconsulare ius & desig-
 natio consulatus, & cætera adipiscendo imperio præpararetur.
 Lampridius: Interfecto, inquit, Vario Heliogabalo, Alexander ur-
 be Arcena genitus, Varij filius, consobrinus ipsius Heliogabali, acce-
 pit imperium, quum ante Cæsar à senatu esset appellatus, interfe-
 ctio s. Macrino: Augustumq; nomen idem recepit, addito etiam, ut
 & patris patriæ nomen, & ius proconsulare, & tribunitiam pote-
 statem, & ius quintæ relationis, deferente senatu uno die assume-
 ret. Capitolinus de Maximo & Balbino : Decretis ergo omnibus
impe-

imperatorij honoribus atq; insignibus, percepta tribunitia potestate, iure proconsulari, pontificatu maximo, patrii & patriæ nomine meruerunt imperium. & in M. Philosopho: Suscepta filia tribunitia potestate donatus est, atq; imperio extra Vrbem proconsulari.

In prætoriū Præsides autem prouinciarum, ius tantum prætorium habebant, quod inferioris erat imperij quam proconsulare. Vopiscus in Probo: Accepto igitur hoc senatusconsulto secundum orationem permisit patribus, ut ex magnorum iudicium appellationibus ipsi cognoscerent, proconsules crearent, legatos consulibus ius prætorium præsidibus darent, quas leges Probus ederet, senatusconsultis proprijs consecrarent. Ex quibus uerbis intelligere possumus præsidibus prouinciarum dari solitam à principibus pretoriā potestatem, & quibusdam rectoribus proconsularem: quod ius Probus imperator ad senatum detulit. Cuius hodie instar est, quod curia suprema præsides prouinciarum et præfectos ad ius suum adgit, & principum constitutiones prius animaduersas & consideratas promulgandi ius habet. Mirum uero mihi uisum est in numismatibus antiquis inter titulos imperatorios hoc non legi. Cōtra id, quod diximus de multa maxima apud priscos, exemplum apud eundē Gell.lib. nono, ubi de Appi Cæci filia loquitur, quæ ob unū improbū uerbū ab ædilibus multata est. Ob hæc mulieris (inquit) uerba tā improba, ac tā inciuilia ædiles plebei multam dixerunt ei æris grauis xxv.millia: id factū bello Punico primo. Vigintiquinq; millia æris ducentorū & quinquaginta boū multæ & quarunt, id est totidē aureorū nostrorū. quare (ut dixi) superius dicta non de multa maleficiorum et criminum, sed de multa contumacie intelligenda sunt. Nam apud Athenienses qui iure eo regabantur à quo iura Romana originem primam ducunt, magnas fuisse maleficiorum multas ex Demosthene apparet, qui in oratione ὑπὲρ Κρονίδου, quam contra Midiam habuit hominem prædiuitem, quodam loco ita inquit: ὅμης ὁ ἔρδηρος ἀθλωτὸς συντρώσεις ταλάρτῳ επιμέτατο. καὶ σκίτῳ γέντιῳ εἴρεω, δέοντο

πρόστομα γράφειν. καὶ οὐτε παιδία, οὐτε φίλους, οὐτε συγγενεῖς,
οὐθὲν ἐν πνοῦν ἐλεύσατε τῷ πρόστων ἐνέτοιο. Βοι αὐτεὶ iudices
Smicroni multam talentorum decem irrogasti, & totidem aliorū
Scitoni, ob id quod rogationem quandam iniquam & legibus ad-
uersam promulgasset: quam poenam nec eius liberi, nec amici, nec
cognitionis aduocationisq; eius intercessio supplex & misericordi
am implorans deprecari potuerat. Quin & ipse Demosthenes ac
ceptorum uiginti talentorum coniunctus ob silentium Harpalu uen
ditum, quinquaginta talentis multitatis est: quam summam cū nec
confidere posset, nec uinculorum tedium ferre uellet, clam in exi-
lum abiit. Hæc multa non minor est triginta millibus aureum co-
ronatorum. Hic operæ pretium est aestimare leges sumptuarias, nō
illas priscas quæ denos æris in dies singulos statuebant impensa
escariae, sed recentiores et post uictam Asiam latae, de quibus Gel Multa De-
lius libro secundo, sic inquit: Postea L. Sylla dictator cum legibus mostheni in-
priscis situ atque senio oblitteratis, plerique in patrimonij amplis
helluarentur, familiam pecuniamque suam prandiorum gurgiti-
bus proluissent: legem ad populum tulit, qua cautum est, ut ca-
lendis, idibus, nonis, diebus ludorum & ferijs quibusdam so-
lennibus seftertios tricenos in cœnam insumere ius potest asque es-
set: cæteris autem diebus omnibus non amplius ternos. Postre-
mo lex Iulia ad populum peruenit Cæsare Augusto imperante,
qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur: calendis, idibus,
nonis, & alijs quibusdam festiis trecenti: nuptijs autem & re-
potijs, seftertijs mille. Esse etiam dicit Capito Atteius edictum,
diui' ne Augusti an Tyberij, non satis commemini: quo edicto per
dierum uarias solennitates a trecentis seftertijs usque ad duo mil-
lia sumptus cœnarum propagatus est, ut his saltē finibus luxuriæ
efferuescentis astus coerceretur. In libris impressis seftertijs millies
& seftertijs mille legitur, q; aestimatiō nostra qnq; et uiginti aureis
aestimatur coronatis. Quod si Gelli. seftertia mille scripsisset, qnq;
& uiginti millia intelligere, si seftertiūm millies, cētuplicatō sum-

ma cresceret. Sed animaduertendum mihi uidetur à denis assibus leges ad septenos & semissim uenisse, hoc est ad ternos seftertios etiam Sylla dictatore, cuius priuignus Scaurus theatru luxu fidē excedente extruxit. Ridicula igitur lex Syllana mihi suisse uideatur, quæ id sanciret quod nemo sequeretur. Notanda igitur illa Augusti, quæ ducentos seftertios in singulas coenas taxauit, hoc est aureos quinq; nostros, & diebus festis trecentos: nuptijs autem & reponijs, id est postridie nuptiarum seftertios mille: quæ summa lōge abest à sumptu quem in nuptijs factitamus. Ex prædictis patet quid centuſſū apud Lucillium fuerit, id est quadraginta seftertios.

Centuſſis. iij, qui legē sumptuariam centuſſem uocauit ob centum assium taxationem, ut autor est Macrobius in III. Satur. Vnde coenæ ceterariæ à Tertulliano dictæ. Priscæ autem Romanorum paupertatis indicia sunt, quæ à Valerio lib. IIII. scribuntur de paupitate, ex quo uerba hæc transcribenda duximus: Itaq; cum secundo Punico bello Cneus Scipio ex Hispania senatui scripsisset, petens ut fibi successor mitteretur, quia filiam uirginem adulteriā tam ætatis habet, neq; ei sine se dos expediri posset, senatus ne respu. bono duce careret, patris fibi partes desumpfit, consilioq; uxoris ac propinquorum Scipionis, constituta dote, summam eius ex æratio erogauit, ac puellam nuptui dedit. Dotis modus XL. millia æris fuit, qua non solum humanitas patrum conscr. sed etiam habitus ueterū patrimoniorum cognosci potest: namq; adeo fuerunt arcta, ut Tatia Cæsonis filia maximam dotem ad uirum X. millia æris attulisse uisa sit. Et Megalia quia cum quingentis millibus æris mariti domum intrauit, dotatæ cognome meruit. Quæ draginta millia æris nostro numismate quadringentos coronatos ualent, quingenta milia æris quinq; millia aureorum. Propter quam summam per Antoniam Megalia dotata uocitata est. Dotes autem postea cre-

Dotata uisse ex Iuuenale didicimus, apud quem decies centena millia, & Megalia. bis quingenta legimus:

Bis quingenta dedit tanti uocat ille pudicam.

alibi.

E

Et riu decies centena dabuntur

Antiquo, ueniet cum signatoribus auctoribus.

Decies sestertiū (ut saepe diximus) quinq; & uiginti millibus au-
reorū nostrorū aestimari possunt. Hoc addendū: Seneca de consola-
tione ad matrem: Scipionis filiae ex aerario dotem receperunt, quia
nihil eis reliquerat pater. Aequū me Hercules erat Populū Roma-
num tributū Scipioni semel conferre, cū à Carthaginem semper exē-
geret. O felices uiros puellarū quibus Populus Romanus loco so-
ceri fuit. Beatores' ne istos putas, quorū pantomimae decies sester-
tio nubūt, q̄ Scipionē, cuius liberi à senatu tute ore suo in dotem &
graue acceperunt? His uerbis liquet decies sestertiū & decies ce-
tena idem esse. Strabo libro IIII. de Massiliensibus loquens: Σταθμοί
τῶν πόλεων τοῦ οἰκουμένης τῶν μεσαίων τῶν δύο ελάχι-
στον ἀντὶ πόλεων τοῦ οἰκουμένης τοῖς μεγίστησιν αὐτοῖς εἴκετε
χρυσοῖς, τοῖς εὐθύντοις πόλεσι, καὶ πόλεσι τοῖς χρυσοῦν κόσμον. πλέον δὲ
δύο εἴκεται. Frugalitatis autē uiræ & continentiae Massiliensiū ma-
ximiū hoc indicū existimari potest, quod dos apud eos maxima cē-
rum sunt aurei, & eo amplius in ueste quinq;, & in mundū mulie-
brem aureū quinq;: amplius autē doti dicere nō liceat. Cētū aureos
Romanos Strabonē intellexisse puto, tunc enim quū scripsit Stra-
bo, oīa Romanis parebat in Gallia. Ex predictis etiā apparet quā-
ti aestimari debeat sportulæ solēnes in prouincia Plimiana, quarū
fit mētio in epistolis ad Traianū, his uerbis: Qui uirilē togā sumūt,
uel nuptias faciūt, uel inēūt magistratū, uel opus publicū dedicāt,
solēt totā Bulen, atq; etiā ē plebe nō exigū numerū uocare, binoīq;
denarios uel singulos dare: mille enim denarij centū aureos ualeat,
duo millia denariū, ducētos aureos: quare illæ sportulæ tanti aut
pluris constabat, cū ipse dicat, na uereor ne ij qui mille homines, in-
terdū etiā plures uocat modū excedere, & in specie dianomes inci-
dere uideantur, id est diuisionis & largitionis. Criminōsum enim Dianome &
uerbum diuisionis erat propter ambitus suspicionē, sed in omnibus
Pliniū exemplaribus hoc uerbi uarie corruptū est. Nunc ut fausta
I ac feo

Loca in euā gelio expli- cata. ac felici clausula disputationem hanc peragamus, percurramus eā quæ in euangelio legūtur. Iam primū Matthæi decimo: Nonne duo passeres asse uæneunt? οὐχὶ δύο σπουδίος ἀσαρπίου πωλεῖται; asses duos sextantes nostros ualuit, id est denariolos quatuor. Et Lucæ XII. οὐχὶ πέντε σπουδίος πωλεῖται ἀσαρπίου δύο; Nonne quinque

As & assis. Dipondius. passeres uæneunt assibus duobus, id est dipōdios? Quare Cicero pro

Quintio dupondiū pro pecuniola posuit: Si dupondius, inquit tuus ageretur Sexte Neui, si in paruula re captionis aliquid uererere, nō statim ad C. Aquiliū aut ad eorū aliquē qui consulūtetur cucurrisse? Et Matthæi xx. Denarius diurnus tres solidos et semissim ualeat, quāti uinitores ferē cōduci solēt: συμφωνήσας μετὸς τριῶν ἡρ

Denarius diurnus. **yετροῦ** in Διωρίῳ τῷ ὑμέρῳ: pactus cū operarijs denario in diem. Quād autem denarius fuerit Romanus ex eo apparet quod ca-

pite xxii. dicitur: Ostendite mihi numisma cœsus: at illi obtulerunt ei denariū, in quo effigie Cæsaris fuisse dicit: διὸ προσβλέψας ἔντελος Διοκλεπίου. Ex quo apparet in denario fuisse effigie Cæsaris Augusti uel Tyberij, et tales hodie denarij circūferuntur, ne quis de eo dubitare possit. Plinius libro sexto. Annij Plocamij qui maris rubri uectigal à fisco redemerat, libertus, circa Arabiā nauigans Aquilonibus raptus præter Carmania, quintodecimo die Hippuros portū Taprobanes inuestitus, hospitali regis clemētia sex mensium tēpore imbutus alloquio, percotanti postea narrauit Romanos et Cæsare. Mirū in modū in auditis iustitiā ille suspexit, quod pares pōdere denarij essent in captiuua pecunia, quū diuersæ images indicarent à pluribus factos. Hæc Plinius uerba improbant,

eorū opinionē qui rei nūmarie aestimationem hodie constitui non posse putarunt, ea maxime ratione quod ut consulū & principū tēpore uariata pōderat numismatū fuerūt, ita pro cuiusq; percutiētis arbitrio nūmismatis pōdus et in dictatio euariauerit. Id quod Blondi opinio.

Blondi opinio. Flavius libro v. Romæ triūphantis affirmauit, anti quicq; dē ligentissimus inquisitor. Cum enim ad eam partē uenisset, & eam sibi transmitendā uideret: Hæc omnia, inquit, qualia per singulas

estates

etates fuerint examissim ostendere non magis difficile quam impossibile fuerit: non solū quia obscuris et nostra etate ignotis uerbis sunt à maioribus tradita, sed quia omnis ferè etas suā habuit cūdēdi uarietatem & formā. Videamus enim multos ex consulibus priscis sui uultus cuiusque nummos semper mensura et pondere uariatos. Quod maiore postea studio principes factūarunt. Et paulo inferius de talenti uarietate loquens idem penè pronuntiat, & ad extremū in genue fatetur se rem difficillimā & situ uerustatis obductam nec ingenio nec diligentia superare potuisse, cum nulla extaret prisco rum uolumina in quibus aperta dictorum uerborum mentio fieret. Ipse tamen libro tertio eiusdem operis cum hanc rem tentare uellet: Hanc nos difficillimam, inquit, numerorum & ponderum uerustissimam consuetudinem, ad nostri temporis collationem iniici hoc loco tractamus, quam infra suo loco tractare constituimus. Et paulo infra, cum in denarijs, quos aureos fuisse uolebat, & stimulis magnopere hallucinatus esset, centum millia aeris, id est primae classis censum sub Seruio rege, decem millibus ducatorum taxauit, quem nos mille tantum aureis coronatis estimamus. Nunc Cœsus prime classis.

redeamus ad rem. Ioannis sexto: Ducentorum deniorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat: Διοχετεῖων ἀργεῖον ἀρχεῖον ἀντίστησις ἀντίστησις οὐτοῦ βραχὺ πλάθη. Deinde subdit: Discubuerunt ergo uiri numero quinque millia. Ineamus nunc rationem. Duceūti denarij uiginti aureos nostros ualent, id est quinque & triginta Francicos. Commoda apud nos annona esse dicitur, quū terni primarij panes quincunx ueneūt, qui nūmūs uulgo albulūs appellatur. Si igitur cōmodam annonā sequamur, et qualis eo anno fuit quū hæc scriberē, in singulos Frācicos duodequinquaginta quincūces numerabim⁹: quē numerū si tricies quinquies ducas, mille sexcenti et octoginta quincunces fient, qui singuli quum ternos panes faciant, fuent in summa panes quinque millia & quadraginta: qua ratione unusquisque panem unum habere potuit, & sic pane satiari, quod cōuenire cum

dicto euāgelistæ non uidetur, sed fortasse carior erat annona Hierosolymis, id quod facile crediderim ex Strabone, qui agrū Hierosolymitanū sterile esse dicit: nam & hic sēpe panis primarius sextantibus uenit: qua ratione quatuor millia & ducēti panes essent. Marci etiam VI. ita legitur: ὅπερθύτες οὐ γορόσωμαν δικαιώματα πάντας, καὶ δῶματα τὸν φογῆν. Eamus emptum panes ducēti denarijs, et demus illis ut edant, quasi scilicet ducēti denarij satiare turbā tantā possent, quod apud Ioannē hyperbolice referatur, in quo agnoscimus stupore discipulorū, qui mirarētur dominū tantā turbā pascere uelle, quū id nō posse fieri arbitrarētur. Marci XII. καὶ λαθοῦσσαι μία χίρρος πλωχὴ τοῖς αἰτοῦσι, οἵτινες εἰσι καὶ πρότεροι τοι: et accedens una uidua paupercula, iecit minuta duo, quod est quadrās. Quadrantes autē æreos fuisse patet ibidē, ubi dicitur, ie-
cisse æs in gazzophylaciū, pro quo græce χαλκὸς dicitur. In Acti-
bus apostolorū, siue acta appellare malimus, capite xix. ita legi-
tur de exorcistis Iudeis: Multi autē ex eis qui fuerāt curiosa secta-
ti, cōtulerunt libros, et cōbūsserunt eos corā omnibus, et cōputatis
pretijs illorū, inuenērūt pecuniā denariorū quinquaginta milliū.
καὶ Εὐρώπην περιπολοῦσσαι πέντε. sic enim ad uerbū legitur, &
inuenērūt argēti myriadas quinq;. quod interpres recte trāstulit,
quinquaginta millia denariū, nō ut Plutarchi interpretes in An-
tonio et Pōpeio, millia nūmūm pro denariorū millibus, uertēs: qua
ratione quadruplo minor fit summa, ut supra adnotatum est. Hæc
summa quinq; millia aureorū nostrorū ualet, ne temere putemus li-
brorum summā à Luca Apostolorū scribā cōmemoratam: id enim
omnino admiratione dignū, tanti libros adiurationū comparatos.
Triginta autē argenteos, quos pretio Iudas perfidia indicare susti-
nuit Iudeis licentibus, nō triginta denarios fuisse propriea arbit-
tror, quod ubiq; argenteos legi, nunq; denarios, id est græce argy-
quo Chri- ria, non denaria. Scio hodie in æde diui Ioannis Lateranensis Par-
fetus diuen sis ostēdi argenteū unū, qui ex illis triginta esse dictitatur quos Iu-
das in templū abiecit, characterē diuersum à denario Romano ha-
bentem.

bentem. Habet enim effigie hominis non luscā eminente altera ma-
la, ut Romana numismata uisuntur, sed aduersam & integrā, &
à tergo flosculū, utrinq; nullo indice: pondus, ut cōjicere licet, non
enim attractatur, sed trans uitru cerniūr, didrachmū esse potest,
si satis cōmemini. Ex ijs autē quæ adnotauimus, alia quoq; cīa intel-
ligi & stimariq; poterūt, nec aliquid esse puto quod non sit à me de-
prehensum in ijs, quæ apud autores legi: unumq; tantum est, cuius
omnino periculū recipere in me nolim, quod apud Vīruuiū libro
III. legiūr, ubi de senario et denario loquitur his uerbis: Ex eo etiā
uidetur ciuitates Græcorū fecisse, uti quēadmodū cubitus est sex
palmorū, ita in drachma quoq; eo nūero uiterētur. Ille enim æreos
signatos uti asses, ex & quo sex quos obolos appellant, quadrantesq;
obolorum, quæ alijs dichalca, nō nulli trichalca dicūt, pro dīgitū ui-
gintiquatuor in drachma constituerunt. Nostri autē primo decem
fecerunt antiquum numerū, & in denario denos æreos asses con-
stituerunt, & ea re compositio nummi ad hodiernum diem denarij
nomen retinet: etiamq; quartam eius partem, quod efficiebatur ex
duobus assibus et tertio semisse, sestertium uocauerūt. Postea quo-
niā aduerterunt utrosq; numeros esse perfectos et sex & decem,
utrosq; in unum coniecerunt, & ficerunt perfectissimum decussi-
sexis. Huius autē rei autorem inuenerunt pedem. E cubito enim
quum dempii sunt palmi duo, relinquunt pes quatuor palmorum.
Palmus autem habet quatuor diginos. Ita efficiunt uii habeat pes
sexdecim diginos, & totidem asses æreus denarius, uel ut in alijs
exemplaribus, æratius, neutrū tamen recte: denarius enim nunq;
æreus fuit apud Romanos, nec drachma apud Græcos, sed ante ar-
gentum signatiū æreus decussis ut cētussis æreus fuit. Quare non
æreus sed æreos legendum est, ut ad asses referatur. Sed ex hoc
Vīruiano loco id habemus, quod supra ex autoribus Græcis colle-
gi, drachmam in sex obolos diuidi, & obolos singulos in quaternos
quadrantes, quos dichalcos, id est binos chalcos ualentes appellat,
uel trichalcos, id est ternos chalcos ualētes; sic fit ut numerus qua-

tuor & uiginti ex senario quater ducto impleatur: quare uerū esse
 non potest, quod apud Pliniū legitur in fine libri uicesimi primi,
 quod obolus decem chalcos habeat: aut enim obolus octo chalcos ha-
 buit, id quod nos diximus, et sic in quaterna dichalca diuidiūr: aut
 duodenos, si quadrates trichalci, id est ternarij fuerunt, quod non
 Athenis, sed alibi fuisset puto, sic ubi fuit. Quod aut sequitur, uidea-
 mus an uerū sit: Vult enim Virruuius Romanos sic denariū et eius
 partem ad pedis rationem retulisse aliquādo post argētum signa-
 tum, ut Græci drachmam & eius partes ad cubiti retulerunt: quo
 fit, ut sic denarius sedecim asses ualuerit, ut pes sedecim digiti os ha-
 bet. Cuietur nunc Plinius de hoc sententiam dicturus: sic enim in-
 quis libro XXXIII. Argentū signatum est anno vrbis DLXXXV.
 Q Fabio consule, quinq; annis ante primum Punicum bellum: &
 placuit denarius pro decem libris æris, quinarius pro quinq;, sester-
 tius pro dipondio ac semisse. Libræ autem pondus æris immi-
 nutum bello Punico primo cum impensis respublica non sufficeret,
 constitutumq; ut asses sextantario pondere ferirentur: ita quinque
 partes factæ lucri, dissolutumq; & alienum. Postea Annibale ur-
 gente, Q Fabio maximo dictatore, asses unciales facti, placuitq;
 denarium sedecim assibus permutari, quinariū octonis, seftertium
 quaternis: ita respublica dimidiū lucrata est. In militari tamen sti-
 pendio semper denarius pro decē assibus datus. Nota argēti fuere
 bigæ atq; quadrigæ, et inde bigati quadrigatiq; dicti, mox lege Pa-
 pyriana semunciales asses facti. His Plinius uerbis significatur pro
 pter pecuniaæ penuria factū esse, ut denarius sedecim assibus per-
 mutaretur: et tamē Virruuius ratiōe id dicit, nō necessitate factū,
 et suo etiā tempore, id est sub Augusto denariū sedecim asses ualuis-
 se. Sed rursus in dubiū uenit quod à Plinio dicitur: Si enim Fabio
 dictatore, asses unciales facti sunt, quonā modo id fieri potest, ut
 respublica dimidiū tantū lucrata sit, præserium quū superius dixe-
 ri: Plinius, in sexiātaris assibus quinq; partes lucrifactas: quum
 enim asses librales facti fuissent ab initio, si uncia pro libra obloca-
 ri po-

si potuſt, undecim partes lucrificatas oportuit: deinde ſi denarius,
 qui decē affibus ualebat, ſedecim permutari coepit, & ſeſter
 ius, qui duos & ſemis, pro quaternis, dimidiū lucri factū non eſt.
 Hoc melius ex Festo intelligitur, qui de hoc loquens ita inquit: Sex
 tantarij affes in uſu eſſe cōpere ex eo tēpore, quo propter Punicū
 bellū ſecundū, qđ cū Annibale geſtū eſt, decreuerūt patres, ut ex
 affibus, qui tū erant librarij, fierent ſextantarij: ut populus aere ali
 eno liberaretur, & priuati quibus debitum publice ſolui oportebat,
 non magno detrimento afficeretur: ſeptenioq; uſus eis fuīt ut prio
 re nūmo, ſed id nō permanſit in uſu. Ex hiſ uerbiſ dico initio ſta
 tim belli ſextantes poffibus locari coepitos, uel affes ſextantis po
 ndere, qđ id ē eſt. Poſtea uero Annibale arctius urgēte, quum Italia
 paſſim bello flagraret, aerariūq; ita exhaustū eſſet, ex ſextātarij ūn
 ciales eſſe decretos: & ſic dimidiū lucratā rēpu. que unciā pro ſex
 tate ſoluendo defungebatur, id enī dimidiū, refertur ad proximū
 affem ſextātariū, nō ad pristinū libralē. Fabiū & consulē & dicta
 torē fuīſſe certū eſt in bello Punico ſecundo, ut apud Liuium legi
 tur libro ſecundo, & libro 1111. de bello Punico ſecundo. Hoc autē
 quod dictum eſt à Plinio, factū eſſe credo anno tertio belli Punici
 poſt Cannēsem cladē, quo tēpore propter penuriā argenti trium
 uiri mensarij rogaſione Minutij tribuni pl. facti ſunt (ut autor eſt
 Liuius libro 111. eiusdē belli) apud quos triūuiros omne aurū, argē
 tum, & ſignatum certatim ab omnibus delatum eſt collatione uo
 luntaria, autore eodem lib. ſexto: qđ eo anno Liuius Fabiū Buteonē
 dictatorem fuīſſe prodiderit. Prīmde denarium illum qui ſedecim
 affibus permutabatur, non eum fuīſſe dico qui priu denis affibus
 ualebat, hoc eſt centenis uicerisq; uncis, ſed alium multo deterio
 rem, qui ſenā denas uncias frifcas ualebat, cuiusmodi quinarius
 octonas, & ſeſtertiuſ quaternas. Hoc & apud maiores noſtros Imminutio
 aliquando factitatum legimus inuenio regum in nummaria diffi
 cultate, ita ut argenti libra in immensum & ſtimaretur, & inde nū
 mi eadē ratio euderecetur: qđ pene niſi & argētū infeſtū et numiſma

Affes ſexta
rū.

parili ratione congruerent, cōmercia hominum expediri non pos-
sent. Quare (ut dixi) quonam modo illud dictum Virruuij intelle-
gi debeat, affirmare non ausim, nisi Virruuij, qui numeri utrius-
q; perfectionem hominum quoq; iudicio probare uolebat, proposito
suo astruendo inseruiuisse credamus: ut id quod aliquando diffici-
li reipu. tempore factum erat, pro legitimo atq; arbūrario appre-
henderit. Sed rursus Varro rem in controuerfiam reuocat, qui li-
bro primo de lingua latina sic inquit: Denarij dicebātur, quod de
nos æris ualebant, quinarij, quod quimos: seftertius, quod semis ter-
tius. Dupondium enim & semis antiquis seftertius est. Hæc uerba
Varronis cum uerbis Plinij lib. 111. ubi seftertiiorum meminit, indē
care uidentur seftertium qui erat ab initio, non eundem fuisse cū
eo qui tempore Varronis & Plinij ætate fuit. Eodem perimit uer-
ba Festi in uerbo seftertius. Hoc igitur ut constituere non ausim,
affirmare non dubitem me in ijs quæ dixi non esse hallucinatum,
propterea quod Plutarchum & Appianū autores secutus, & Sue-
zonium Tranquillum & alios, centenas drachmas uel centenos de-
narios, millenos æris, & quadringenos seftertios post tempora bel-
li Punici secundi ualuisse semper dixi. Quod si belli Punici tempo-
re ratio nummaria argenti ærisq; immutata est opibus Romanorum
accisis, finito statim bello in pristinum statum redijt: ut Fest
de assibus sextantarijs dixit. Pondus etiam denarij quum primum
signatus est, drachmale fuisse propterea existimo, quod nullam au-
toritatē idoneā memini quæ id falsum esse doceat: nā & præter
numismata à nobis enumerata, habuimus denarium unum uetustate
exesum, eodem cum alijs pondere, in quo ab una parte caput ga-
leatum erat, sub cuius mento x. litera uidebatur, denarij (ut conij
ciebam) nota: in auersa parte lupa erat stans sub arbore, capite in-
uentrem demisso, ubera infantibus præbens: quantum autē ex cha-
ractere fugiente percipere potui, infantes ingenicolantes manum
uberi cum ore admouebant, quibus lupa diuaricans corpore expor-
recto ubera submītebat. In infimo margine, Roma uerbum erat.

In latere, duo hæc uerba. Sex. Po. quod nomen consulis fuisse puto eius seculi, quo primum argentum signatum est. Arbor autem sic erat ruminalis cuius memini Festus. Itaq; in nummo aureo argenteoq; aestimando scrupulus nullus esse debet, & ut esse uerum ponamus quod à Varruio dictum est, in assis tantu & quadrantis sex tantiūq; aestimatione deceptus sum, id quod nihil ad magnarum rerum aestimationem deprehendendam obstat. Cæteru quod Plinius dixit, argentum signatum esse anno Vrbis quingentesimo octagesimoquinto, quinq; annis ante primum bellum Punicum, haud scio an perperam legatur, etiam si exemplarium omnium in eo una fides sit. Nam primum Eutropius historicus primum Punicum bellū contra Poenos suscepsum autor est, anno Vrbis CCCCLXVII. Quādo ergē Postea anno undēquadragesimo supra quingentesimum Quintus tum Romæ Fabius Maximus dictator aduersus Annibalem missus in secundo primū signatum bellum Punico. Porro defunctos Annibalī bello Romanos Macedo tum. nicum bellum excepit, anno quinquagesimo supra quingentesimum, eodem Eutropio autore. Quare oportuit signatum fuisse nummū argenteum ante annum quingentesimum, si quidem ante bellū Punicū primū signatus est. Deinde Eusebius in Chronicis autor est, argentiū primū Romæ signatum anno quinto post Tarentum à Romanis captum, qui fuit annus mundi quater millesimus nonagesimus uicesimus. Augustus autē triumphū Actiacum egit, à quo statim solus dominari coepit, anno mundi centesimo septuagesimo supra quinque millesimum, qui fuit annus Vrbis circiter septingentesimus. Atqui ab Augusti triumpho si annorum numerū retro colligas, ducentos ac quinquaginta ad bellum Tarentinum confeatum reperies: tot enim intersunt anni ab anno quater millesimo nonagesimo uicesimo, ad quinque millesimum centesimum & septuagesimum. Licet Eusebius à condita Vrbe usq; ad Cæsarū dictaturā annos septingentos & quatuor effluxisse dicat. Sed id parū refert ad id qd agimus inuestigandū. Deniq; L. Florus in prima epitome, secundam Vrbis Romæ aetate, à Bruto & Collatino cō

sulibus primis ad Appium Claudium, Quintum Fulvium consules ducentorum circiter annorum intercapidine terminat: ut primā aetate quae sub regibus acta est ducentorum quinquaginta. Appius aut Claudio consule Romanus populus mare primum transgressus est bellum gerendi causa. Ex libro aut Liuī quintodecimo nouimus paulo ante primū bellū Punicū, populū Romanum primū argento uti coepisse. Quapropter planum fit numeros corruptos esse apud Pliniū in loco supradicto, et ante annum quadringentesimum quinqueagesimum, secundū Luciū Florū, qui sub Hadriano principe scripsit, secundum Eutropiū qui sub Iuliano, ante annum CCCCLXXX. argenteum nummum extinisse. Nunc si Pliniū emendare uelimus, id facere poterimus eius scriptoris autoritate quem Plinius ipse se qui solitus est. i. Titi Liuī, qui in prefatione libri tricesimi, annos quadringentos LXXVIII. ab Urbe condita usq; ad Appium consulem, qui primus bellum Carthaginensibus intulit, fluxisse scripsit. Quare apud Plinium anno quadringentesimo septuagesimo octauo legendum est, si Plinins Liuium secutus est. Eutropius Liuium secutus esse uidetur, sed in eo discrepat, si ueri sunt apud eum numeri, quod anno quingentesimo quinquagesimo cœptum esse bellum Macedonicum aī: cum apud Liuium libro tricesimo legatur: Anno quingentesimo quadragesimo ab Urbe condita P. Sulpicio Galba, Gn. Aurelio consulibus bellū cū rege Philippo initum paucis mensibus post pacem Carthaginensibus data. hic rursus alius subqritur scrupulus, usque adeo apud autores numeri extantes negotiū lectionibus exhibent. Si enim à primo Punico bello cœpto ad secundum finiū tres tantū & quadraginta anni intersunt (id enim traditum Liuī in supradicta prefatione) quoniammodo si statim Macedonicum Punicū bellum secundum exceptū, ab anno quingentesimo & quadragesimo factum esse creditur, cum inter utrumq; numerum duo & sexaginta anni intersint. Simile est quod in epistole Liuī libri quadragesimi noni legitur. Anno sexcentesimo et altero ab Urbe condita ludoſ Dīi p̄ tri

tri ad Tarentū ex præcepto Sybillæ factos, qui anno primo belli Punici, quingentesimo & altero Vrbis conditæ facti erant. Et rursus in Epitome libri tricesimi primi, bellū Macedonicū cœptū esse anno quingentesimo quinto, quæ duo dicta planè refragātur ijs quæ apud Liuium leguntur, nunc aut̄ transmutenda, cum nihil ad rem præsentem pertineant, admonitione tamen digna. Sed ne de hoc loco Pliniū emēdando aliquis posthac dubitet, Pliniū ipsum testē in sese citabimus, qui eodē lib. alio loco ita inquit: Lucius Scipio transtulit in triumpho argenti cælati pondo M. quadringenta quinquaginta, & uasorū aureorū pondo centū millia anno conditæ Vrbis quingentesimo sexagesimo quinto. Hoc quod Plinius dicit anno quingentesimo sexagesimo contigisse, cōtigit post Antiochū uictū, que Romani post Philippū regē Macedoniæ aggres- si sunt, cū tamen bellū illud Macedonicū finiō demum secūdo bello Punico cœperū. Ex prædictis appetet uehementer illos falli qui numismata argentea ostentant, quasi à Bruto exactiore regū per- cussa, atq; etiam ab ipsis regibus signata. Non omnitudinem uide- tur in hac adnotandarum rerum sylua (quæ ut in memoriam ipse subeunt, sic in ordinem rediguntur) id quod à Thucydide lib. IIII. Peloponnesiaci dicuntur, milies singulos pedestres & classiarios binas drachmas in dies accipere solitos. De classe enim Athenien- sium loquens, quam & instructissimam & numero & pulchritu- dine nauī fuisse affirmat, ita inquit: Itaq; æstate una uniuersæ naues ducentæ & quinquaginta fuerunt: quæ res maxime pecuni- as eorū exhausit, cū sumptu Potidææ. Nam qui Potidææ erat mi- lites præfidiarij, binas drachmas merebant, ita ut miles alteram drachmā ministri nomine acciperet. ὥστε ἀπί πάσοις ὅμαι ἐγίγνονται θέρη μιακόσιαι καὶ πεντήκοντα νῦντος. Καὶ τὰ χρύματα τῷ μολισχῷ ὑπὸ νοέλωσε μετὰ τριπλασίας. Τὰ δὲ τὸ ποτίδαιον δι- μραχμοὶ διπλῖται ἡ φρούρουν. οὐτε γάρ καὶ ὑπερέτη διραχιοὺς ἐλάμβανε τοῦ ὑμέρας. Ετ paulo post: νῦν τε ἀπί πάσοις πάντας μισθὸν ἔφερον. Naves'que omnes idem stipendium ac- cipiebant

**Stipendiū
miliare.**

cipiebant. Si miles Atheniensis binas drachmas suo famuliq; nomi ne accipiebat, id stipendiū erat in mēsem sexagenā drachmā, quæ ære nostro senos aureos coronatos ualent, id est denos Frācicos & semissēm. Apud nos aut qui minimo merent pedīes in mēsem cē tenos solidos accipere solēt, id est quinos Frācicos: qui plurimo, se ptenos Francicos, quā mercedē menstruā Germani apud nos acce perūt. Ex quo apparet drachmæ estimationē à nobis factā à ueritate non abhorrente. Hoc argumentū adiuuat id quod supra in fine libri quarti diximus de mercede philosophorū molas trusatiles circūageniū, et quod hoc eodē libro de denario diurno adnotauimus. Xenophon in primo hellenicon: ὅδε τοῦτ' ἐπίνευ, καὶ οὐκέτε οὐ τοξοι ναύτη Δραχμὴν ἀτιλλώ. Hic collaudato Cyri dictō, hor tabatur eū ut drachmā Atticā nautis in dies singulos pro stipēdio statueret. Ipse iamē paulo post dicit nō drachmā eum statuisse, sed tetrobolū, hoc est bessem drachmæ, cū ante semissēm tantū acciperet, id est triobolū: de stipēdio loquēs auxiliario quod Lacedāmonijs ad tuēdā rē nauticā et classiariā à rege Persarū cōferebatur. Quātulæ aut fuerint illæ naues præ ijs quæ nūc fiunt, ex eo licet intelligere, quod idē libro II. inquit: Cū autē η in terra Attica essent, Atheniēses centū naues quas instruxerat, & mille in ijs armatos quadringentosq; sagittarios circū Peloponnesum miserunt: ὄντων δὲ αὐτῶν εἰ τῷ γῇ, οἱ ὀδυνοῖσι ὀπίστελον τὰς ἱκετῶν νοῦς ποδὶ πελοπόννισον ὁσπερ παρεσκευάζονται, καὶ χιλίες ὄπλισας ἐπ' αὐτῶν, καὶ ζεύτας τε παρακροτεῖ. Cicero lib. XII. epistolarū ad Lentulū scribens: Interceptis lñeris cognoramus Dolobellā, si desperasset de Syria Aegyptoq; quod necesse erat fieri, in naues cū omnibus suis latronibus atq; omni pecunia cōscēdere esse paratū, Italiaq; petere. Idcirco etiā naues onerarias, quarū minor nulla erat duūm milliū amphorarū, contractas in Lycia à classe eius obfideri. Duo millia amphorarū ducēta & quinquaginta modia Parifina ualēt. De magnitu Quod ideo adnotandū duxi, ut ex nostri temporis nauibus cōjici a dñe nauium. Iiquarū nauium magnitudo posset. In l. lubemus, de sacro sanctis eccl. in

ele. in Codice imperatorio, duabus partibus minor magnitudo, id est subtripla huius ciceronianæ taxatur. Herodotus aut libro VII. de copijs nauilibus Xerxis loquës, ita inquit: Ad Sepiadē usq; ad Thermopylas exors malorū Xerxis exercitus fuit: multitudine autē adhuc erat, ut ego cōiectura assequor, ex nauibus quidem ab Asia profectis numero mille ducētis ac septē, eorū duntaxat qui iam inde ab initio conuenerant millia ducēta & quadraginta unū et quā dringenti uiri, ducenos scilicet uiros in singulas naues numerantibus. Porro inter classiarios indigenas triceni Persæ, Medi et Sacæ in naues easdē ascenderant, quæ multitudine sex & triginta milia & ducentos decē uiros prioribus copijs aggregat. καὶ πλῆθος οὐν τυρκοῦτος ἔτι ὡς ἐγὼ συμβαλεόμδην Θέρισκων σον, τὸν μὴν εἰ τὸν νεῶν τὸν εἰ τὸν αὐτὸν οὐντέων ἐπλέκη διηκοσίων καὶ χιλίων, τὸν μὴν ἀρχαῖον ἐκάστον τὸν εἴνεων οὐντος ὄμιλον, τεσσαράκοντας καὶ εικότι μυριάδας, καὶ πρὸς χιλιάδας τε καὶ τετρακόσιος, ὡς ἀρά διηκόσιος ἀνθρακούσιοις εἰς τὸν εἴκοσιν νηὶ. ἐπειδέτεον ἃ ἔδι τούτων τὸν νεῶν χωρὶς ἐκάστων τὸν ἔδιχωρίων, προτέων τε καὶ μέλισσων καὶ σακέων διηκόντος ἀνθρακούσιος. οὐτούτοις δὲ λόγοις οὐδέποτε εἰς τὸν εἴκοσιν νηὶ. His uerbis apparet eam fuisse magnitudinē olim mediocrum narium, ut ducētos classiarios milites caperet, & eo amplius tricenos capere possent, id quod uerba ipsa autoris cōscientis significare uidentur. Eas aut naues triremes fuisse autor ipse Herodotus prodidit his uerbis alio in loco: τὸν δὲ τριηρών ἀριθμὸν μὴν εἴνει τὸν επλέκη διακόσια καὶ χιλιαῖ, Triremiū autem numerus fuit mille ducētæ et septē. Si cui igitur uacet ad calculū exigere id quod ab Herodoto dictū est, is inueniet in singulis triremib⁹ ducenos & tricenos epibatas fuisse. Inter minora aut nauigia Herodotus numerat lembos quinquagenū & tricenū remorū, quos ipse πεντηνούτους & πεντηνούτους appellat. Legimus et apud antiquos fuisse non modo trium ordinum naues, quas triremes nostri, Græci trieres appellant (in quibus per singula transtra terni remiges sedet, suum

Classis Xerxis Persarū regis.

Triremes et
quinquagenū

mes & ulte- suum quisq; remum ducentes, ita ut qui nauis intimus est, is maxi-
riora voca- mum remum tractet) sed etiam quadriremes & quinqueremes &
bula. sex ordinum naues: quin & à græcis hepteres & enneres & dece-
res vocacula inuenta sunt, quæ naues septenū nouenū denūmq;
ordinum significat. Plinius libro VII. Biremem Damasthenes pri-
mum fecisse autor est: triremē, Thucydides, Ammocle Corinthiū.
Quadriremē, Aristoteles, Carthaginēses: quinqueremē instituit
Nesichthon Salaminius: sex ordinū, Xenagoras Syracusius: ab eo
ad decemremē, Nesigiton. Alexandrū Magnū ferunt instituisse
ad duodecim ordines: Philostephanus, Ptolemæum Soterē ad quin-
decim: Demetrium Antigoni, ad triginta: Ptolemæum Philadel-
phum, ad quadraginta: Ptolemæum Philopatorē, qui Tryphon co-
gnominatus est, ad quinquaginta. Plutarchus de Demetrio Anti-
goni in uita eius ita inquit: Vnde illud est non minus uere quam

Demetrius eleganter dictum: Demetrii opera magnitudine sua etiam amicis
Poliorcetes. stuporem, pulchritudine uero etiam hostibus delectationem solita
esse afferre. At qui inter alia memoratu digna, & naues duas con-
fectas ab eo aiunt, quarum altera sedecim remorum ordines, alte-
ra quindecim habebat: & machinas nonnullas miro ingenio expu-
gnandis urbibus fabricatas, quæ quidem spectantibus hostibus in-
credibilem admirationem præbebant, id quod Lysimacho euenisce
tradunt: qui tameisi supra alios reges inimicus esset Demetrio, ta-
men quum ab eo Solos in Cilicia obsidente, petiisset, ut sibi liceret
machinas eius naues que inspicere, atque is benigne id conceden-
te Demetrio omnia opera inspexisset, adeo stupefactum aiunt &
magnitudine & pulchritudine, ut ei uisæ sint non humano, sed di-
uino ingenio conditæ. Idem alibi: Itaque Demetrius ad regnum pa-
ternum recuperandum (quod arduum & difficile factu uideba-
tur) toto animo conuersus, breui tempore paulominus quam cen-
tum millibus pedium, decem equitum coactis, classem deinde quin-
gentarum nauium uarijs ex locis studio incredibili atq; industria
comparauit. Et paulo post: Omnes aut admirabantur non solū mul-
tiudi-

studinem, sed etiam magnitudinem eorum operum quæ inusitata mole longe aliorū consuetum modū excedebat. Nemo enim repie batur qui nauem sedecim ordinum aut quindecim uidisset. Verum postea Ptolemæus q Philopator datus est, unā quadraginta ordinū faciendam curauit, quæ proculdubio omnes alias naues quæ anteā uisæ fuerant, magnitudine ac mole sua magnopere superabat, ut quæ in longitudinē ducentos ac octoginta, ab imo usq; ad transtra duodequinquaginta cubitos pateret. Remiges in ea ad quatuor millia, nautæ ad quadragecentos erant, & præter hos paulominus tria millia armatorum, qui foros eius obtinentes eadē uehebantur. Sed hæc (inquit) non tam ad usum q ostentationem fabricata uide batur, earum similis machinarum quæ penè immobiles sunt. Deme trij autem naues non modo magnitudine & arte mirabiles, sed eti am ad certamen bellicum, usumq; hominū aptæ atq; habiles erant. Athenæus libro v. de opulentia Aegyptiorum loquës, & præcipue Philadelphi Ptolomæi: Multis autem (inquit) regibus Philadelphis, cum diuitiarum magnitudine præstnū, tum etiam studio in genti incubuit, ad apparatum omne genus, instrumentumq; regi um magnifice ambitiosēq; comparandum. Quare nauium magnitudine reges omnes longe supergressus est. Maximas naues habuit triaconteres, id est tricenū ordinum duas, icoserem unam quæ uicenū erat, quatuor quæ ternum denūm, duas quæ duodenū, quatuor decim quæ undenū, triginta quæ nouenū, trigin taseptem quæ septenū, quinque quæ senū erant. Quinū autem ordinū habuit decē & septē, altero tāto plures partim quater nūm ordinum, partim quaternū & semis, quas triremiholias appellat. Reliqua multitudo nauigiorū quæ p uarias impij partes distributa erat, quatuor millū numerū excedebat τὸ γοῦν μέγιστον τῶν πλοίων παρὰ οὐτόφερ, πικροντύρφερ δύο, ἔνηγτιν μία, τέσσαρες διπλοκειλίρφερ, διωδεκάρφερ δύο, ἐνδεκάρφερ δεκατέσσαρες, ἑννύ φερ διοκροντα, ἐπτήρφερ διοκροντα ἑπτή, ἑξάρφερ πέντε, πεντήρφερ ἑπτοκροντα. τὸ διαστόρ διήρφερ μέχρι διηριμολίας, διπλάσιος γύρ-

Memorabile nauigium.

Nauis Philadelphi.

De

remorū lōgi-
tudo īmanis
in nauī Phi-
lopatoris.
Reliqui ap-
paratus.

Nauī fru-
mentaria
Hieronis.

De magnitudine autem nauis Philopatoris eadem omnia quæ Plu-
tarchus dixit, & eo amplius addidit longissimos in ea remos duo-
de quadraginta cubitorum fuisse, ab ea parte plumbatos quæ manus
remigum continetur: ut eo libramento nixus tollentium brachiorū
adiuaretur, cum pars remi scalamo alligata quasi æquilibrium fa-
ceret, & usum grauioris remi faciliore redderet. Tum partes eius
omnes exequuntur, apparatumq; tantæ moli numero & magnitu-
dine respondentem, ut proras duas & totidem puppes habuissent, &
septem rostra, & gubernacula quatuor. Idem autor eodē li-tradit
Hieronem Syracusanorum regē, Romanorū amicūia pertinaci no-
bilem, cum circa sacrorū certaminū gymnasiorumq; apparatū stu-
diosus esset, tum etiam ad naues fabricandas ambitiosius animum
intendisse, duntaxat quæ frumentationibus uiderentur esse com-
modissimæ. Huius igitur generis multas Hiero cum fabricandas
mandasset, unam in primis memorabilem perfecit. Ad quā ædifi-
dam materiā in Ethna monte cædendā indeq; deuehendā curauit,
quæ sexaginta triremibus conficiendis satis esse potuisset: quo di-
cto nauigij magnū udinem coniiciendam nobis reliquit. Ad nauis
cū aut instrumentū cum æs, ferrū, cannabim, reliquaq; quibus opus
erat, partim ex Italia, partim ex Iberia, partim Rhodano flumine
comparasset, trecentos operi faciendo fabros artificesq; adhibuit
ac materiæ dedolandæ, præter administratos fabricæ subseruien-
tes opificij, præfecto summae operis architecto Archia Corinthio.
Quos ipse cū magnopere hortatus esset ad opus aggrediendum,
insuper etiā dies totos operis se curatore exactoreq; præbuīt. Hac
diligentia, his artificibus, hoc architecto rex ille Siculus dimidium
tantū nauis intra sex menses perfecit. Quo facto incohata eo mo-
do nauē in mare deducendā mādauit, ut illuc extremæ manus opifi-
ciū adipisceretur. Verū cū de ea in mare deducendā excitata quæ
sto multis cōtentionibus esset, ad extremū Archimedes ille mecha-
nicus famigeratus, solus deducendā suscepit, paucis adhibitis opis,
cōpactaq; clauicula machinali, quod suscepit perfecit: tanta mole
nauigij

nauigij confestim in mare deuoluta, eius machinæ momento cuius idem ipse princeps inuenitor fuit: ws ḥ περὶ τὸν καθελκυσμὸν ἀντοῦ τὸν εἰς τὸν θάλασσαν πολὺ γένιος ἦν, ὡρχιμόδιος μηχανικὸς μόνος ἀντὸς κατέγεγκτος διὸ λίγων σωμάστων, κατασκευάσας τὸ ξύλον, τὸ τιλικοῦ γένους φόρος εἰς τὸν θάλασσαν κατέγεγκτος. His peractis alteram nauigij partē totidē alijs mensibus Hiero consummavit; cū interim clavis æreis denarū libraruī plurimis materia cōpingeret, Clavi denarib⁹ aliquibus etiā sesquiplis eius pōderis, qui præ crassitudine nō aliās rum libraruī. adigi poterant q̄ materia præterebrata. His clavis costæ nauis arrectariæ cū assamētis trāsuersarij coagmentatæ, tegulis insuper plumbeis adactis ualidius astringebantur, quibus etiā sub ipsis limiteola cōcerpta cū pice infarcta erant. Erat ea nauis apparatu quidem uiginti ordinū remigij, ædificij uero cōignatione triplici. Ha Contignatio rum infimam contignationem oneri & mercibus delegauerat, ad xxx.coena tionū capax quam descensus scalis multiplicibus erat. Ad medium contignatio & reliqui na nem transitus alter erat arte mechanica factus, in qua ipsa coenationes erant numero triginta, secundum utrumque latus nauigij extuctæ. In ijs lecti quaterni strati uiris accōmodati: inter quas nauclericum conclave quinque lectorum capax erat. Præterea thalami tres in eadem contignatione erant, culināq; supradictis locis subseruiens ad puppim ædificata. Omnes autem supradictæ coenationes pauimento stratæ erant, tessellis uermiculato lapidis omnis generis. In eo pauimento Troiani belli fabulamentum uisendo artificio concinnatum legebatur: Cum alioquin ea omnia ædificia tectis laqueatis & postibus exornati spectabili opere essent. Summa pars nauigij gymnasium habebat, ambulationesq; laxas pro portione magnitudinis suæ, quas etiam ipsas simul ambientes hoti omnē genere stirpium complectebantur, fictilibus in uasis & plumbeis consitorum, simul hederæ uiresq; opacabant pampinis ac corymbis inumbrantes, quarum radices alebant dolia terræ plena, paruer quidem illæ cum hortis machinamento irriguæ. Ab his erat Aphrodisium, id est conclave Veneri deæ dicatum, instrumentum etiam

ipsum triclinari lecternio, pavimentoq; stratū, achate lapide alijs que uarijs & nūentibus distincto, cuiusmodi lapidum copia in Sicilia reperitur. Ac parietes quidem habebat cypressinis tabulis assibusq; contextos, laqueatumq; tectum eadem materia. Fores etiā ex ebore & odorata materia compactas, atq; eo amplius pictura sigil lisq; exornatas. Deinceps erat exhedra quinq; lectorū capax, quorum parietes postesq; buxo compacti erant, inibiq; bibliotheca: & in lacunari sphēra, ad imitationē ei⁹ solarij efficta quod in Achra dina situm erat, quæ insula est Syracusarum. Huic loco balneum iunctum erat, in quo tres lecti cum solio metretarum quinq; capaci, quod ex lapide uario scalpium erat, & tribus æneis caldarijs. Mito nunchabitationes militibus destinatas, ijsq; qui super sentinam erant. Mito equorum præsepio ab utroq; latere nauigij numero dena sita, cum frenis & stratis, & omni equitum instrumento, eorumq; ministerij atq; equorum pabulo. Præterea lignariū & elibanos, focos & pistrina, aliaq; ministeria in projecturis nauis prominentia. Quid dicam atlantes nouenū pedum altitudinis certis interstitijs firmatos, ut sculpturas prominentes summæ coniugationis mutulorum uice fulcirent? Quid turres octo? binas in prora & puppi, & per utrumq; latus extrectas, in murisq; propugnacula. Præter hæc machina erat in medio catastromate super tripodes excitata Archimedis etiam inuentum, saxa tritamentaria telaq; missilia duodeciminti pedum facile eiaculans ad quadringentes cubitos, quod spatiū est stadij. Hæc & alia machinamēta pro pugnatoria, ut coruos, lupos, & in summo malo carchesia ænea lapidum conceptacula ad lapidationem faciendam in hostium nauigia, longum esset enarrare. Stabant enim in uno terni, in alijs binī aut singuli hoīes lapides eiaculātes, quos serui in foris nauis stātes utilibus quallis tempore pugnæ suggerebant trochleis subuententes. Idem Archimedes cochleam commentus erat, tante nauis sentinæ ab uno homine exauriendæ. Verum ut nauigij magnitudo ac uastitas animo concipi possit, nonnulla adiçiam ex ijs quæ Athē-

Cochlea mī-
randa.

Nauis ma-

Athenaeus scripsit ad hoc maxime pertinentia: ἦν δὲ καὶ ὑπέροι-
κη κατὰ τὸ πρώτων κλεῖδι, πλοσχιλίους μετρήτας δε χομένι εἰς γνήσιον
σανίδιων καὶ πίθης καὶ θονίων κατεσκευασμάτων. πρός δὲ ταύ-
την κατεσκευαστοῦ διάκριτο μολιβδώματος καὶ σανίδιων κλειστῶν ἐχ-
θυστροφῆσιν. Καὶ δε ἦν πλῆρες θαλάττης, ἐν τῷ πολλοὶ ἵχθύεστι
ἐπρέφοντο. Erat, inquit, in eodem nauigio secundum proram aquæ
conceptaculum conclusum, capax duorum millium metretarū, af-
famentis & pice & linteorum farctura compactile. Iuxta quod rur-
sus piscina coaxatione & implumbatura constans, plena aquæ ma-
rinæ, ita ut in ea commode magna copia piscium facile aleretur.
Idem alibi: σίγου τε εὐθάλεον τοῖς τὸν ναῦν μυριάδας εἴξεν. τοπι-
χῶν δὲ σικελιῶν κεράμικε μύριοι. ἐρεῖν τάλαντα διυσμύριοι, το-
τερα δὲ φορτικοὶ διυσμύριοι. Frumentum autem negotiatoriū in
ea nauī exportabant ad millia sexaginta, salsamenta Sicula ad ca-
dūm decem millia, lanarum talenta uiginti millia, & alterius mer-
cis altera uiginti millia: præterea que commeatus uectorum nau-
tarum que sexaginta millia. Frumenti dixit, non addito modiū
uel medimnū: ego tamen medimnū eum intellexisse futo, ex mo-
re loquendi Græcorum coniecturam faciens, & præcipue Sicu-
lorum, ut ex superioribus apparet. Hæc duo millia & quingen-
tos modios Parisinos faciunt. Modius autem Parisinus quatuor Modius Pa-
& uiginti medimnos Atticos capit. Decem millia cadorum risinus.
uel amphorarum, mille ducentos & quinquaginta modios iti-
dem Parisinos. Lanarum & reliquarum mercium talenta qua-
draginta millia. Talenta Parisina triginta millia efficiunt, ut nūc Talenta Pa-
crassiore calculo libras Atticas uel minas, sex & nonaginta dra-
chamarum intelligamus, id est duodenū unciarum. Sic fiunt pon-
do nostra duodeuicies cētēna millia. Libra enim nostra epūritam Libra Pa-
proportionem ad Romanam libram habet, id est teritia parte maiori risina.
rem. Hanc summam si ad culeos duplares redigere uelimus, qui tri Culei du-
modia nostra efficiunt, hoc est quatuor & uiginti amphoras, et in plares.
culeos singulos bina millia pondo statuamus, id quod hodie nauicu-

larij faciūt, qui anniuersarios commeatus meritorij s nauigij suscit
piunt ut statim uidebimus, fient nongenti culei trimodiales: quibus
si mille ducentos & quinquaginta modios illos addideris, erunt in
summa mille trecenti sedecim culei. Nunc si exquisitus persequi ue
lū & semuncias in singulas libras addere, summa libraru quinq;
& septuaginta millibus excrescat, quæ addūamētū septē & trigin
ta culeorum & semissis efficiunt. Et hæc omnia præter aquā dul
cem, præter piscinā, præter tot dietarū intestinum instrumentū,
præter annonam uectorum & pabulum equorum. Hanc tamen na
uem longe magnificentia & splendore apparatus antecessit nauis
Thalamegos
nauis fluuia
lis Philopato
ris.

fluuialis Thalamegos nomine, quam Philopator supradictus in de
licijs habuit Nilo per nauigando, longitudine sexcentorū pedū, la
titudine quinq; & quadraginta: ab infima parte ad editissimū die
tarū fastigium, altitudine pedū paulo minus sexaginta. In qua die
tas & cubicula & alia ædificia uoluptuariæ uitæ accommodata,
ambulationū porticus duplices ambibant, proram & utrung; nauis
latus complectentes quingentorum pedum ambitu. A' puppi autē
nauis patens, è regione proræ uestibulum habebat ex ebore & alia
primæ notæ materia constas, per quod ingredientes porta quadri
foris excipiebat, & ex atrio in oecū, id est in prægrande cōclauē
ferebat, uiginti lectorū capax: cum utrinq; per uestibulum ingre
dientibus patentes crebræ fenestræ auras perflantes commode ad
mitterent. Reliqua sunt eiusmodi, ut si quis omnia ad uerbum pro
sequi uelia & possit, fidem sint excessura. Illud autē quod de Caio
Cæsare memoriæ traditum est, ut reliqua eius acta, non magnificen

Liburnicæ tiae esse puto, qui fabricasse cedrimas liburnicas dicitur, gemmatis
cedrinae Caij puppibus & uersicoloribus uelis, magna thermarū et porticuū &
Cæsar. tricliniorū laxitate, magnaq; etiā uitū & pomiferarū arborū ua
rietate, quibus discubens de die inter choros ac symphonias litora
Campaniæ peragratabat. Nostrorū autem temporū opera, que ma
xime magnifica esse creduntur, si cum illis contendatur, propè est
ut perinde esse uideatur, ac si formicā elephato cōpares. Sed prim
cipes

cipes et opulentii hodie priscarū rerū ignari, sese in rebus mediocribus, & paruis admirantur, sola ignorantia beati si argumentari uelimus. Quo magis desplicari et flocci pendere eorū sortem licet, ijs quidem qui felicitatē nec pondere nec numero metiūtur. Hæc ideo retuli, quod multi opinātur ideo apud historicos magnū numerum nauīū lectūari, quod antiqui nauigiolis uteretur præ ijs nauigijs, quæ memoria nostra uisa sunt: sed uidelicet eorū est id cœsere, quæ prisci æui magnificentiā memorie suæ finibus circuſcribunt, uetera male aestimantes: quorū si quis hodie nauem Demetrianarū nauium similem uideret, id est quindecim reme uel sedecim, ut Græci appellant, ἔκκοσιδεκάρη, πεντεκαὶ οκτώρη, rem omni æuo inauditem uidere se existimaret. Legitur et apud anticos nauigia triar mena, id est tribus uelis insignia. Atheniæses aut classiarujs opibus et copijs claruſſe, cū ex Thucydide, tum ex Plinio nouimus, qui libro septimo de ijs loquens, qui uariarum artiū ſpecimib⁹ edidit enauere: Laudatus, inquit, Ctesiphon Gnofius æde Ephesianæ Diana admirabiliter fabricata: Philon Athenis armamentario mille nauium. Legimus apud eundem Plutarchum in Antonio, in bello Actiaco Antonium preter copias terrestres circiter quingentas naues pugnaces habuisse, in quibus permultæ octonū ordinū atq; etiam denūm fuerunt, alioquin omnibus armamentis egregie instructæ: ex quibus cum optimas elegisset, à triremibus ad decemre mes quatuor & uiginti millia pugnatorū imposuit, cum classe conflicturus effet. Magnum autem fuisse numerum nauīū electarū ex eo appetet, quod cū Cleopatra cum L X. nauibus et Antonius quinqueremi aufugisset, trecentæ captæ in eo prælio esse narrantur à Plutarcho: quo fit ut pauciores ceteris milib⁹ in singulis nauibus fuerint. Hodie maiorem numerum stipant(ut audio) in aciem marinam prodūti. Verum onerarias naues primæ magnitudi Onerariæ duntaxat negotiatorias, sed tamen quæ tormentis muniuntur, naues. non ultra centū et octoginta culeos ferre dicunt, id est nonaginta ponellos, ut nauiculariorū uerbis utar. Minimæ enim magnitudi-

nis oneraria^s quadragenarias esse aiunt: mediæ notæ septuagenaria^s & octogenaria^s: maximas autem quæ in mari occiduo uideantur, ferè centenaria^s, raro maiores esse. Tonellum ego trimodium culleum appellauerim: tres enim modij nostri tonellum unū efficiunt, id est culeum geminatum. Ita fit ut maxime onerariae nostri temporis plerunque non maiores sint illis, quas Cicero in Lycia fuisse dixit: de nostris loquor, nam Germanoru^m naues duplices et triplices nostrarum esse dicuntur. Octogenariae enim naues ducenta & quadraginta modia nostra capiunt: at duo millia amphorarū, ducenta & quinque aginta modia nostra æquasse docuimus. Est autem à formula nauicularem facilius, ut in singulos culeos duplares bina millia pondi numerent: tanti enim pedere uini tria modia nostra dictiatur: sic fit ut salis aut alterius grauissimæ mercis uectura ad bina millia pondo hac appellatione nuncupetur: ut si nauis centum et octoginta millia pondo ferre commode possit cum instrumento machinario, ea octogenaria vocaretur. Ex predictis igitur patet quantum fuerint antiquoru^m naues, etiam si pauciores olim milites pro portione in naues imponebant, quam pro nostri temporis more, quantum coniectura affequi ex historicis possumus. Etenim si quis omnia quæ commemorauimus diligenter anima duerterit, iudicabit (ut spero) non fallaci me conjectura dictum esse in mensuris indagandis. Non me latet apud Aeginitam legi minam Atticā sedecim uncias habere, & Romanam uiginti. Sed nec Pauli auctoris adnotata illa esse potest, nec si Pauli sint, ad rem quam agimus pertinere. Sumptum est enim illud dictum ex medicorum usu, ut supra ex Celso adnotauimus, non ex antiquitate. Nunc ad id redeundum quod penè præteriuit. Diximus supra duodequinquagenos numeros ex auri libra percussos, cui dicto pugnare uidetur id quod dicitur libro decimo Codicis imperatorij in l. Quotiens, in titulo, de susceptoribus: duobus scilicet & septuaginta solidis persolutis accepta ferri librā auri debere. Quapropter adnotandum habuimus, id non de aureis priscis intelligendum, qui ad formulas primas nummi aurei exacti sunt, aut

Culeum tri-
medius.

Libri auri
in ure.

pau-

paulo ab ijs imminuti: nam imminutū postea esse pōdus formarum
 ex his uerbis Isidori intelligim⁹. Solidus, inquit, apud Latinos alio
 nomine sextula dictus est, ideo quod his sex, uncia cōpleatur: hunc
 autem uigilus solidū aureum uocat, qui solidus dicitur, ideo quia nē
 bil illi deesse videatur. Solidū enim antiqui integrum dicebant: &
 totum hoc dictum Isidori adiuuat Pomponij autoritas in l. Numi-
 smatum, in titulo, de usufructu in Pandectis his uerbis: Numisma
 tum aureorū uel argenteorū ueterū, quibus pro gēmis uti solent, usu
 fructus legari potest; immutata enim forma percuiendi nūmi, quē
 ueteres nummi extabant, non nūmi uice, sed gemmarū & rerū in
 delicij habitarū censemabant, quo modo fit hodie. Antiqui aurei (ue-
 diximus) binas drachmas pēdebant, hoc est senos scrupulos, et qua-
 terni in uncias signabātur, sic ex libra Romana duodequinquagin-
 ta siebant, hoc est ex duodecim uncij: pondere autem imminuto,
 ex binis drachmis terni nummi fieri coepérunt, hoc est seni ex un-
 cia. Ita fit ut auri libra duobus & septuaginta aureis impleretur, li-
 cet antiqua libra nummaria centenas drachmas caperet, ut mina
 Attica, ut sēpe iam dictum est. Numismatis autem imminutio eo Numisma
 tempore facta est, quo Romani imperij opes tenuiores factae sunt extenuatū.
 principum multorum nequitia, qui luxu perdi, priuatorum opes
 tribuī exhauserunt: quanq Romanæ uires sese ipsæ confecerunt,
 cum Augusti plures eodē tempore ab exercitib⁹ facti, ciuitia bel-
 la & intestina pro externis gererent: sic mundus ad inopiam redi-
 etus, tenuiore pecunia uti coepit, id quod necesse fuit, cum multum
 preijs rerū decessisset. Hoc idem Frācia experta est: Si quis enim Prisca Fran-
 huius temporis numisma cum antiquo examinet exploret' que, di-
 ciae numisma
 midio uberioris illud hoc inueniet & pondere & indicatione, atque ta.
 eo etiam amplius. Nos enim Philippeos habuimus geniatos plus se-
 quisolato pendentes. In his genus est alatus liliata insignia te-
 nens: Extant & alijs Philippei sceptrati nonnulli, alijs etiam so-
 liati, rege intus trabeato, iura pro potestate reddente: ibi ma-
 iestatem regiam planè expressam agnosceres, qualem hoqie ne-

mo meminix, rege utroq; uestigio leonibus innitente. hi triplici for
 ma percussi sunt, sed q̄ minima signati sunt, binos solatos trahūt:
 qui maxima & grauiſſima, ij pondus habent secundū Eduardeos
 Angliæ maximum, eisq; proximū. Hoc genus omnū quæ uidi (ta-
 eſe nullius generis non habui quod quidem hodie extet) ſcīte for-
 matum erat. Hos & roſatos Eduardeosq; pondere ſuperant Caro
 lei Aquitaniae, qui fortes appellantur: in quibus dux armatus genu
 niens leonē manibus Herculis more elidi: ſed ſuperiorū indicatu
 ra pecuatorū ſimilis eſt, quos Ioannes rex signauit, triplici et ipſos
 forma & magnitudine, omnes primā auri notā obtinentes. Quā-
 to autem hodie iejunior fit et exanguior (ut ita loquar) res numma-
 ria, ex eo certe conſtare potest, quōd qui Francici extant nummē
 equites pediteſq; olim uiginti ſolidis ualentes, (unde Francicos ho-
 die quoq; appellamus) nunc ſolidis quadraginta edicto etiam prin-
 cipis aſtimantur, pluris etiā in foro permutableſ. Quōd ſi inqui-
 rere in finitimas nobis prouincias iſtateris, eandem apud eos, ut
 apud nos olim & hodie rationem reperies: prorsus quaſi confini-
 bus prouincijs Francia conſtituendæ rei nūmulariæ rationem præ-
 ſcripſerit, id quod optima ratione iudicare quis potest. Neq; conſi-
 ſtere cōmercia potuiffent, quæ nobiscū ſemper finitimi miſcuerūt,
 niſi eandem auri notā afferrent quam acciperēt. Itaq; quandiu au-
 rum primariū ſignatum eſt in Frācia, tandiu ipſi quoq; finitimi po-
 puli eodē genere uſi ſunt. Nunc autē & noſtratis, & externi nulla
 uncia niſi concreti uifitūr & aeroſi. Veru menim uero qui hodie ex-
 tant imperatorij aurei poſt pricos illos didrachmos ſignati, ponde-
 ri prædicto non respondent à ſanctione imperatoria taxato. Vidi
 mus enim & Constantini Magni, & Iuliani & Magnēti, et alio
 rum recētiorum, ſed in omnibus quos expendimus ita immiutum
 pōdiu erat, ut ſeni & ſemis non planē uncia & quarent, ſepteni ex-
 cederent. Vnum etiā luſtiniani principis uidimus quē nobis often-
 Longoliuſ. diu Christophorus Longoliuſ uir egregie doctus, & rerum anti-
 quarū ſtudioſus: ſed ne is quidē iam dictis grauior erat. Quare ſu-
 pradi-

predictam legem de duobus & septuaginta solidis ideo latam pu-
 to, quod immunito pondere nummi, libræ quoq; aureæ æstimatio &
 pondus sensim imminuebatur: quapropter ne tandem immunitio in-
 ualescet, rem nummaria conturbaret, imperator certiū modū impe-
 nere uoluit: quanq; si quiuis legem illā diligenter cōsideret, nō tam
 in uniuersum statuere de auro signato uidetur, q; de auro tributa-
 rio, ut fortasse indulgentia principis aliquid antiquis pensitationi-
 bus remittere lege illa uoluerit: id enim sœpe fit, ut maneant anti-
 qua uectigalia, aut pensitationū uocabula, & tamen minore sum-
 ma aut æstimatione stipendiarij defungantur. Cur autem aurei
 solidi quoq; dicantur, his uerbis Lampridiū declaratur in Alexan-
 dri uina: Vectigalia publica in id contraxit, ut qui decē aureos sub
 Heliogabalo præstarent, tertiam partē aurei præstarent, hoc est
 tricesimam partē: tumq; primū semisses aureorū formati sunt: atq;
 etiam cum ad tertīā partem aurei uectigal decidisset, tremisses, dō
 cente Alexandro etiā quartarios futuros, quando minus non pos-
 set: quos quidem iam formatos in moneta detinuit, expectans, ut se
 uectigal contrahere potuisset, & eosdē ederet, sed cum non potuiss-
 set per publicas necessitates, conflari eos iussit, & tremisses tantū
 solidosq; formari. Hactenus Lāpridius. Intelligimus igitur aureos
 integros appellatos esse integros eo tempore, quo semisses & tre-
 misse fieri coepерunt. In iure autē ciuili quod nunc habemus, non Aurei æsti-
 una aurei æstimatione est, ut multi existimant, nec semper septuage-
 nos binos in libras accipiendos censeo, sed pro tpe aliquid statuen-
 tium principū æstimationem faciendā: ut, uerbi gratia, in lege pri-
 ma de uarijs & extraordinarijs cogitationibus Vlpianus de hono
 rario aduocatorū loquens, ita inquit: Licita autē quantitas intelli-
 gitur pro singulis causis usq; ad centū aureos. Centū aureos hoc in
 loco pro duobus auri pondo intelligo. Nam Vlpianus Alexandri
 tempore scripsit, nondū immunita prisci numismatis forma, nisi si
 pauca scrupula auaritia ipsorū legātimo pōderi detraxit, ut supra
 docuimus. Visuntur enim hodie Mamæ & matris eius numismata:

& ego omnium imperatorum uidi eadem forma ab Augusto ad
 Commodum Cæsarem. Sed ad hoc quod diximus, non solum argu-
 mentis, sed etiam taciti autoritate comprobare possumus, qui libro
 undecimo de tempore Claudij principis loquens: Continuit inde
 (inquit) & saeuus accusandis reis Suillius, multiq; audacie eius
 æmuli, nam cuncta legum & magistratuum munera in se trahens
 princeps, materia prædandi patefecerat: non quicq; publicæ mer-
 cis tam uænale fuit, q; aduocatorū perfidia, adeo ut Samius insignis
 eques Romanus quadringenis nñmorum millibus Suillio datis, et
 cognita præuaricatione, ferro in domo eius incubuerit. Igitur incé-
 piente Caio Silio consule designato, consurgunt patres, legem' que
 Cintiam flagrant, qua cauetur antiquitus, ne quis eb causam orā
 dam pecuniā donū' ue accipiat. Deinde obstrepenib; ijs quibus ea
 cōtumelia parabatur, discors Suillio Silius acriter incubuit, uite-
 rum oratorū exēpla referēs, qui fama in posteros præmia eloquē-
 tiæ cogitauissent pulcherrima, alioquin & bonarū artū principē
 sordidis ministerijs foedari, ne fidē quidē integrā manere ubi ma-
 gnitudo quæstuū spectetur: quod si in nulli mercedē negotia inea-
 tur, pauciora fore: nūc inimicitias, accusationes, odia et iniurias fo-
 ueri, ut quomodo uis morborū, pretia medētibus, sic fori tabes, pecu-
 niā aduocatis ferat. Et paulo infra de Suillio et alijs aduocatis lo-
 quēs, qui causam diuersam tuebātur: Cæsarē, inquit, circunstunt
 anteacta deprecantes, & postquā annuit tacens, incipiūt. Quem
 ullum tanta superbia esse ut æternitatē famæ spe præsumat, usuē
 & rebus subsidiū præparari, ne quis inopia aduocatorū potentiōri
 bus obnoxius sit: neq; tamen eloquentiā gratuū contingere, omitti
 curas familiares, ut quis se alienis negotijs intēdat: multos militia,
 quosdā exercendo agros tolerare uitā: nibil à quoquam expeti, nisi
 cuius fructus ante præuidetur, prompta sibi exempla: quantis mer-
 cedibus P. Clodius & Caius Curio concionari solī sint, se modi-
 cos senatores, qui à republica nulla nisi pacis emolumenta peteret:
 cognaret plebē quæ toga enesceret, sublati studiorū preijs etiā
 studia

Lex Cintia.

studia peritura, ut minus decora. Hæc ita haud frustra dicta primitur, capiendis pecunijs statuit modum usq; ad dena seftertia, quæ egressi, repetundarum teneretur. Qui locus tribus uerbis corruptus est in exemplaribus quæ circumferuntur. His uerbis Tācūi apparet Vlpianū licitam quantitatē appellasse eam quæ Claudio senatus consulto taxata erat eo tempore quo aduocati inuidia maxima flagrabat ob delationes & perfidiā præuaricantiū. Denā aut seftertia dena millia nummū seftertiū ualeat, ut satis ostendamus, hoc est centies centenos seftertios: atqui nos alibi docuimus et ratiōe & autoritate, singulos aureos cētenos ualuisse nummos, hoc est uicenas quinas drachmas, ita ut auri ad argentum proportio maior esset duodenaria. Quare planum fit dena seftertia & centenos nummos eandem fuisse summā: sed Vlpianus aureos dicendo, temporis sui consuetudini seruiū iam obsoleto more loquendi per seftertia. In lege Nonnulli, de accusationibus, Digesti: Pauper dicatur, qui minus quam quinquaginta aureos possidet. Quin quaginta aureos auri librā intelligo propter Hermogenem eius dicti autorem, qui æqualis Alexandri imperatoris fuit. In lege Sēduobus communia, de legatis: Iustinianus uarie pretia mancipiorum taxauit: minimum autem pretium non infra uiginti solidos, maximum non supra octoginta intendit. Solidos non dubie aureos eius temporis intelligere debemus, qui subsequi pli erant prisorum aureorum, ita ut triceni solidi uicenos aureos ualerent. Qua ratione fit, ut minimū pretium serui triginta nostri aurei fuerint, summum autem, cētum & uiginti, quæ estimatio longe minor est illis, quas in præcedētibus ex Plimio & alijs collegi, pretijs scilicet iam rerum omnium deminutis. Sed nec illi aurei recentiores auro obryzo signati sunt ut antiqui: ex quo apparet recentiores principes numisma bifariam minuisse, pondere scilicet & auri indicatura, quomodo & nostri fecerunt, & totus deniq; occidenius orbis, id quod institutum aiunt, ne aurum nobilissimum et argentū purū quod duodenarium appellant, usū ac collybo detereretur. Plinius,

aut̄or

*utor est Liuium Drusum in tribunatu plebis octauā partem ærlo argento miscuisse. Et rursus alibi: Miseruit, inquit, denario triumvir Antonius ferrū: miscentur æra falsæ monetæ, aliij è pondere sub-

Denarius trahunt. Denariū nunc appellamus Caroleum nummū argenteum, noster. qui antiquū seftertium ualeat. Assēm autē appellare possumus, quem

Affis partes hodiernæ. duodenarium uocamus, & ita in partes diuidere, ut antiqui suum assēm diuidebant, in sui generis partes, quadrantes sextantesq; di-

centes: sic unciae loco erit denariolus, quē Græci chalcum dicunt; sic quinarius & senarius, uel quincunx & semis, qui quinos & senos denariolos ualent seftertios dudum signauimus, qui duos solidos & semissēm ualerent, sed iam rari uisuntur, facti enim nō plācuerunt. Extant & trepondij pridē signati grossi, curij uocati ab

Centussis. autore prædiuite auorum memoria. Centussem dicere possumus pro ea summa quam alternis propè uerbis negotiatores centū solidos appellant, ut decussem pro decē. Licet enim uerba antiqua in usum nostrum interpolare, quæ quidem æui situ non putida facta sunt. Vidimus post quadrienniū edictū præconio promulgatū, quo

Numismata antiqua pessi mo instituto. omnibus numismatis priscis usus abrogabatur, tam nostraib⁹ q̄ ex ternis, perinde quasi nullus nummus locabilis esset, qui non & quā re aliquādiu iuris ac potestatis fecerat, quū munera sui uices proprias uix terabrogata,

tio quoq; actu obiret. Sed quis minax ac tumultuosum præconiū, cōsensus hominum iure optimo neglexit, præsertim autore sublato de medio: quod enim tandem edictum iniquius excogitari potuit, & in maiores nostros magis iniuriū, quā monumenta memoriamq; regum perpetuo delere? Eo enim mandato id agebatur, ut optimum quodq; numisma conflaretur, & inde pecunia notæ omnino deterioris quassāq; signaretur. O improbum inueniū, & si fieri possit memoriae hominū eximendum. Olim magistratus Romani, et post eos republica sublata, principes iconicos se fingi in numismate uolebant, quasi nomen suum latissime longissimeq; prodūri: quo nomine

mine ad nostram usq; etatē permāfit eorū memoria , uelut statuis per totū orbē erectis . Quod cum nostri principes olim imitati es- sent, simile eis gloriā etas nostra inuidisse olim dictabatur, unius hominis uel paucorū criminē, tametsi utinā ipse seculū suū nostrūq; hac una nota inuississet . Huiusmodi hominū uel temeritate, uel rusticitatem arguit lex prima de ueteris numismatis potestate, undeциmo libro Iustiniani Codicis, his uerbis: Solidos ueterū principū ue- neratione formatos, ita tradi ac suscipi ab ementibus & distrahen- tibus iubemus, ut nihil omnino refragationis oriatur, modo ut debēti pōderis sint & speciei proba: scituris hjs qui aliter fecerint, haud leuiter in se uindicandū . Verū ea quæ diximus de amphora et mē- suris cæteris, rursus in dubiū uocabuntur, cum locus ille Pliniū suc- currerit ubi de uino Opimiano loquitur. Quare etsi procul à me ab- esse suspicionem illam uolo, quasi obrectaturientis more hominit

Locus Pliniū
de uino Op-
miano.

& delatoria(ut dicitur) curiositate in commentarios inquisuerim scriptorū nostro seculo clarissimorū atq; existimatissimorū, facere tamen nequeo, quin in operis huius coronide Hermolaū Barbarum uirum summa laude dignū, iterū ad disquisitionē doctorum homi- num reuocē: non quōd manibus uirorū doctorū diē dicere gaudeā, qui uadimonij obire apud superstītes nequeunt, sed quod ueritatē asserere in luce uolens, locupletē eius rei uades, quos nobis uiuens reliquit, cū ados omnino ad hoc iudiciū duxi: præuaricationis enim insimulari aut certe obliuionis possem, si locū illum Pliniū silentio præterire, qui ut ab Hermolao intellectus est, id quod nos diximus de uncia euertit, ob quod omnino fuit res in iudicium deducenda. Pliniū igitur libro decimoquarto de uini generibus loquēs, quæ in autoritate fuerunt: Alicui anno, inquit, fuit omnī generū bonitas, L. Opimio cōsule, cum C. Gracchus tribunus plebis seditionibus agi- tatis interemptus, ea coeli temperies fulsit (cocturam uocant) solis Cocturā opere, natali uerbis sexcentesimo trigesimoquarto: durantq; adhuc uima ducētis ferē annis in specie redacta mellis asperi. Etenim hæc natura uinit in ueritate est: nec potari per se queunt, nisi per uin- cat aqua,

cat aqua, usq; in amaritudinē carie indomita: sed cæterus uinis cō-
mendādis minima aliqua mixtura medicamenta sunt: quo fit ut eius
temporis estimatione in singulas amphoras centeni nummi statua-
tur. Ex ijs tamen usura multiplicata semissibus, quæ ciuilis ac mo-
dica est, in Caij Cæsaris Germanici filij principatu annis centū
sexaginta singulis uncias uini cōstituisse nobili exemplo docuimus,
referentes uitem Pomponij Secundi uatis, coenamq; quam princi-
pi illi dedit: tantum pecuniarum detinentiū uini apothecæ. Hunc lo-
cum ita legū Hermolaus, & ita se emendasse testatur, quem in al-
tera editione enarrans post explicatam de usuris retractionē: Ut
redeamus, inquit, ad propositum, Si amphora, id est (ut Festo pla-
cet) octoginta uini libræ sub Opimio centum nummis ualuit, fa-
ciunt autem octoginta libræ nongentas sexaginta uncias, effici-
tur ut semisses usuræ, hoc est numimi seni annorū centum sexagin-
ta nongentos sexaginta nummos inferant, atq; ita singule uini un-
ciæ singulis nummis usuræ nomine constiterint. Hactenus ille cum
dixisset, quasi penso suo absoluto, ad alia transit, cum magna (ut ui-
detur) securitate compertæ rei defunctus. Primū siue hoc dixerit
Festus, siue non, id quod datur accipio, id est uini amphoram octo-
ginta librarum esse: hac enim ratione efficiuntur, ut sextarius sit un-
ciarum uiginti. Nam quum duodequinquaginta sextarijs ampho-
ra impleatur, si libris duodequinquaginta totidem besses addas, ut
sint duodequinquagies uicenæ unciae, fiunt octoginta libræ. Quin
& ipse Hermolaus in priore editione: Amphora, inquit, uini qua-
drantal latine dicta Festo Pompeio, congios octo cōtinebat, id est
sextarios XLVIII. sextarius uncias uiginti Festo, sed Africano li-
bras duas aut tres, nunquam tamen plures duabus hemini: ita fit
ut singulæ amphore LXXX. Festo, uel XCVI. Africano aut certe
CXLIIII. uini pondo capiant: quibus in XII. uncias resolutis, effi-
ciuntur aut nongentæ sexaginta unciae, si octoginta pondo sunt:
aut mille centum quinquaginta due, si non aginta sex: aut mille se-
ptingentæ uiginti octo, si centum quadraginta quatuor. Ex quibus
uerbis

herbis tametsi ambigere magis q̄ rationē colligere doceamur, tamē
 (ut dixi) quod à me stat, id cupide accipio, & in rem meam uerto:
 hac enim autoritate probo sextariū uel dipodiū fuisse id qd̄ astrue-
 re conor, uel certe unciarū uiginti, cum apud Pliniū legatur quin
 decim unciarum esse, id est libræ & quadrantis, quod nullo alio te-
 stimonio subsistere potest. Verum illud non concedo, ut uncia uini
 duodecima libræ pars sit: nec in sextario uncias uini uiginti esse di-
 co, sed duo lecim, et in amphora quingētas septuaginta sex, quas
 Hermolaus nongentas sexaginta esse putauit, id quod ante ex
 Martiale abunde probatum est: alioquin sextarius qui citra cōtro-
 versiam in duodenos cyathos diuiditur, nō unciarum uicenūm, sed
 duodenūm tantum esset, si uncia uini apud Plinium ad pondus nō
 ad mēsuram referretur, quod nec Pliniano sextario, nec Pompeia
 no congruit, quodq; Hermolaum non animaduertisse mirum est,
 præsertim cum Plinium in manus accepisset: quota est enim uncia
 pars libræ, tota est cyathus sextarij: & uncia tam ad quotam par-
 tem, quam ad pondus refertur apud autores, & (quod maius est)
 interdum ad longitudinem uel crassitudinem, ut in primo libro
 ostensum est à nobis. Plinius libro x viii. de medica loquens: Si sit
 humidū solum herbosum' ue, uincitur, et desciscit in pratū, ideo pro-
 timus altitudine unciali herbis omnibus liberāda manu potius q̄ sar-
 culo. Vuncialem altitudinem pollicarem intelligo, id est digiti &
 tridentis ut Frontinus autor est. Nimirū Hermolaus blandiente ca-
 culo deceptus est: siquidem cum centies sexagies senos nummos cū
 octuagies duodenis uncijs ad unum quadrare subducenda ratione
 inuenisset, ilicit non excussum quod arridebat admisit: ultra enim
 addubitare eum non sinebat deprehensæ usurarum rationis fidu-
 tia gestiens: quod tamen affirmare uereor, ne plenum sit auda-
 ciæ. Ipse enim Hermolaus de altera sua editione ad Antoniū Cal-
 uum scribens Venetum patrītum, ita inquit: Peruensit quidem res
 ad umbilicum, sed nullus tamen dies est quo non fiat aliqua ac-
 cessio: nunc cum impressoribus agnare cœplente, de industria
 rem

rem differens, ut diutius in fermento sit: nihil time, diligentia adhibiuri sumus, qualem in altera editione prætermissam sœpe mecum questus es. Et paulo inferius: Multo autem, inquit, plus operis et laboris adij quam putabam, quod omniū rerum quae in coelo et subcoelo sunt gnarū esse oportet, qui Pliniū profitetur intelligere, tanto magis qui castigare. Hæc uerba significant Hermolaū magnam animaduersiōnē adhibuisse secundæ castigationū editioni. In hoc igitur loco ego numerū nummorū deesse dico, sicut & in alijs quibusdam locis apud Pliniū, qualis est ille libri decimiseptimi in primis emendatus.

Locus Pliniij cipio de Lucij Crassi domo: & libro XXXIII. de argento Carthaginī imperato, ut in superioribus adnotauimus. Quare sic legendum puto: Quod ut eius temporis estimatione in singulas amphoras centeni nummi statuantur, ex ijs tamen usura multiplicata semissibus quae ciuilis ac modica est, in C. Cæsarī Germanici filij principatu anno centesimo sexagesimo singulas uncias uini consti-
tisse nobili exēplo docuimus: ut sensus sit apertus hoc modo, et omnino extricatus, sicq; Pliniū locutum intelligamus. Quare si eius temporis. uel sic: Verū si temporis Opimiani estimatione in singulas amphoras centenos nummos statuas, ex his tamen usura multiplicata semissibus in Caij Cæsarī principatu anno centesimo sexagesimo, & reliqua. Verba sunt enim Pliniij, coniectura a sequentis id quod dicit: Si, inquit, consulatu Opimij uinū illud centenis nūmis ualuit, (id quod uerisimile est) & inter surij semissium ratio habeatur, necesse fuit anno ceteresimo sexagesimo, quo tempore Pomponius coenam Caligulæ dedit, uncias uini singulas tot nūmis constituisse. Hermolaus hūc locū castigans duo uerba mutauit, illud quo fit pro quod ut, & singulis pro singulas legens. Anno autem centesimo sexagesimo lego, sensu ita exposcēte, et alioquin ab antiquo uno exemplari admonitus. Hic etiam periclitari libet & aliquid comminisci, ut in eūdæ huius rationis formam aperiamus, utq; si nobis **Collimare.** collimare non cōtigerit, post nos existat aliquis qui à scopo nō aberget: sic enim artes consummatæ sunt, alijs super alios commentantib;

bus, animorumq; contentio ad eam tandem peruenit quā Græci Eu
stochiam, id est animorū & oculorū intentionem nō aberrantē ap
pellant, nostri collimationē dixerunt, quasi tragulā quandam per
spicacię ad inuentionis scopulū limis oculis intendentium: quanquā
sunt qui collineationē appellare eam malint, à lineis uisualibus in
unum locū contentis. Hoc ueluti iure gentiū utentes, post doctissi
morum hominū sententias, & nostram in mediū sēpe in hoc opere
attulimus: nec qui post nos sententiā dicturi sunt, assentiēdi magis
quām censendi exemplū amplectentur si opera prolixē literis im
penderint, alioquin chartarū inani dispendio tot libri noui sub prae
la quotidie mitteretur. Id modo ne referat Gallus an Italus sit qui
ad scribendū animum appulerit. Quod non ideo dico, quasi hoc no
bis instituto Italia literarū bonarū magistra interdixerit, quæ nul
li non laudē suam benignitatem summa ut bona quoq; sua impariū:
sed nostratiū hominū improbitas memorię semper obuersatur, cui
nunquā fatis videbor respondisse: qui utinā ipsi tam Italos q̄ Italiā
amaissent, melius enim (ut arbitor) & nobis & honori suo consue
luisserent. Semisses igitur usuræ centū & LX. annorū, id est centies
sexages seni nūmi (ut Hermolaus dixit) nongetos sexaginta num
mos efficiunt: quibus si sors addatur (quā ipse omisit) fiūt mille &
sexaginta: ita Hermolai ratio procedere non potest, cum sortis &
usurarum ratio habenda sit. In amphora aut octo & quadraginta
sextarios esse constat, & duodecim cyathos in sextario, quos nume
ros si inter se ducas, fiunt cyathi quas uncias Plinius dixit, quingē
ti septuaginta sex. Si ergo apud Plinium sic legas, singulas uncias
binis constituisse, & subintelligas nummis: quod fieri ex præceden
tibus potest, duo & nonaginta nummi plures erunt, quām ut sum
ma eorū duplicata mille & sexaginta nummis ad unū congruant:
summa enim cyathorū duplicata, mille centū & quinquaginta duo
erit: Ita Plinius duobus et nonaginta nūmis usuras auxern. Quod
si usuras usurarū reputemus, octauo quoq; anno & quinto mense
anatocismus renascitur, id est centesimo & uno mense: qua ratio-

ne centum annis usura subnascens, duodecies senos nummos peperit, id est duos & septuaginta: & sexaginta annis, paulominus duos & quadraginta, qui sunt simul pro foenore iterato centum & quatuordecim. Ita Plinius exacte uidetur ratione suppeditasse.

Anatocismus
eniquis usi-
tatum.

Anatocismum autem usitatū fuisse antiquis notius est quam ut ostendere necesse sit: quapropter fortasse non uini apud Plinium sed binis legendum est, nam uini uerbum omnino eo in loco non cogruit ut superuacaneum: sic fiet ut sextarius quatuor & uiginti nummis constituerit, id est solidis nostris uiginti, quod omnino magnū fuit pretium: cū ea ratione amphora, quae octaua pars est modij nostratis, duodequinquaginta Frācīcīs cōstāterit, qui hodie quatuor et uiginti ducatis ualent: cū nemo nostra memoria apud nos binos modios uini pluris uēdiderit quantūuis cara annona: ita uini pretium centū & sexaginta annis duodecies penè multiplicatū erat, cū singulæ amphoræ millenis cētenis quinquagenis binis nūmis uenderetur: & tanti cyathus post tot annos uēdiūs est, quantis sub Opimio sextarius uēdebatur. Hæc ratio et si speciosa uidetur, tamen admittendam affirmare non ausim. Adhuc enim ita ratio inita est quasi non modo incolume uinū, sed etiā non imminutū fuerit. Nihil igitur ex amphora centenū nūmū Plinius deperiisse centum sexaginta annis existimauit, præseruum cū ad crassitudinē mellis asperi redactū esse dicat. Ego uero ex uino nostro coniecturā facies, id uinū ad septimas minimū partes exuctū fuisse cēso: cui dispendio si nūc addas id quod intercidit in alia atq; alia uasa semper etiam ipsa aliquid sorbēta, trāsfundendo, id quod tot annis necesse fuit, totiesq; mutatis dominis & apothecis: uix decimā quanq; amphorā post temporis tantā intercapēdimē residuā fuisse credo: ut fortasse non binis nūmis sed uicenis legendū sit: id uerba ipsa Pliniū mihi significare uidetur, cū inquit: Tantū pecuniarū detinet uini apothecæ: nec alia res maius incrementū sentit ad uicesimū annū, maius ue ab eo dispendiū non proficiente prelio. Vina enim significat ad uicesimū annū ita cōmode ueterascere, ut usuras etiā semisses penitare

fitare possint: sed si ultra afferueretur, ut nullo pretij augmēto mirū in modum deminuātur. Sic igitur colligo, quasi ipsa per se caries cōgios octonos quos amphora capiit, ad totidē sextarios contraxe-rit & eo ipso absorbente: deinde ut diffusionis & transuasionis di- spedium sextarios ad besses aut dodrātes redegerit, testis ipsis semper combibētibus. His duobus intertrimētis si specimina gustatib⁹ data, iuncturāq; cauponationis heminariæ quadrātariæq; addide-
ris & quod alias intercidit, quis iam addubitet ad uicenos nummos
premium in uncias extendere, quod semisses usuræ ad binos nūmos
& ultra int̄derant? Id quod si admittamus, sextarij singuli num-
mis ducenis quadrigenis constituerunt, id est sexagenis denarijs.
Qua ratione pretiū paulominus centū & uiginti partibus auctum
est centum & sexaginta annis, quod fortasse nō incredibile erit, si
quis reputet quod minima aliqua mixtura (ut Plinius dixit) medi-
camēta erant, cæteris uinis cōmendandis: ut portione per hoc ma-
gna exorptū uinū esse intelligamus: in quo exucto liquore uini uis
remāsisset incolmis & uiuida. Hoc quū admiratione dignū esset,
ideo Plinius retulit, ita ut nobile exemplū uēditi plurimo uini ap-
pellet: id tamen minus mirū factū pīcis nullus Romæ ab homine
priuato octo millibus nūmū emptus, id est ducētis aureis nostris.
Hoc enim creditu difficultius est q; amphoram uini præstatiſſimi et
medicamentarij ducentis & octoginta octo aureis uenisse: tantū
enim amphora supradicta ratione constituit. Hanc etiam opinione
adiuuare potest id quod Plinius libro duodecimo inquit de Opobal-
famo loquens his uerbis: Nec manifestior alibi fraus, quippe milli-
bus denariūm sextarij empti uendente fisco, trecētis denarijs uæ-
neunt. Si enim Plinius tēpore cū largior iam foetura succi eius erat,
singuli sextarij synceri liquoris centenis aureis uendebātur, nō ma-
gnopere mirū est inusitatæ atq; omni & eo inauditæ uetus statis ui-
num, quod medicamenti loco cederet, senis aureis uenū iijſſe. Verū
illud ipse miror, quod anno Opimiano i.natali ipso uini Opimiani,
Plinius singulis amphoris cētenos nummos taxando existimauit:

qua ratione culeus nostras, id est sesquimodius Parisinus tribus argenti libris ualuit, hoc est triginta aureis nostris. Quod si eo anno omnium generū bonitas fuit in Italia, cuius tot uini nobilitates Plinius libro supradicto enumerauit: quonā modo fieri potest ut tanti amphora uenierit? præsertim cum feraces uines habuerit ut idem autor tradid: quippe in Gallia ut gelicidū, uredo & sideratio sequens, & has coeli iniurias procella excipiens, summā caritate inferant, id quod memoria mea non semel contigit, nemo tamen meminit hac in vrbe modiū uini qui amphoras octo capiit, duodecim aureis uentre, dntaxat uernaculi: tametsi hic habeamus omnium propè generū, id est albi, helui & intense rubetis, nigriq; quæ nulli importatorū cedunt dntaxati iugi usu mense, tametsi pretio ali quantulum cedant nonnullis importatis, quæ strenuiora esse creduntur triplandis palatis. Vinosorū hoc hominū iudicio factū, qui uina nostratia, id est agri Parisini retuso mucrone esse dictitant: nec satis lancimare linguas gustu feruido & acuto. Alioquin sanoriū iudiciorū consensu constat uina Francica, id est Parisina omnibus numeris bonitatis præcellere, tametsi halitu ut illa externa uertiginem non cieant. Sed ne illa quidē aduenturia & caput tentantia quauis inopia uini supradictū pretiū excedunt: quod de ijs intelligi nolo, quoru singulæ potiones uno coniunctu dantur. Qualia sunt Lusitanica, pseudoretica, & omnino quæ sapæ uice sumuntur: & Vini pro Liberi bellarijs cedunt. Verum de pretio uini audiamus Colutiū apud mellā sic dicentē libro tertio: Quippe ut deterrimi generis sint uantiquos. nē, tamen si cultæ sint, singulos utiq; culeos uini singula eoru iugera peræquabunt: utq; trecentis nummis quadragenæ urnæ uæneant (quod minimū pretiū est annonæ) consument tamen septem culei seftertiūm duo millia & centū nummos. Ea porro summa excedit usurā semissium. Atq; hic calculus quē posuimus, græcini continent rationē: sed nos extirpāda uineta censemus, quoru singula iugera minus quam ternos culeos præbent. Minimū pretiū annonæ Columella esse dicit, quū trecentis nūmis quadragenæ urnæ uæneunt,

neunt, id est uiginti amphoræ, quod perinde est ac si dixisset quum singulæ amphoræ quinis denis nummis uæneunt. Si igitur uilissima annona uinū in amphoras quindecim nūmis erat: existimo mediocri annona amphorā tricenis nummis uedi soluā: ut summa fuerit annona, quadragenii quini uel quinquageni nummi: dira et prodigiosa etiam sexageni, aut summū septuageni. Sed caritatis anno næ ac uilitatis ratio duplex, alterā copia & penuria moderatur, alterā prima ultimāq; nota mercis facit. Huius igitur loci explicatio sit in medio posita, ut pro captu cuiq; cōminisci quicquā liceat: ne in immensum crescat hic liber, si lñes lñibus resoluere pergeremus: esse enim huius incepit eam rationē uidebam, ut si indulgere stilo uoluissēm, connexa rerū series in aliū sēpe relatura nos esset: ac nihil oecius tamen libens feci ut locum quendā ex libro Columellæ transcriberē propter insitā ac peruulgatā opinionē inter nostros de uini cultu, & eius agricolationis alea. Is igitur autor docere uolens uberrimū esse uinearū redditum: Atq; ut omittam, inquit, ueterem illā felicitatem aruorū, quibus & ante iam Marcus Cato, & mox Varro Terentius prodidit singula iugera uinearū sexcenas urnas præbuisse: his certe tēporibus & Nomētana regio celeberrima fama est illustris, et præcipue quā possidet Seneca uir excellentis ingenij atq; doctrinæ, cuius in prædijs uinearū iugera singula culeos octonos reddidisse plerunq; cōpertū est. Nam illa uidetur prodigialiter in nostris Ceretanis accidisse, ut aliqua uitæ apud te excederet uuarū numerū duū milliū: ut apud me octingentæ stirpes insitæ, intra bienniū septenos culeos peræquaret: ut primæ uineæ centenas amphoras iugeratim præberent: cum prata & pascua & syluæ, si centenos festerios singula iugera efficiant, optime domino consulere uideātur. Nam frumenta maiore quidē partē Italiæ quando cum quarto responderint uix meminisse possumus. His uerbis Columella clarissimus autor rei rusticæ, testatur nullum genus agriculturæ aut prædij fructuosius esse uinea. Ostendimus supra iugera minus esse besse arepenni Parisini:

De cultu
uinium.

L. 3 quanquam

quāquam Columella libro sexto dicat semijugerum à Gallis arepē
nam uocari: & idem autor censet extirpandū uinetum esse, quod
minus tribus culeis, præbeat in iugera, id est sexagenis amphoris.
Varro libro primo: In qua terra, inquit, iugerū unum denos et qui
nos culeos fert uini, quot quædā in Italia regiones. Sed ut has Var
ronis uineas rarae felicitatis omittamus, Senecæ uineas Columel
la octonos culeos ferre solitas tradidit, id est cētenas et sexagenas
amphoras in iugera. Quod quia rarū fuit, rursus ijs omisis alias
uideamus quæ mediocres habebantur, id est quæ cētenarīe erant
quinq; culeos reddētes iugera tim. Ut tigur cētenas amphoras, id
est duodenos modios nostros & semodii uinea mediæ notæ præ
buerit, & singulis amphoris minimū annonæ pretiū statuamus, id
est quinos denos nūmos, mille ac quingenios nummos aniuersario
uectigali reddidū. Quod si mediocrem annonam estimare ueli
mus, hæc summa duplicabūr, ut sint ære nostro quinq; & septua
ginta aurei coronati: hodie ex iugero & triente Romano, id est iu
gero Parisino si quis centenas amphoras annuatim ferret, id est
duodecim modios nostros & semissim duntaxat uini non minimæ
notæ, quam nostr: familiarē appellant, hic Baccho litasse dictūtare
tur: rariq; sunt in hoc agro qui tantum percipiāt etiam infimæ no
tæ, & tamen apud Columellam hic redditus iugeri Romani me
diocris inueniatur: quare planū fit uinearū cultū apud nos non suo
pte uitio, sed cultorū, damnosum existimari. Quum enim hic ferē
rei rusticæ tractationē ignoremus, & qui nobis fodiūt & putant,
omnia ex cōmodo suo faciat, fit plerunq; ut nec exacte nec tēpesti
ue cultus uitii absoluitur, quū in vrbe existētibus dominis opus in
agro fiat. Propterea Plinius libro decimo octavo: Profecto, inquit,
opera nō impensa cultura constat, & ideo maiores fertilissimū in
agro oculū domini esse dixerūt: atq; ita loquor quasi uiniores peri
tos habeamus, cum uix decimus quisq; artem suam nouerit. Inde fit
ut sumptus uineæ fructum sæpe deuoret: quod tamē ne deterrimo
quidem cultu ijs contigūt qui uitiferum solum eligere nouerūt. Sed

cum

cum iam omnis collis campuſq; uitibus conuestiatur, necesse eſt inſcijs cultoribus plurima uineta nō respondere, præſertim in hoc tra-
 ctu in quo carbunculatio à gelicidio alternis propè annis ſentitur.
 Quare cum à prima germinatione uſq; ad quintum nonas Maias
 (qui dies ultimus eſt decretorius uitibus) gelicidium timeatur, &
 huic periculo exemptis iterū uis maior impendeat, quæ nullo nō an-
 no alicubi stragē infert, ſimul uredine ab æſtu caniculæ, aut aquæ
 cœleſtis in opia uuæ ſæpe retorrefcant, id quod cum hæc proderem
 egregium prouentum uinearum bona ex parte perdidit, niſi aut di-
 ligentia aut felicitas adiuuet, eſt ferè quod expenſum uitibus que-
 ribundi feramus. Quanta autē priſcorum frugalitas & qſtrenua
 fuerit diligentia in agricolatione, ex lectione Varronis & Colu-
 mellæ in uniuerſum patet, cuius uelut unum ſpecimen illud adno-
 taffe ſatis erit, quod Varro libro primo de uinearū cultu loquēs ita
 inquit: Saserna ſcribit ſatis eſſe ad iugera octo, hominē unū: et Co-
 lumella libro XIIII. Nam ut ampliſſimas impēſas uineæ poſcat,
 non tamē excedunt ſeptē iugera unius opera uinitoris. Hodie autē
 quotus qui ſq; uinitor tribus iugeribus ſuffici? Ita fit ut uineas non
 uinitoribus colēdas locemus, ſed cultoruſ mancipib⁹. Propterea in
 agro Parisino uineta magno excoluntur, cū multis in locis Galliæ
 paruum ſumptum quiſ feraces uites poſcant: quod et incuria domi-
 norum, & ignavia uinitorū ita inueteratum eſt, ut conſtitui apud
 nos rurſtica nequeat, rurſtis unanimi coſpiratiōe tuētibus quod
 à maioriſbus acceperunt. Verum (ut ad Pliniū redēam) ſi cente-
 nos nummos in amphoram ſtatuamus anno Opimiano & cente-
 nas amphoras in iugerum, qui mediocris eſt prouentus Columel-
 lae, uideamus quonam tandem reddiūs euafurus ſit: centies cente-
 ni nummi decem millia nummūm fiunt, quæ nos ducenti quinq̄ua-
 ginta aureis eſtimare ſolemus: quo fit ut nō immerito fortaffe Pli-
 niana exemplaria eo in loco ſucepti poſtularim, quomodo et in alijs
 nonnullis locis, officio (ut mihi quidem uideatur) ſtudioſi hominiſ
 functus qui in medium consulit, Nam illud Columellæ in loco

Fertilitates à nobis antea citato: Nam frumenta maiore quidem parte Italie
soli memoriae quādo cum quarto responderint, uix meminisse possumus, cū quar
biles. iodecimo legendū esse notius est quād dici debuerit, ex Varrone
libro primo cuius hæc uerba sunt: Quare obseruabis quantū in ea
regione consuetudo erit serendi; ut tantum facias quantū ualeat re
gio ac genus terræ: ut ex eodē semine aliubi cum decē respondeat,
aliubi cum quindecim, ut in Hetruria locis aliquot. In Sybaritano
dicunt etiā cum centesimo redire solitū. Nec mirū id Italie tribui,
cum Plinius tradiderit agrum Babylonii cum quinquagesimo fœ
nore messes reddere, diligentioribus agricolis etiā cum centesimo:
de quo Herodotus in primo ita inquit: ἦν τὸς Διόνυσος θέατρον
πάντοις ἀγαθοῖς εὐφέρειν τοῖς οὖταις βαθυλούν χώρη, ὡς τὸν Διονυσίον
τοις μάλιστα πρόσπερν ἀποδιδοῦσι, επειδὴν δὲ οἱ ερισταὶ αὐτὴν εὔντησι,
εἰσίν τοις τριηκόσιος εὐφέρει. Id est, ad cerealē autem frugē usq; a
deo bona est regio Babylonia, ut plerunq; ducena reddat: ubi autē
bonitate sese ipsa uincit, ibi etiā ad tricena. Plinius libro quinto: Li
byphoenices appellantur qui Byzantii incolūt: ita appellatur re
gio CCL. millibus passuum per circuitū fertilitatis eximiae, cum cē
tesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Et libro decimo octa
Tritici ferti uo: Tritico nihil est fertilius, hoc enim natura ei tribuit, quoniā eo
litas in Afri maxime alat hominē, utpote cum ē modio si sit apīū solum, quale in
ca. Byzantio Africæ campo, centeni quinquageni modij reddatur: cū
centesimo quidē & Leontini Siciliæ campi fundunt alijq;, & tota
Betica, & in primis Aegyptus. Hoc dictū Pliniū nō conuenit cum
uerbis Ciceronis superius à nobis citatis de agro Siculo, cū decimo
reddēte. Non hyperbolice igitur dominus noster in euangelio Mat
thæi capite decimotertio, fructum summū ad centesimā frugē au
xit. Verba Pliniū libro decimo octauo hæc sunt à Theophrasto ad
uerbum traducta: Babylone tamen segetem bis secant, tertio depa
scunt, alioquin folia tantū fieret. Sic quoq; cum quinquagesimo fœ
nore messes reddit exilitas soli, uerum diligentioribus cum centesi
mo. Sic enim Hermolaus recte emendauit. Theophrastus libro octa
uo de

uo de Stirpibus: ἂ δὲ τρίζεν τὰ πρόβατα ἐπαφιᾶσιν. οὐτω γάρ φύεται καθευλόν· εἰ δὲ μή, φυλλομοσεῖ, γίνεται δὲ μή καλῶς ἐργασία λόγοις, πεντηκοντάρχοις, τοῖς δὲ ὑδραιῶς, ἐκείνοις τάχοες. Et tamen in antiquis exemplaribus & in impressis ante Hermolaum sic legitur: Sic quoq; cum quintodecimo fœnore messes reddit exilitas soli, uerum diligentioribus cum centesimo quinquagesimo, quod mirū est, cū ad uerbū Plinius locū Theophrasti uerterit, nisi quod duo illa uerba, exilitas soli, apud Theophrastū non sunt, nec uidentur conuenire, cum Theophrastus pieram terrā illam appelle, id est pinguem, & Plinius ipse præpingue & densam, ut potius felicitas quam exilitas legi debeat: & mirū sit Hermolaum hæc uerba ex Theophrasto agnouisse, cum exile solum contrarium sit læto & affluenti. Quod autē sequitur: Neq; est cura difficultis: quam diutissime aquari gaudent, ut præpinguis et densa hubertas diluatur, sic emendandū censeo ex antiquo uno libro: quam diutissima aqua riganda. Theophrastus. ὁ δὲ ἐργασίας ἡ ὀσπατῖσον χρόνον ἐμενεῖεν τὸ ὄδηλωρ, ὅπως ὕλην ποιῆσῃ πολλήν. πίειρον γάρ οὖσαν καὶ πυκνήν πλὴ γῦν δεῖ ποιῆσαι μασνήν. Id est, cultus aut est ut q̄plurimo tempore resideat aqua, & multa herbæ materiæ faciat. Pinguem enim solum et densum oportet rarū fieri. Idem Plinius capite sequenti: Similis ratio sed felicitas maior Babyloniæ Seleuciæ, Euphrate atq; Tigri restagnatibus: quoniam ibi rigandi modus manu temperatur. Alioquin etiā aquari uerbū hoc loco nō conuenit. Cum de agro nostro qui pinguis sumus esse uulgo dicitur, agricultas multos interrogarim, nunquā exculpere potui ut cum decima fruge reddere semen faterentur, nisi si quādo summa anni ubertate id contigit, uel in nouali recens proscisso. Quo magis mira illa felicitas agrorū uideri debet: sed & in eo culpā aratorū nostrorum esse crediderim, nam Varro cum quintodecimo in Hetruria respondisse dicit, quū Columella, uix cum quartodecimo respondisse meminerit, quod nō effœto solo, sed negligētia agricultarū factum puto, qui à pristina diligentia iam Claudiū imperatoris uel Neronis tempore desciv-

rant, sub quo Columella scripsit. Verum animaduertenda Colu-
 mellæ uerba supradicta: Cum prata, inquit, & pascua & sylva,
 si centenos seftertos singula iugera efficiant, optime domino con-
 sulere uideantur. Ex quibus uerbis coniuncti potest quantū seftertius
 ualeret: quippe hodie prata scimus & uidimus, quæ annuos quater
 nos Frâcicos domino pefitare solita sint foenifici in lustru obloca-
 ta, ita ut cōmode secū eo pacto putet actū: Atqui centū nūmi & sti-
 matione nostra duobus aureis et semisse ualuerūt. Sed quoniā dixē-
 mus qualis fuerit redditus uinearū, restat ut uideamus quantū fue-
 rit pretiū. Columella libro quarto: Vinitor licet sit emptus sex uel
 potius seftertijs octo millibus, cum ipsum solū septem iugerū totidē
 millibus nummorū partū, uineasq; cum sua dote, id est cū pedamē
 tis & uiminibus binis millibus in singula iugera positas duco. His
 uerbis Columella uineā cōseri in singula iugera tribus millibus nū
 mū significat: quibus si perā uinitoris addas, quatuor iam erunt
 millia, sine usuris biennij semissibus quo uinea nouella cessat. Hæ du-
 centos quadraginta nūmos ualent, ita singula iugera amplius cen-
 tenis aureis nostris conserebātur. Plinius uero eo in loco ubi Opi-
 miani uini meminit, de arte colendæ uineæ loquēs: In nostra, in-
 quiā, & tate pauca exempla consummatæ huius artis fuere. Verū eo
 minus omitenda, ut noscantur etiam præmia, quæ in omni re ma-
 xime spectantur. Summam ergo adeptus est gloriam Acilius Ste-
 lenus è plebe libertina L X. iugerū non amplius uineis exultis in
 Nomentano agro, atq; & que quadringentis nummis uenundatis.
 Magna fama et Vetuleno Egilao uel potius Aegilao perinde liber-
 tino fuit in Campaniæ rure Linternino, maiorq; etiam fauore ho-
 minum, quoniā ipsum Africani colebat exiliū: sed maxima eiusdē
 Steleni opera Rhemmiū Palæmonem aliâs grammatica arte cele-
 brem in hisce x x. annis mercatū DC. millibus nummū in eodem
 Nomentano, decimi lapidis ab urbe diuerticulo. Est autem usque-
 quaque nobilitas uinetis per omnia suburbana, ibi tamen maxima:
 quoniam & neglecta per indiligentiam prædia perhauriat, ac ne
 in pese

Animaduer-
tēdus locus.

Pretium ui-
nearum.

in pessimis quidem elegantioris soli hæc aggressus excolare, nō uirute animi, sed uanitate. Quæ primo notata mira in illo fuit. Pasti natus enim de integro uineas cura Stelenum imitatus, ad uix credibile miraculū perduxit intra octauum annum CCCC. M . nummūm emptori addicta pendente uindemia: cucurritq; nō nemo ad spectandas uuarum in ijs uineis strues literis eius altiores , contra id pigra ciuitate sibi patrocinante, nouissime Anno Seneca principatu traditiōis ac potētiae quæ postremo nimia fuit super ipsum: minime utiq; miraturi Anneum tanto prædij eius amore captum, ut non puderet inuiso aliâs et ostento futuro tradere palmam eam emptis quadruplicato uineis intra decimum ferè curæ annum: digna opera quæ in Cecubis Setinisq; proficeret , quando & postea sæ penumero septenos culeos singula iugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere . Ac ne quis uictam in hoc antiquitatem arbitraretur , idem Cato denos culeos redire ex iugerbis scripsit . Hunc locum (ut arbitror) ita legebat Hermolaus, in quo ex pridem impressis tria aut quatuor uerba mutauit , ut uide re est in eius castigationibus: & cum priu CCCC. nummūm legeretur, ipse millibus recte addendum censuit. Ego uero hunc locum mendis adhuc scatere puto , & duobus in locis ab Hermolao corruptum : quem quia emendari à me non posse uidebam, transmisstendum diu censui : sed quoniam aliud exemplum non succurrebat unde ostendere id quod nunc agitur possem , consilium mutavi , ita tamen ut seruatis anxie antiquis exemplaribus , additio quod comminisci potui , locum aliquanto magis perspicuum minus' que mendosum referrem. Hermolaus in altera editione hunc locum declarare cupiens: Videtur (inquit) Steleni uinetū primo CCCC. mil. uenisse, tum DC. millibus mercantie Palæmore , non à Steleno, sed ab emptore primo, demum quadruplicato pretio comparatum à Seneca. Ego aliter censeo, quare sic legendum existimo: Sed maxima eiusdem Steleni opera Rhemmio Palæmoni aliâs grammatica arte celebri in hisce XX . annis mercato rus sexcentis millibus num-

Plinij locu.

bus nummūm in eodem Nomentano. Ex uetustissimo libro in quo
hæc per datiuum leguntur, Palæmoni & celebri: nec mercatū, sed
mercatorijs, ex quo mercato rus legendū dico: alioquin frustra Pli-
nius dixisset in eodē Nomentano, si de uinetō superiore ipse intel-
lexisset. Maxima igitur fama fuit Palæmoni opera Steleni. Est
enim opera septimus casus non accusandi: nec Palæmon opera, id
est agricolationes Steleni mercatus est, sed ad rus emendū opera
Steleni usus est, qui iam documentū industrie sue ac soleritiae de-
derat uenundato uineto CCCC. millibus nummūm. Sequitur: Est
autem nobilitas uinetis (uel mercis ut in omnibus antiquis legitur)
per omnia suburbana, ibi tamen maxima, quoniam neglecta per indi-
ligentiam prædia perhauriat. Malim, ut in antiquis & pridem im-
pressis legitur, parauerat: hoc sensu: Quum alias uineæ magno
ibi ueniret propter uicinitatē, tum illa maxime Palæmonis in pre-
tio erant, quia illa cōparauerat negligentia dominorū coli desita,
ex quo noualiū uice censebantur: quod Plinius significat dicens eū
uineas pastinasse, quod renouasse significat. Vix tamen hoc con-
gruit cum Columella libro quarto, quum in ponenda uine restibilis
uineti ultimā conditionem esse censeat. Quare fortasse Plinius ua-
nitatē in eo arguit: sed uanitatē in eo intelligo potius quod uineas
de integro pastinavit quasi restibile uinetū & cariosum, quum ui-
neæ tantum neglectæ indiligentia cultorū fuissent, nec repastina-
tione indigerent. Et inferius: Cura Stelenum agricolā imitatur, le-
go, cura Steleni dum agricolā imitatur: sic enim antiqua habet exē-
plaria. Et rursus inferius: Cucurritq; non nemo ad spectādas uua-
rum in ijs uineis strues, literis eius altiores pigra ciuitate sibi pa-
trocinante. In pridem impressis, altioribus pigra in ciuitate legeba-
tur, sed Hermolaus illud in expungendū censuit, & altiores legen-
dum, hoc sensu: habuisse causam Palæmonē grammaticū quamob-
rem agrorū curā literis anteponeret, cum ad id desidiā ciuitatis se-
bi patrocinantē uideret. Ego autē altioribus reponendū hoc modo
censeo. Literis eius altioribus pigra uicinitate sibi patrocinatē, hoc
sensu

Pastinare
quid sit,

Pliniū locus,

sensu: ut uicini quibus confines uineæ Palæmoni multo minus reddebant diligentia pari non excultæ, referrent causam tanti prouetus in doctrinā Palæmonis, qui grammatica arte celebris fuit, satyrici testimonio qui inquit:

— Cede Palæmon. Et rursus: — Odi

Hanc ego quæ repetit uoluñq; Palæmonis artem.

Meminit & Quintilianus. Huc pertinet illud eiusdē Pliniū libro decimo octavo: Caius Furius Cresinus ē seruitute liberatus, cum in paruo admodū agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis uicinitat̄, in inuidia magna erat ceu fruges alienas pelliceret ueneficijs: quamobrem à Sp. Alpino curuli die dicta metuens damnationē, cum in suffragiū tribus oporteret ire, instrumentum rusticū omne in forum attulit, & adduxit filiā ualidam, atq; (ut ait Piso) bene curatā ac uestitā, ferramēta egregie facta, graues ligones, uomeres ponderosos, boues saturos, postea dixit: Veneficia mea Quirites hæc sunt, nec possum uobis ostendere aut in forū adducere lucubrationes, uigiliasq; & sudores: omniū sententijs inaq; absolutus est. Sic igitur uicinitas non nauatæ in cultu operæ, sed doctrinæ cuiđā reconditæ tribuendā censebat ubertorē fructuum perceptionē. Sequitur, ut nō puderet inuiso aliâs et ostēto futuro tradere palmā eam emptis quadruplicato uimeis. Vbi in uetusto alias regiones, & ostentaturo legimus, in alio ostentatur: quare legendum censeo, inuisuro alias regiones & ostentaturo: ut Pliniū locus, intelligamus Palæmonē tanto pretio ea regione exactū, alium locum quæ siturū in quo ostentare pretiū industriæ suæ posset. Reliqua ita corrupta censeo, ut sensus cōmode elici nequeat. Veniamus nunc ad id quod quærebatur. Si sexaginta iugera quadringentis millibus uænierūt, quæ decem millibus aureorū à nobis aestimātur, sex iugera mille aureis constituerunt, ut in singula iugera centenos sexagenos senos & semissen statuere debeamus. Si hoc pretiū ex Columellæ ratione aestimetur, non video cur summā laudem propter hoc adeptus sit Acilius, quod Plinius inquit: propterea suspe-

ctum

Etum numerum habeo, nam & in quodā antiquo legi l. x. iugerūm non amplius uineis excultis in Nomentano agro, atq; æque numero uenundatis, ut fortasse sic Plinius scripsérit, atq; æque numero seftertiūm uenundatis. Qua ratione summa laus fuit in singula iugera centenis millibus nummūm uineam uendidisse, alioquin non magnopere creuisset pretiū, quod non conuenit cum cultu ruris alterius, quod quadruplicato intra decimū uenditum est, cuius etiam uindemia pendens quadringētis millibus nummūm addicta est. Rus autē illud cuius Plinius modū non posuit, centuriā intel-

Centuria. ligo de qua Columella loquēs ita inquit: Centuriā nūc dicimus (ut Varro ait) ducentorū iugerūm modū, olim aut ab centū iugeribus uocabatur cēturia: sed mox duplicata nomē retinuit. Cato centuriā uittariā posuisse uidetur centū iugerūm cū inquit, habere opotere quindecim mancipia uinearū iugeribus centū. In oliueto mode ca centuria (inquit Varro) erat ducentorum iugerūm. Ergo hic si centenariam uineam intelligamus, sexcentis seftertijs emptam, singula iugera in suburbano senis millibus constiterunt, id est centenis quinquagenis aureis coronatis, & pretio quadruplicato intra decimum annum, sexcenis, in quibus diligēti cultu eosq; profectū est à Rhemmo, ut octauo anno uindemiam pendentem in iugera centenis aureis uendiderit, quod Plinius miraculū uix credibile dicit. Ut enim octonos culeos in singula iugera statuamus, hoc est uicenos modios Parisinos quinque aureis uindemia cuiusq; modij constiūt. Hęc tamen summa multo minor est superiore, si sexages seftertiūm legamus, & rus centuriā fuisse intelligamus. De his uineis loquens Columella libro quarto, & Senecæ blandiens tunc potentia & autoritate apud Nerōnē praeualenti, ita inquit: His certe temporibus & Nomentana regio celeberrima fama est illustris, & præcipue quam possidet Seneca uir excellentis ingenij atq; doctriṇæ. Cuius in prædijs uinearū iugera singula culeos octonos reddidisse plerunq; compertum est. Ego autem compertum habeo in præfectura Parisiensi uineta esse, quæ etiam hunc numerū excesser-

cesserint in singula iugera nostra, quæ illic sunt maxima. Igitur
 quadruplicatum pretium quater & uicies festertiū fuit, quod nū
 mo nostro sexaginta millia aureorum ualeat: Ex quo apparet Sene-
 cam non frustra prædiuitem appellatum esse à luumenale: nam &
 ipse apud Tacitum libro decimoquarto ad Neronem inquit: Quar-
 tusdecimus annus est, ex quo spei tuæ admotus sum, octauis ut im-
 perium obtines: medio temporis tantum honorum atq; opū cumula-
 sti, ut nihil felicitati mee desit, nisi moderatio eius. Et paulo infra:
 Ego' ne equestri & prouinciali loco ortus, proceribus ciuitatis an-
 numeror? Inter nobiles & longa decora præferentes nouitas mea
 enituus? ubi est animus ille modicis contetus? Tales hortos instruit,
 & per hæc suburbana incedit, et tantis agrorū spatijs tam lato fœ-
 nore exuberat? una defensio occurrit quod muneribus tuis obnī
 non debui. Sed uterq; mensuram impleuimus, et tu quantum prim-
 ceps tribuere amico posset, & ego quantum amicus à principe acci-
 pere. Mibi subueniendū est, cum opes meas ultra sustinere nō pos-
 sim: in hoc uia & iuinere senex, & leuissimis quoq; curis impar, præ-
 sidium peto: iube opes meas per procuratores tuos administrari, et
 in tuam formam recipi: quod temporis hortorum, aut uillarum cu-
 ræ seponitur, in animum reuocabo. Verba sunt Senecæ ab amicis
 admoniti, quod ab inimicis apud Neronem insimularetur, quasi in
 gentes & priuatum supra modum euætas opes quotidie augeret
 ut Taciti uerbis utar. Instarem igitur perniciem prouidēs, ad prin-
 cipem ultro adiijt, immensi census cessionem facturus ut uitæ con-
 suleret, quod obtainere ei non licuit. Nunc si reputare uelimus quan-
 tæ fuerint illæ opes, audiamus Suillium Senecæ inimicum & in-
 ter alia quoque exprobrantem apud eundem autore libro xiii. his
 uerbis: Qua sapientia, quibus philosophorum præceptis intra qua-
 drienium regiae amicitiæ ter millies festertiū parauisset? Romæ
 testamenta & orbos uelut indagine eius capi. Italiam & prouin-
 cias immenso fœnore hauriri. His uerbis cū superioribus intelligi-
 mus Senecā magnos reddi⁹ ex agris et fœnore pecuniae habuisse.
Seneca ad
Neronē ag-
cusatus.

Quod

Quod si festeriū ter millies quarto iam anno imperij Neronis quæsuerat, ut Suillius dixit: quid existimemus eum habuisse octauo eiusdem imperij anno, quando oratione illa ad Neronem habuius? Ter millies (ut alibi diximus) census fuit maior Crassiano, hoc est septuagies quinquies centena millia aureum huius temporis. Olim autem à censu note erant opes hominū, non ut nunc occultae, professio enim necessitatibus erat. Cæterū ex prædictis feracitas uinearum antiquarū declaratur, cum Plinius dicat: Ac ne quis uicta in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus scripsit: Et ut redditus optimus intelligeretur, subdidit Plinius, efficacibus exēpli non maria plus temerata conferre mercatori, non in Rubrum latus Indicum' ue merces peinas quam sedulum ruru larem: sed tanta copia in Cecubis et Setinis Falerniisq; non fuit, quæ primæ autoritatis erant, ut ex Plinio et Columella nouimus: Nomentanus enim ager feracitate non autoritate præstite illustris erat. Propterea addidit ea uerba Plinius, digna opera quæ in Cecubis Setinisq; agris proficeret. Prodigio autem simile est uitæ unam, id est unam stirpem excessisse uuarum numerum duorū millium, quod Columella dixit, et id dictū de uitæ per gulari puto. Vnde idem alibi: In Albano generis Aminei uitæ notas habuimus, numero quidē per paucas, uerum ita fertiles, ut in iugo singulæ ternas urnas præberent: In pergulis autem singulæ deenas amphoras peræquaret. Nunc cætetur locus Plinius libro decimo

Fertilitas stupenda soli. octauo, ubi de summa fertilitate loquitur: Ciuitas, inquit, Africæ in medijs sita arenis Syrtis petentibus Leptim, quæ magna vocatur Tacape, felici super omne miraculū riguo solo, ternis ferè passuum millibus in omnem partem. Fons abundat, largus quidem sed certis horarū spatijs dispensatus inter incolas. Palmæ ibi prægradi subditur olea, huic ficus, fico punica, illi uitæ, sub uitæ seritur frumentum, mox legumen, demum holus, omnia eodem anno, oīaq; aliena umbra aluntur. Quaterna cubita eius soli in quadratu, nec ut à porrectis metiatetur dignis, sed in pugnū contractis, quaternis denarijs

denarijs uænundantur. Super omnia est biferā uinem bis anno uim
demiare: & nisi multiplici partu eximaniatur ubertas, pereat luxu-
ria singuli fructus: nunc uero toto anno metitur aliquid, constatq;
fertilitati nō occurrere homines. Hactenus Plinius. Age in eamus
rationem: Quaterna cubita, plena et iusta, in quadratū hexapoda
nostram faciunt, id est tricenos senos pedes: quæ mensura octingē-
ties multiplicata duodetriginta millia & octingētos pedes explet.
Nos enim superius docuimus iugerum Romanum octingētas hexa-
pudas habuisse. Sic fit ut iugerum Romanū eius soli Africi duode-
cim millibus & octingētis sestertijs nummis constituerit, quæ ære
nostro trecentis & uiginti aureis coronatis ualent: & tamen ita ra-
tionē subduximus, quasi plena cubita fuerint. Magna est hodie op-
nio agri nostri suburbani, qui uliginē contrahit à colluie urbis, ho-
leribus & acetarijs et raphanis & leguminibus seritur, & interim
pergulis circumuestitur, ne hyeme quidem nisi scuissima cessans:
sed pretium eius ut arbitror ad tertiam partem illius Africani nō ac-
cedit. Vnum autē restat dicendum, quod consulto in finem operis
dilatum est, ut in mentione domini nostri fastigium operi impona-
tur. Matthæi decimo legitur, ὁ Διδράχμας οὐ τελεῖ τὸ
Διδράχμον; Magister uester non solū didrachma. Et rursus: Va-
de ad mare & mitte hamū, & eum piscem qui primus ascenderit
tolle, & aperto ore eius inuenies staterem, illum sumens da eis pro
me & te. πρεπειθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν βόλε αὔγυστον. καὶ τὸν ὄκτω
βαΐοντος πρῶτον ἵχθυν αὔρον. καὶ αὐτοῖς τὸ σόμα αὐτῷ ξυπίσαι
σατῆρε. ἐκέινον λαβὼν δίσαντες, αὐτὸν έμοι χρεῖσσον. Sic tamen
proprie uerti potest: Magister uester non pensitat didrachma? per
interrogationem. Est autem didrachmū nummus binas drachmas Didrachmū.
ualens, quomodo & tetradrachmū quaternas, quod uerbum apud Tetradrach-
Liuum legitur, ut supra adnotauimus. Cassius ad Ciceronē. Nam num-
iam ternis tetradrachmis triiticum penes Dolobellā est nisi si quid
nauibus Laodicenorū supportarit, cùo fame pereat necesse est. Fa-
mem instantē significat ex caritate frumentii, quum medimus duo

Soli Lutetia
ni fertilitas.

denis drachmis ueniret, id est seni modij Romani et semiextarius noster ducato uno. Liranus apud Matthæū, drachmā senis denario lis aestimat, et sic qlibet, inq̄, capitaneus domus soluebat annuatim duodecim Turonenses. Ego autē tanū didrachmū ualuisse quantū septem solidos nostros Turonicos dico. Hoc est septies tātum quantum Liranus existimauit. Exodi trigesimo capite dicitur: Siclus xx. obolos habet: media pars sicli offeretur domino. Qui habetur in numero à uiginti annis & supra, dabit pretiū. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Iosepus libro septimo belli Iudaici de triumpho Vespasiani loquens quem egit de Iudeis ut subactis: Stipendium, inquit, ubi cunq; degerent Iudeis indixit, binas drachmas singulis annis inferre in Capitoliū iussit, ita ut antea Hierosolymorum templo pendeant. Intelligimus ergo id quod

Tributum in Exodo dicitur, typum fuisse tributi quod Iudeis à Romanis in Iudaicum. iunctum est: non enim primum à Vespasiano id factum est, sed ab

Augusto qui censum imperauit Iudeis Cyrino praeside. Vespasianus autem non in Iudea tantum hoc tributum indixit, sed Iudeis ubi terrarum cunq; agerent. Didrachmum igitur denos obolos Hebrewicos ualebat, sed duodenos Atticos: nec didrachmū in singulos patres familiarū, ut Liranus censuit, hoc est in capita familiarum, sed in singulos homines statutum, quomodo olim semisiclus in numerum hominum, id est uirium non domesticalim constitutus, in eos quidem qui maiores uiginti annis essent: quod perinde est, ac se binas operas in sacra publica conferre iuberentur: nam drachma merces est diurna, ut supra docuimus de denario diurno loquentes.

Stater. cuius fit mentio Matthæi xx. Stater igitur tetradrachmus erat, ut & antea dictū est. Nunc igitur in hac mentione stateris, aestimentur, si fieri potest, diuinæ hominis unius priuati, quantū meminerim maximæ. Pythius is est Bithynius, quem Herodotus in VII. prodidit Dario Persarum regi uitam auream & platanum donauisse. Posteaq; Xerxi Darij filio quū in Græciā infesto exercitu tēdens Celānis urbe Phrygiæ iter faceret, obuiam profectū, regem ipsum

Ipsum atq; omnē eius exercitū hospitiō suscepisse, xenijsq; magnificis donauisse, pecunia etiā in id bellū præbaurū se pollicitū: quam pollicitationē admiratus Xerxes, astantes percūctatus est quisnam hominū esset Pythius, q̄q; pecunijs abundans, qui hoc ultro spopondisset. Cui cū respōsum esset, illū esse Pythiū, qui patrē eius Dariū uisendo illo munere uitā ac platani aurea donauisset, ac tum quoq; nihilominus hominū diuissimus secundū regē esset. Rursus admiratus Xerxes, & ad Pythiū conuersus, sciscnari cœpiū q̄ ingentis pecuniae fidutia ad pollicitationem illam uenisset. Ad ea Pythius, quum ad mare, inquit, Græciæ descendere te audissem, statim opū mearum rationem inire aggressus sum. Iam tum enim in animum induxeram pecuniam tibi dono dare in bellum id gerendum. Subducta igitur ratione, argenti quidem talenta duo millia, auri uero myriadas quadringentas, staterum Daricorum septem millibus minus habere me comperi quæ tibi dono dare statui: mihi autem ut etiā ex mancipijs & agricultura suppetet. His uerbis Xerxes delectatus, ut tecum, inquit, paria faciam, pro hac liberalitate hospitem te meum facio. Quadringentas uero myriadas nummū de meo explebo datis tibi chiliadibus septem, ut quadragies centenis millibus Daricorum staterum nihil desit. Proinde quæ habtenuis possedisti possideto, memento' que talem te semper præstare. Hæc enim te faciētem, nec in præsens, nec in futurum poenibet. Hæc sunt enim uerba Xerxis apud Herodotū. σοὶ δὲ οὐδὲ ἀντίων γέρεας Κιόδης Διδλωμι, γέτινόν τε σὲ τριεῦμαι εἰμόν. καὶ τὰς τε βασικὰ σιας μυριάδας τοῦ σατύρων ἀπρπλίσω παρ' εἰμιωντοῦ, διὸς τὰς ἐπτά χιλιάδας, ἵνα μή τοι επιδίξεται οἱ τε βασικόσιαι μυριάδες ἐπτά χιλιάδεων, ἀλλ' ἔτι ἀπαρτιλογίνην π' εἰμέο πεπληρωθεῖν. οἴκτησό τε ἀντίστοι περ ἐπτάσσο. ἐπίσασό τε ἐνοισι ἀλλ' Κιοῦς οὐ γάρ τοι ταῦτα πρίονποντεῖς τοι παρεῖν, οὔτε εἰς τὸ μέλλον μεταμελῆσει. Plinius libro XXXIII. de immensis opibus hominum singulorum loquens: Congregate, inquit, & excedētes numerū opes, quota tamen portio erunt Ptolemæi, quem Varro tradidit

Diuitiae Pythiū memorabiles.

Pythius Bēthynius.

Pompeio res gerente circa Iudeam octona millia equitum sua pecunia tolerauisse. Mille coniuias totidem potorij uasis, mutantem uasa cum ferculis, saginasse. Quota uero illæ ipsæ (neq; enim de regibus loquor) portio fuerit Pythij Bythinij, qui platanū aureā, uicēq; nobilem illam Dario regi donauit. Xerxis copias hoc est septies LXXXVIII. millia exceperat epulo, stipendium quinq; mensium frumentumq; pollicatus, ut è quinq; liberis senectuti suæ in delectu unus saltus concederetur. In antiquis exemplaribus legitur mille millia hominū exceperat. Vt ergo autē numerus madosus esse uideatur ex Herodoto, qui pediatum Xerxes ex Asia contractum ter et uicies centena millia hominū fuisse dicit præter seruitia & frumentatores: præter classem cuius magnū numerū facit. Hunc igitur numerum hominum Pythium hospitio suscepisse uerisimile est, quoniā tantas copias terrestres habuit Xerxes, quum in Phrygiam uenit. Nam posteaquam Helleponit transiit numerus exercitus seruitijs & comitatu supra quinquagies auctus est, ut in superioribus dictū est, quum de choenice loqueremur. Sed Plinius fortasse Herodotū autorem non secutus est, sed Trogum, qui xerxem ex regno suo septingenta hominū millia coëgisse dicit, et trecēta ex auxiliariis. Quare Plinius scripsisse existimari potest septies octoginta milia, ut subintelligatur centena uerbum, ut supra docuimus: ut sit septies cētēna octoginta octo millia. Quod si ex Herodoto restinuerit placet, sic legēdū: Decies septies octoginta millia. Nam Herodotus præter pediatum etiam octoginta millia equitum fuisse autor est. Cum autem Plinius dicat Pythium quinq; mensū stipendum & frumentum exercitiū Xerxis polliciū esse, quinq; filiorū suorū nomine, ut tantū uni uacationē miliiāe impetraret, existimo quadragies centena millia staterū Daricorū, tanto exercitiū in stipendiū et frumentū coēmendū sufficere in quinq; menses potuisse. Ut igitur minimum numerū sequamur, id est septingenta millia, fac ut singuli in mensem ternos aureos coronatos acceperint, hac ratione in singulos menses stipendium uicies semel centenis millibus stetit.

que

quæ summa quinque ducta ob quinq; menses centes quinque
centena millia efficit. His equitatus stipendiū addēdum, quibus tre
centa millia auxiliariū addere nunc nolui, quia nondum contracta
erant auxilia, quæ post transitū Hellestanti sese Persis adiunxerūt
ex Macedonia, Thessalia, Epiro, & Græcia. Nunc igitur de state
ribus Daricis uideamus. Stateres quidā Alexāndri, quidā Darici,
quidā erant Philippei. Sed stater aurei minā argenii ualebat. Pol
lux, ὁ Δὲ χρυσὸς σατύρος μνᾶν ἀδύνατος. Καὶ τὸν ζεῖσαντα διάβολον
πλὴν μνᾶν τὸ βούτηρον σατύρον ὄνομάζουσι. Aureus, inquit, stater mi-
nam ualebat: nam & in ijs quæ appenduntur pondus minæ state-
rem nominauerunt, καὶ ὅταν ἔπιποι πεντασάτηρεν, πέντα μνῶν
δικῆσι λίγειν. et quum dicunt pentastaterū, id est quinq. staterū
pondere, dicere uidentur pentamnon, hoc est quinqueminale. Hoc
si est uerum, stater unus aureus quaternos mimimū aureos nūmos
Romanos ualebat: quatuor enim aurei Romani quadringentos nō
amplius seftertios ualebant, ut satis demonstratiū est, ut fuerint sta-
teres aurei unciales, cuiusmodi ferè Lusitanici hodie aurei uisun-
tur denis aureis estimabiles. Demosthenes πρὸς Φορμίονα. Φορ-
μίων Δὲ φιστιν ὀκτωδοῦνας λάχμιδις ἐν Βοσσόρω ἱκετεῖν καὶ ἔπιπο-
σι σατύρος μνῶν μετωπὸς, ὁ Δὲ μνῶν μετωπὸς ἀδύνατος καὶ ἔπιπος, ὅπτω
διρραχίων ὀκτηκάτηρες. Phormio autem dicit redditisse Lampidi
in Bosphoro centum & uiginti stateres Cyzicenos. At stater Cy-
zicenus duodecimpta Atticas drachmas ualeat. Et paulo post: τὸν
μὴν τὸν ἔχειν τὸν εἴκοσι σατύρων γίγνονται πριχίλιαι εἰξήγνυται. ὁ Δὲ
τὸν τὸν εἴκοσι τὸν εἴρετος τὸν πιάκονται μνῶν καὶ πιῶν καὶ εἰξήγνυ-
ται, πεντακόσιαι διρραχίαι καὶ εἰξήγνυται. At qui centum & uigim
ii stateres fiunt tria millia trecentæ sexaginta. Fœnus autem terre-
stre sesquisextum, triginta trium minarum & sexaginta, quingen-
tae fiunt drachmæ & sexaginta. His uerbis apparet staterem Cy-
zicenum paulominus tribus aureis coronatis ualuisse, sed Atticos
stateres & Persicos ubiores multo fuisse & pondere & indica-
tura coniunctiendum est: & Persicos, cum Babylonium talentū ephe-

Etiam proportionem ad Atticum habuerit. Stateres autem aureos
hic intelligimus ex ijs quæ sequuntur: etiam si Pollux stateris ap-
pellatione non magis aureum quam argenteum intelligendum cen-
suerit. Sed notanda uerba Demosthenis. Tria millia trecentæ sexa-
ginta. Et rursus: Triginta trium minarū & sexaginta. Vbi drach-
mas subintelligi uoluit, communi more loquendi apud Græcos, ut
apud Romanos nummi intelliguntur, ut alibi sepe diximus. Quo
modo autem apud Romanos argentea numismata drachmalia si-
gnabantur Atheniensium imitatione, & aurea didrachma erant,
sic apud Athenienses & Persas & Macedonas stateres aurei ge-
minato pondere signabantur, hoc est octonis drachmis. Certe nu-
misma unum hoc triennio argenteum uidi, cuius lemma erat ΛΥ-
ΣΙΜΑΧΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, Lysimachi regis: cuius pondus
tunc nō examinaui, nec alioquin nūmum magnopere consideran-
dum duxi, quod nihil tum harū rerum cogitare, quare nec mihi ob-
latum mercatus sum. Hoc aut anno quū anxie perquirerem, & ter
quaterq; argento repēdere paratus essem, in tertias, quartasq; ma-
nus peruenisse cōperi, et tandem hinc exportatū: sed quū ab ijs per-
cūclarer, qui maxime meminisse uidebātur, quānū pōderis trahe-
ret, aiebat unus se existimare semūci ale numisma fuisse. Id ille mi-
hi facile persuasit, quod alter maius etiā pōdus meminisse se dice-
bat, et ea mihi magnitudo numismatis oculis obuersabatur, quæ (ut
minimū) & quaret denariū Mediolanēsem: Resciui etiā à tertio in
cuius tūc manu eēt, id est cui ipse id dono dedisset (in quartā enim
manū uenerat) sed uidere mihi postea nō cōtigit. Siue aut stater is
fuerit, siue non: Daricus tamē stater nō minus denis aureis nostris
ualuit, id est argēti mina: qua ratiōe fit, ut quadragies cētena mil-
lia Daricorū, quadringenties cētena millia coronatorū ualuerint.
Nunc igitur appetet Pythiū Bithyniū nō modo septingēis et octo
ginta millibus, sed planè decies cētena millibus atq; adeo decies se-
pties cētenis, et equūnatui præterea et classi sti pendū et frumentū
suppeditare in quinq; mēses potuisse. Hic obiter nō nihil dicendum
de mis-

de militari stipendio: cuius modus cū parū antehac statui potuisset, historia Cornelij Taciti Romæ nuper edita restitutis aliquot libris, nobis occasione dedit, et ansam aliquid de eo explicādi. Stipendiū militare quo tēpore institutū fuerit, Liuius libro 1111. ab vrbe condita docet de Anxuris expugnatione loquēs his uerbis: Oppidū ueterē fortuna opulentū tres exercitus diripuere, eaq; primū benignitas imperatorū plebē patribus cōciliauit: additū deinde oīm maxime tēpestiuo principiū in multitudinē munere, ut ante mentionem ullā pletis tribunorū ue decerneret senatus, ut stipendiū miles de publico acciperet, cū ante id tēpus de suo quisq; functus eo munere esset: nihil unq; acceptū à plebe iāto gaudio tradūnur. Idē paulū infra: Postremo indicto iam tributo edixerūt etiā tribuni auxilio se futuros, si quis in militare stipendiū tributū nō cōtulisset. Patres bene cōceptā rē perseverāter tueri: cōferre ipsi primi: et quia nondū argentū signatū erat, es graue plaistris quidā ad ærariū conuententes, speciosam etiā collationē faciebāt. His Liuij uerbis appareat cur æra merere milites dicātur, curq; ærariū dictū sit, ab ære scili cet graui nondū argenteo nūmo percusso. Tacitus uero libro 1. ab excessu Augusti, de seditione Pānonica loquēs quae circa iniūm principatus Tyberij cōiigū, ita inquit, uerba seditionē agūatiū referēs: Quādo ausuros exposcere remedia, nisi nouū ac nutantē adhuc principē precibus uel armis adire? Satis per tot annos ignavia peccatū, quōd tricena aut quadragena stipendia senes, et pleriq; trūcato ex uulneribus corpore tolerēt: ne dimissis quidē finē esse militiæ, sed apud uexillū retentos, alio uocabulo eosdem labores perferre: ac si quis tot casus uita superauerit, trahi adhuc diuersas in terras: ubi per nomen agrorū uligines paludū, uel inulta mōtium accipient. Enim uero militiam ipsam graue infructuosam, denis in diem assibus animam & corpus aestimari. Hinc uestem, arma, tentoria, hinc sœ uitiam centurionū & uacationes munerū redimi. At Hercule uerbera & uulnera, durā hyemē, exercitas & states, bellū atrox, aut sterile pacē sempiterna: nec aliud leuamentum q̄ si cer-

tis sub legibus militia iniuratur, ut singulos denarios mererent, sextus decimus stipendiū annus fine afferret, ne ultra sub uexillis tene rentur, sed ipsisdem in castris præmiū pecunia solueretur. An prætorias cohortes quæ binos denarios acciperent, quæ post sedecim annos penatibus suis reddantur, plus periculorū suscipere? Et pau lo post: Responsum est à concione, mandata esse Clementi centuriōni quæ præferret. Is orditur de missione à sedecim annis, de præmiis finitæ militiæ, ut denarius diurnū stipendiū foret, ne ueterani sub uexillo haberentur. Et rursus de instaurata seditione loquens: Iḡt̄ uolutatis inter se rationibus placitū, ut epistolæ nomine principis scriberentur, missione dari uicena stipendia meritis exautorari qui senadēna fecissent, ac retineri sub uexillo cæterorū immunes, nisi propulsandi hostis. His uerbis apparet ueteranos milites aliquando tricena stipendia implere solitos, aliquando quadragena, aliquando uicena: nec ullum tempus perpetuo statutū fuisse. Simul ueteranos militia exautoratos non statim missionem adipisci solitos, sed indulgentiore militia sub uexillis retineri quoad præmia & colonias acciperet. Ex quo planius intelligitur id quod Tranquillus in Tyberio scribit: Atq; etiā missiones ueteranorū raffissimas fecit, ex senio morte, ex morte compendiū captans. Verū ut supradictis Tacini uerbis intelligimus denos asses diurnū stipendiū militare fuisse, ita eadem uerba hoc significare uidentur denarium maius stipendum assibus denis fuisse: ut fortasse hoc adiuvare id possit quod superius hoc eodem libro diximus de denario quem Viruuius sedecim assibus ualuisse tradidit Augusti tempore: quamquam olim signato statim argento denarius decem assibus ualuisse. Quam rursus opinionem euertere uidetur Plinius dictū libro tricesimotertio his uerbis: Postea Annibale urgente, Q. Fatio Maximo dictatore asses unciales facti: placuitq; denariū sedecim assibus permutari, quinariū octonis, sestertiū quaternis. Ita respub. dimidium lucrata est. In militari tamen stipendio semper denarius pro decē assibus datus. Hoc igitur lectores uiderint, ac statuerint

Veterani.

Asses stipendiarij.

pro

pro suo quisq; captu, aut arbitratu, quando id summā rei à nobis cō pertae et explicatæ labefactare nō potest, ut alibi diximus. Milites aut Romanos diurno stipendio denariū meruisse congruit cū eo qđ ex Thucydide scripsimus, de classiario milite qui suo ministriq; nomine binas drachmas merebat apud Athenienses. Tricenæ drachmæ, id est stipendiū menstruum tribus aureis coronatis ualebant. Centuriones uero duplex stipendum, & equites triplex merebāt. Quare Liuius libro septimo ab urbe condīta: Aequē, inquit, impotens postulatum fuit, ut de stipendio equinū (merebāt aut triplex ea tempestate) æra demerentur, quod aduersati coiurationi fuissent. Hac ratione Liuij equites nouenos nostros coronatos merebant in mensem: nunc nostri octenos & semissem merent. Prætoriani autē milites duplex stipendiū merebāt, qui castra circa urbem habebant quasi stipantes principē. Erant enim & prætoriani milites & cohortes urbanæ, quod Tranquillus his uerbis significat de Augusto loquens: Legauit prætorianis milibus singula millia nummūm, cohortibus urbanis qnigenos, legionarijs trecenos nūmos. Licet igitur hinc æstimare opulentiam imperij Romani sub Augusto, qui centū et quadraginta legiones sub signis prouinciatim dispositas habuit, cum unaquæq; legio minima æstimatione in annuo stipendio duce na millia aureūm coronatorum ferret, etiam sine equinū stipendio. Denæ enim cohortes quingentariae in legionibus erant, & centuriones duplex stipendum habebant. Auctum autē postea militum stipendium fuisse ex eo apparet, quod Tranquillus ait in Domitiano: Addidit & quartū stipendiū militi aureos ternos. Hæc uerba significare uidentur sub Domitiano quartū incrementū milites accepisse. Sed Tranquillus dubium id nobis reliquit utrū menstruos aureos an potius annuos intelligamus: ego tamen mēstruos intelli-go. Milites etiā præter pecuniam annonas & sagula & frumentū interdum accepisse legimus apud historicos, & præsertim apud Lampridium in Alexandro. Non me præterit Flauium Blondum libro sexto Romæ triumphantis hæc aliter tradidisse: sed ei non

Stipendiū
militare.

assensus sum. Hæc ut libro nostro tumultuarie adderem me compulit Franciscus Deloinus iudicium unius centenariæ famigerataeque curiae: qui ut est inter iuris perissimos antiquarum rerum studiosissimus, huius loci Taciti Cornelij tempestiue me admonuit, quin altera forte editione liber noster ad hunc locum impressus esset: ut si postmodum admonitus essem, locum nullum hæc additumcula inveniretura ea pacem sui fuerit. Librum apud nos attulerat uir linerarum professor facundissimus omniumque; honorum autorum conquisitor et indagator sagacissimus Guilielmus Parvus, ager in comitatu principis, sacerdotem (ut ita loquar) oricularius eius. Eum librum Deloinus cum ab eo utendu rogassem, aut iure potius amicitiae præcupide summissus, (unus enim tantum apud nos erat,) me quoque ipsi ambo legere eum uoluerunt, ut in aliqua librī hiulca parte id quod de stipendio militari Tacitus scripserat, adsuferem. Hæc ferè sunt, quæ de re numeraria mensurisque; dici potuerunt: cuius rei semina se libasse Hermolaus Barbarus longe ingenio nobis doctrinamque; multiplici præstans

Epilogus huius operis.

Hermolaus Barbarus.

in glossematis illis gloriatus est quæ in Pliniū edidit gloriæ suæ segetem, ac materiam, quæ tamen auctore sic quoque; ad nos peruenisse dico, ut seminarium laudum studiosis omnibus in eo quotidie renascatur, etiam si ille primitias decerpit. Sed quum ipse multa detalieto, festertio et libra colligetis quidem more non deligetis commemorasset, poterat, inquit, plura, sed quæ carpim, cursimque; uelut semina materiæ difficultatem libauimus, dilato in aliud tempus pleniore commettario sufficiant. Mihi uero ille farragine auctoritatem diuissima tradentium, immo (ut planè dicam) segetum antipathiam miscuisse uidetur, et in unum semina dissidentia confusisse, ex quibus frugem aliquam bonam quoniam modo sperare potuerit et promittere non intelligo, aliorum autem erit iudicium. Nos commentationis ab eo promissa, sed erronea (nisi fallor) in dagine incobatae, cas et perplexas ambages à capite rem exorsi, ita explorasse uideremur, et à limine statim introrsus perspectas luculentis uestigij remeabiles fecisse, ut in Meandros potius digressionū insinuasse (sic enim

enim res ferebat, quam in labyrinthum quendam disputationis iudicari debeamus. Deprehensi aliquibus in locis haesimus, uel uerius substituimus, nusquam tamē aut flexu prævaricationis, aut saltu reticētiæ uel obliuionis, aut deniq; præcipitio temeritatis elapsi, pon derum & mensurarum tractationem ita explicauimus, ut res natura inter se cognatae, nominum etiam communione & ueluti gen tilitatem agnoscerent. Horum librorum editione tertium iam aut quartum sub prælo repetua, cum & nostra & omnium (ut audiebam) opinione nihil tam meum unius, immo uero tam proprium, atque adeo peculiare, quam ponderum & mensurarum rei q; num mariae tractatus atq; constitutio esse uideretur, in hisce libris enucleata nostræq; etati & posteris haud dubie restituta, abhinc pa lominus biennium Lugduni inter aulicos agenti liber forte mihi ob latus est, sub nomine Leonardi Portij Vincentini uiri iuris consulti, nusquam gentium ipse (ut ita loquar) atque ante tempora secula q; edius. Cuius cum unam & alteram chartam legere, reliquasq; celeri manu euoluere tantum mihi licitum esset, summam iam tum eius operis & argumentum, magnificamq; professionem, non item genium animaduertere potui, nec post ea quicquam eius libri aut uidi aut audiui, quoad uere, ut opinor, ja adulto idē liber instauratius in hac urbe passim uenire ac circuferri cœpit, mirifico titulo, aureosq; monteis tantū non pollicente, nec unū illud modo cornu copiae à priscis decantatum, sed gemina Amalibæ cor nua præ se ferente: nullum etiam tum ipse nec loci nec temporis in dicē habens, præter insigne officinæ Frobenianæ: eū aut nuper do no mihi datū summa cū ipse cupiditate nec uero sine uoluptate per currissem, stupore primū insoluo perculsus et correptus, ecce autē inquā mecum ipse, deinde animo agonē iam medante suppresso, diu rem silentio transmittendā esse duxi: idq; animo nō admodū & gro fecissem etiam in posterum: nisi rei indignitatem amici perpēden tes sensi in hoc extudissent, intelligere iam ut non noliem in meam utiq; necē coitionē eē factā: futurūq; omnino affirmassent, si perge rem

In Porlium
Leonardum.

rem in tam atroci consignataq; iniuria placidis hominibus tranquillitatisq; amantibus nimis me probare, fraudem ut capitalē atq; postea inexpiablem in me ipsum admitterem. Quasi uero(aiebant illi) si furem nocturnū uir bonis ac moderatis moribus uideat omnia sua cum ramento expilante & exportantem, Crateis ille animo conniuere debeat & renidere, aut ori digitos apprimere ne silentium rumpat. Est enim hæc iniuria huiuscemodi qua percellere existimationem ille tuam conatus est, efficietq; (nisi strenue tu tibi affueris) ut in iudicium primō quoq; tempore ipse rapiendus sis: bonisq; & æquis hominibus de furto tam manifesto calculus, ac de cōtione circumuentionēq; porrigendus: aut solum tandem tibi existi causa uertendum, certe quidē publico tibi carendū sit. neq; enim tu nō uides Bude& quod omnibus perspicuum est, eum ipsum librum ad pudorem utiq; tuum suggillandum quoquo circuferri gentium, reumq; te uaniloquentiæ hoc facinore conflato, consulto, cōpactoq; apud omnes esse factum: quippe qui summam inuenti fidutiā toto opere tuo de Asse & partibus eius præ te tuleris: atq; ut tuum, ut inauditum, ut bona fide prolatū, decimū iam annū in ære tuo numeres ut si quid unquam: cuius tamen uindecim Portius nuper sibi nec opinatum inuenit. Huiuscemodi autē uaniloquentiæ fraudem multamq; planè capitale esse merito quiuis censeat, eoq; in te capitaliorem, quod alia studij legitimiq; specimina antea tu in publicū dedisti: quæ quis tandem ipsa tua fuisse credat, si quidē hæc palma post decenniū fidutias à te abiudicetur: quando uero hic minus non cuiusvis est argumēti atq; translatiūj (nullū enim, ut opinor, post hominum memoriā simile tantā in scenam & par ei prodijt) quām potero breuissime exordium eius ipse tenoremq; congruum exordio enarrabo. Annum abhinc plus minus decimū Baptista Egnatius uir de literis eximie meritus, annotationes in Suetonii edidit: in quibus à principio statim Leonardi Portij qui cū mihi res agitur, hisce uerbis meminit quæ subiiciā: exponens enim illud ex Cæsarī dictatoris uita: Forū de manubijis incohauit, cuius area super seest.

millies

millies confisit; indicareq; uolens locum esse corruptum & obscurum, aliaq; huiuscmodi loca antea fuisse non intellecta: attulit autem, inquit, huic malo opem primus (quod ipse sciam) Leonardus Portius Vincentinæ nobilitatis præcipuum decus, libello iam abhinc quinquenniū huic uni rei destinato, in quo summa breuitate & à luciditate prisca s numeros argenti, et auri usum apud ueteres, nūmismata & eorū pretiū attigit. Et paulo post: Nos igitur, ut ingenue fateamur, Portiū secuti, mille seftertia non millies legendum existimamus: quoniā ea summa fidem omnē excedat. Nam si millies seftertium legas, erit tanta pecuniae uis profusa ut iniri ratio uix possit: sed à Plinio dissentiet, et reliqua. Hęc in annotatioibus illis cū legissem, incessit illico mihi suspicio, et si non magnopere anxia, nescio quid iam strui et adornari ad nostri imminutionē Assis: præfertim cū de eo loco Trāquilli li. tertio de Assē ita scripsisse: Ego ut seftertium millies legam apud Tranquillum adduci no possum, cum ea summa fidem omnino excessura sit si superficie operis proportione areæ aestimandā relinquamus: potiusq; seftertia mille, et apud Plinium seftertijs mille & ducentis probarim, si alterum elegere cogar: & si omnino minor summa est quam ut Plinius inter miranda poneret: quare nihil constituo nisi hoc tantū quod hic locus corruptus est. Hactenus ego in libro de Assē. Ex eo igitur loco præcipue suspectare fraudē coepi: Assiq; meo metuere ab illo Vincentino cecropide: placere enim aliquantulū Assē nostrū in Italia quoque secundoq; rumore excipi, docti aliquot uiri fidem mihi fecerant: unde inuidiā iam enasci porroq; exarsuram ex literis eorum subodorabār. Verum ipse cum Egnatiū elogium illud uidisse ab hominē Tusco admonitus (ut fit inter loquendū) statim ad Egnatiū scribere constitui, & erat scribendi iam ante occasio oblata. Ioānes enim Golierius uir elegans, Insubriæ quæstor, Egnatiū amicus ut ex Suetonij editione clarum est, affirmabat Egnatiū cōtra hende inter nos amicitiæ causa ultro ad me scripsisse. In mea igitur epistola ad Egnatiū, cum multa ad eam rem qua de re nunc agitur,

agitur, pertinentia: tum uero uerba hæc scripta erant quæ subieci-
mus. Te autem non oscitanter librum meum legisse è commetarijs
tuis intelligo in Suetonium editis. Portio uero & mihi ut candide
& grauer testinomium te accommodasse mihi credere imperauit:
(Hoc enim & ætas tua poscit, & uitæ adhuc actæ honestas: eaq;
amplissima in urbe autoritas quam te obtinere audio) ita präclare
actum esse mecum interpretor, quod non unus (ut arbūrabar) ab
omnibus dissentire uideor qui post auorum nostrorum memoriam
scriperunt de seftertijs & talentis & eorum estimatione. Sed &
Portiana commetatione & Egnatiano calculo inuictum meum co-
probatum est postquam liber meus trans alpes legi coepitus est. Id
demum de precor ne libris quinq; de Asse & paribus eius editis: et
quoquogenitum (ut audio) iam dilapsis altera etiam editione emen-
datioribus, ipse ære non meo negotiari per prouincias sed mutuatæ
tio uidear: neq; enim ante hoc tempus uersuram facere solitus sum
ut famam aucuparer nomineq; inter copiosos ac classicos dare pos-
sem: quominus nunc in animum inducerem ea trans alpes mutua-
ri, quæ non modo in patria, sed etiam in Italæ luce uendiaarem
& ubiq; terrarum. Nec tamen Portio quod suum est inuideo, mo-
do id sine ulla mea captione obtineat: & est res huiuscmodi for-
tasse quæ duorum esse possit: certe tu eadem de re duos (ut aiunt)
parietes illeuisti. Hæc non eodem contextu in ea epistola: sed tamē
ijsdem uerbis scripta erant. Hodieq; epistola statim post edita cum
alijs multis nostris, huius dicti testis futura circuifertur, eius dies
est quintus Calend. Decemb. anno supra millesimum quingentesimo
duodeuicesimo. Huic ipsi epistolæ rescripserit Egnatius, nec ne
rescripserit nescio, certe nihil ad me peruenit, cum interim Grolie-
rius multa Egnati uerbis excusari, ad extremū etiam eum rescri-
psisse dixerit et scire se affirmari. Hæc prima seftertiij structura:
hic natalis nominis Portij: hæc incunabula (ut audio) Portianæ
nobilitatis quod quidem ad literarū decus pertinet. Hoc deniq; p̄r
mordium eius telæ quæ post septenniū detexta est filo nec candido
nec

Rectam scire intorto q̄ perplexo, atq; ita detexta ut quidē & textus
& uerba eius pr̄ferūt, tumultu aut Gallico aut Germano ab ho-
mīne actuosissimo Portio absolutā esse telam diceret: cum tamen
tempore breuieri nobilis illa Penelopeia pertexta sit identidēq; re-
texta. Tantē morē causam, inceptiōq; tam pr̄cipitūs et uæsanī re-
moram cum ego inquirerē, pr̄cipiā esse causam reperi, quod ho-
mo interim recta (credo) conscientia fretus, liquida mēte pr̄dūtus,
occasiō imminebat si quid mihi accidisset, quo licetius eam laudis
nostræ hæreditatē cerneret: placabilius enim homo perit⁹ acīū irē
meis cum manibus ab sese q̄ mecum intelligebat. Sed graue tardas
expectare colos, homini (ut opinor) uisum est. Quare aleam iecit,
ingenium periclitatus est: & uiuo uidentiōq; (quod aiunt) erexit
rum hanc palnam se sperauit: cum interim in toto opere nullum sit
artificium, nisi rusticum atq; hircosum: nullus pr̄textus nisi squal-
lidus & sordidus: nullum commentum lepide uafrum, planoq; di-
gnum: omnis operis fiducia in impudentia projecta, in uanitate pu-
tida, in audacia pr̄cipiti eaq; inermi posita est. Quo fit ut huius
criminis persecutio uel recriminationis potius atq; defensio is, unī
ca sit & simplex mihiq; expedita. Hoc dico: si cui forte animi cau-
sa nugis feriato tantisper esse uacet & libeat, cui quidem aliquan-
do ipsi in Aſſe nostro animi etiam causa fortasse alias aliquot dies
succiuos occupare contigerit: is Portij librū percurrīo, id si face-
re uel oscitanter institerit futurū esse recipio, ut uno, eodē, conti-
nuato perpetuoq; furto, omnia Aſſis mei inuenta, oēs autoritates,
ſeſtercia omnia, omnia pondera, omnes mensuras, eorumq; uocabu-
la omnia, totidemq; numero, non uno plura, niſi quid me fugit, nō
dico ingeniose ſublecta, ſolerter & uerecunde ſuppilata, iudicet,
aut artifici manu decerpta: sed ut furto tricapitali latrociniōq; a-
traciore, palā et aperte cōpilata exclamet atq; auersa: id porro fur-
tum cū tā immane sit, et foedū, ipsum tamen furē tam manifesto te-
neri (o hominem perhebetem) ut inficiando effe non poffit: ſeu in-
dicia argumenta que certissima, ſeu uestigia ad furtorum conge-

riem ferentia male structam & inconditam: seu testimonia queramus exceptione maiora. O facimus inconsultū, etiam si de iure ipse responsitare publice titulo libri sui profiteatur. Nam primum uisendum illud ingenij furacis degeneriūq; monumentū, ad nepotes tri-nepotum(ut credo) manaturū, sine die, ac consule, aut Venetorum duce, nullo anno dominico editū & perulgatū: quantā habet in dīcīj uim, quantā signi argumentiūq; ad fraudē explorandā: ad circūventionem Assisī mei demonstrandā: ad coitionem in caput meū factam, in luce proferēdam: mihi quođ omen habet ad librū publē co decreto sic damnandū & antiquandū, ut etiā in actis ciuilibus animi tam degeneris(ut Codro sit nobilior) memoria circūcidatur atq; obliteretur. At commendationem atq; testimoniū habet Bapti-stæ Egnatiū, uiri & mihi amici, ut refellere pudeat, & probitate et doctrina prædicti, ut pigeat: Addam etiam si libet prolixē de me & magnifice meriti, ut postea ostendam. Sed tamen nec amicitiæ ius atq; officium: nec eius uiri existimatio integrā(quam libēter & prolixē fatebor, si hoc unum factum recipere me sinat quoad hanc controuersiam cum eo deciderim) inhibere me possunt, quominus lege agam in causa capitali, ac iure meo ostendam ipsum sibi in ea re non satis constitisse, idq; beneuolēte deo amicitiæ præside factu rum esse confido: eatenus certe ne testimonio eius lēdar. Itaq; homi-ne & literarū elegantium perito, & ciuilis turis non experto, non iniquo(ut spero) in hoc quoq; utemur, ut refelli testimoniū suū non ægreferat in causa hominis nimium sibi amici. Dedit enim clarius atq; luculentius animi autoritatī specimen quasiq; despōnsi iam inde annotationibus editis, quam ut ad prudentiēs iudices & seueros elogium illud suum e blandiū quoquo modo uel expressum testimoniū pondus habiūrum existimare debuerit. Nec(quod bona eius uenia dixerim amicitiāq; constante) id literis bonis est operam nauare commendabilem, amicitiæ prærogatiuā conscientiæ anteferre conspicuæq; rei euidentiæ: & quod alterius esse occupationis iure ignorare iam si uelis non possis, id blanditijs & ambitui quasi pro potestaic

potestate tribuere & elargiri. Certe quidē cum uiro cætera mihi probato, hoc expostulare cum honorū & quorūq; hominū uenia, cum pace diuina licebit atq; eius etiā ipsius (ut spero) cum gratia, quod delatū mihi loco et tēpore opportuno testimoniu in annotationibus supradictis, nullā meā ob culpā nouo exēplo irriū facere uoluerit. Quid enim aliud id esse dicā, quod idem ipse nullo die, nullo anno diuersum illi testimoniu atq; etiā è diametro oppositū aliud emiserit? absit ut uiri tū mihi amici, tū apud omnes doctrinæ merito gratiōsi, obtrectare nomen in animū inducā: id demū in querelā deducere me testor quod sine causæ quā nunc ago dispendio atq; præuicatione præterire nō possum. Hoc dico, hominē primariæ existimationis inter linguae latine instauratores, eiusmodi testimonium Portio, id'q; inerū, ferre nō potuisse, ut non religione obstringeret animū suum, officinæq; illustris fidē atq; autoritatē suggillatione afficeret. Quod'q; domesticæ ipse amicūiæ, quod necessitudini pro caci atq; flaguatrici lōge plus & quo ultra'q; aram Mineruæ tribuerū (ut nūc germanā omittam religionē) id uero doctis hominibus, duntaxat & uitatis & honestatis consultis atq; retinentibus, nulla probare facundia, nulla autoritate poterit. Ecquis enim unq; memē nit tale exēplum esse prodīū? tu ne cū sis summa existimatione celebris, eximia eruditione prædius: in albū iudicū inter primos relatus, causam omni iure lapsam, nullius patrocinio merita, una tua ut tabella superiorē facias? iusq; suapte ui certissimū, uniuerorum præiudicio confirmatū tuis autoritatibus præiudicatū, tēporis præscriptione constitutum, ratum & fixum, couellere aut labefactare una subscriptione audeas? nec quæstionē modo rei consensu consiliū iudicatæ atq; finitæ referas (id enim fortasse etiā in re tam liquida ridiculum est, tamē exemplo non malo fieri posset) sed etiā hominē à te non alieno, in iusta possessione acquiescenti ac securitate sōpito, indicta causa rem abiudices, quā non modo iure gentiū atq; humaniore, sed etiā civili atq; usu longo suam fecerat? uide quæso etiā atq; etiā ut id in me exēplum statueris nō

N pessimo

pessimo publico. Aiunt qui Egnatium nouerunt, fide, religione, pudore, spectatu virum atq; probatum esse: nihilq; minus unq; ex ingenio suo moribusq; fecisse: siquidē eum opera id factum est, nec item aliās ipsum dissimilem sui fuisse: & quidem ipse mihi libentius nihil persuaderi sino, quām homini obrepīus esse tanto tempore, aut odio certe, tēdio, & assiduitate extortum id officium munus' que amiciū inauspicatē, ut Venetijs vir dignitatis retinentissimus, de statu suo non decedere sed declinare sustinuerit, offensionem ut uita ret necessitudinis Vincentiae, odiosae. Flagitricis, quae & equum, bonum & honestum conniuere per pulit aut annuere importunæ immanil' que confidentiæ . Sed mox id fortasse, nunc quod agitur agamus. Elogium igitur illudiam alterum totius' que libri editiōnem ut suspectam postulauimus, indicio tam uehementi, argumen-
to' que tam suapte ui constanti, uix ut elidi possint uestigio ita im-
presso coitionis in meum Assēm factæ, ut deleri iam nequeat. En-
tibi alterum in siccium ab eiusdem Egnati persona in hoc modo ar-
gumento' que adumbrata. Nam cum iandiu obsoleuit iste mos inter
eos qui suapte fidutia freti sunt, epistolas commendatrices à doctis
eblandiendi : tum uero nunquam ijs libris eas p̄texere in usu
fuit, qui rerum uisendarum anteā que inauditarum professio-
nem p̄ferrent, quippe quod satis eos uendibiles faciat aut in-
dex aut titulus . At liber Portij eum titulum habet, eius modiq; re-
rum explicationis sponsorem , unde non iam lactis haustum galli-
nacei sperare, sed etiam Tantali talenta possis, ut fuit olim in pro-
uerbio: adeo hominem in literis infantem non puduit cothurnos si-
bi grandioreis aptare : credo ut risu hominum liber exciperetur.
His & iam dictis accedit indiciorum signorumq; cohors quingen-
taria: ex libri lectione otiosa, lectori non hebeti, ad euertendam
huius strophæ architeturam: utique cum ea antistropha quam be-
nevolente prouidentia obstruere Portianis insidijs in mentem tum
mihi uenit cum ad Egnatium scripsi, eam' que epistolam peruuigan-
dam ideo esse duxi, quod repetita die testimonium Portiano Se-

sterio

sterio perhiberi uidebam, cum ante biennium in Italia Assis meus
 ut probus, ut bona fide permissus assim admitteretur, hominum
 aequitate ut censem in hominibus, uulgente ob egregiam uolunta-
 tem potius quam dolo, longo interuallo ipse animad-
 uerti, cum mea cuncta reuocari quibusdam in locis neglectas
 & inconditas. Est autem Portij structura cum inscute & absurde
 digesta, ium uero ipsa in uniuersum machina qua me cum Asse
 meo de gradu deieciſſe primarijs proximo nunc (ut audio) irum-
 phat: adeo inconsulte ab homine iuris consulto adornata, sic impe-
 rite librata, primore ut aspectu infidias prodere, atque ut praedo
 etiam ipſe cuius negotium agitur, & foedam coitionem & diu me-
 ditatam imposturam, & ſeſe etiam ipsum impoſtore ſtolidum pla-
 numq; planè bardum indicare uideatur: uſque adeo difficile eſt in-
 tui premere erumpentes notas conſciētiae. Verum age fac rem ua-
 fre & ſolerter eſſe concinnatam ab eo: eſto ut omnia etiam ſint ab
 iſto consentanee congruentia que attexta ijs quæ in annotationi-
 bus orſa fuerant, atque ijs quæ in libro Portiano prætexta ſunt, do-
 illi ut ab iſtituto commēto ad ſummam operis manum nihil offendit
 fuerit: audiamus iam testimonium uiri grauiſ atque eximiæ
 fidei, testis non à me rogati, non mihi autorati, nulla neceſſitu-
 dine niſi literaria coniuncti, ſed forte (ut ſperd) fortuna oblati,
 uel diuina potius prouidentia que hactenus à meliore cauſa ſteuit:
 in eſt Andreas Alciatus, non meus, ſed Portij: non noſtrās, ſed
 transalpinus: non mei ordinis, ſed iuris consultorum hodie de-
 cūs lauioris doctrinæ probatæ que merito, quam non ægre cum
 iuris prudentia iungi poſſe docuit, exemplum que industria ſua
 prodiuit: in cuius ego ordinis olim offenditionem inconsulto fer-
 uore incidi. At in eodem ordine Portius magnifice ſeſe infert:
 in ea officina ut manceps pro imperio (ut fertur) ac potestate
 agit, eo denique nomine præcipue censetur: nam literarum hu-
 maniorum ſtudium autorum que priſcorum lectionem atque emen-
 datiōnē, non ſucciſiū horis, ut alij ſolent, ſed tumultiuarijs tantum

furtiuisq; destinauit ut eius uerba indicant. Neq; uero Alciato aut mutuum perhibeo testimoniu, aut ita perhibeo ut causæ & temporis seruia, nec rursus ille mihi liberalius & quo testimoniu imperit, ut me in ære suo habeat: qui homini in Italia negotianti usui esse non possum, præsertim in suis iam copijs domesticisq; uersanti. Pridem etiam cum ei succenseret (iure an iniuria nihil ad rem pertinet) sed cū ad Longoliū scribens, quodā loco quererer Alciati iniuria, quod eum diceret Assis nostri documēta in Dispuktionū quodā loco ab eo fuisse eleuata, quasi aut copia autoritatū defecta, aut ieiuniore argumentatione comprobata q; ut præcidere ansas cauillādi possent, si quis improbius inficiari uellet: cum contra ego contendere ita à me omnia plana facta & penè demonstrata, ut confessionē omnibus uiderer expressisse quāuis pertinacibus, ita illi epistole ad me Alciatus rescripsit, ut stomachari potius eum et acriter & diserte, quām à me gratiā ea epistola inire uelle quiuis arbitraretur. Ea epistola in tertio Dispuktionū eius libro inserta est quæ Basileæ non pridem instauratæ sunt: ibi ille quodam loco: Nam cū liber hic tuus (inquit) nuper fuisse editus, Venetijq; ego cū Egnatio, Portio, quibusdāq; alijs doctis uiris de eo uerba faceret, afferuisseq; Portius eiusdē se argumēti libellū scripsisse, eumq; de sinu prompsisset, egregie tractata ab eo pleraq; deprehendi: nam & denarij & estimationem ex numismatis illis quæ cum hac nota & nusquā non reperiuntur recte inibat: indeq; ad nummi, ad argentei quoq; sestertiij ualorē rationabatur. In eo à traditionibus tuis dissentiebat quod decies sestertiū, decies centena millia minime interpretabatur, sed ceterorū qui uulgo scriperant sententiā ferē probabat. In hūc ego cum antilogias (ut ait ille) afferre, exq; tuis argumētis confutare opinionē hanc aggressus essem, ijs ille omnibus ita respondebat, ut cum tu ex collatione autorū ostendisses eam loquēdi formulam inter se differre, ipse apud eos autores hoc differre non negaret: sed ideo non probari ut decies sestertiū magis decies centena millia quam decies decem millia uel decies mille significaret: aiebatq;

batq; posse ita dissolui ut uno in loco de sestertijs nūmis actum cre
 damus, alio de sestertijs argenti: quas acuti hominis et in legalibus
 studijs exercitati responsiones cum non carere cauillo assererē, ni
 bil tamen tunc ut in tumultuario sermone occurrit, & reliqua. Hic
 cīne eiusmodi testis ut reijs ab homine pudente cūra rubore pos
 sit: nonne uero hoc eiusmodi testimonij est, atq; ita oblatū sic ab ho
 mine aliud tum agente prolatū, ut ipsa (ut ita dicā) ueritas protu
 lisse uideatur: mihi quidē uidetur. Age per me iam licebit ut An
 dreas Alciatus, iuris imprimis consultus, uir integra opinione præ
 dius, Mediolani atq; Auenionē illustris iuris interpretatione, com
 mentus hæc esse causa mea, si quidē credi potest, existimetur: nisi
 insigni elogio, eoq; præscriptione maiori id eius testimonij adiuue
 tur & confirmetur: quandoquidē impudenteria projecta & deplora
 ta nunq; ita deprehēsa est ut inficiando nō sit, nisi ita in angustū re
 degeris eam ut uersare se nequeat. Idem Egnatius cuius epistola co
 lumen est atq; ornamenti ascītium, uel amuletū potius, illius libel
 li rerum comploratarū nobis restitutoris, cuius amuleti fidutia in
 publicum è tenebris exiit, atq; ex illo sinu Portij sese tandem protu
 lli: ipse inquā Baptista Egnatius, quē honoris causa toties nominā
 dum habui, in ijsdem annotationibus in Suetonij, cū id esset quod
 sufra cōmemorauimus de Portio suo præfatus, post unam & alte
 ram chariā, expositurus illud in Agusto: Senatorū cēsum amplia
 uit, ac pro octingentorū millium summa duodecies sestertiūm ta
 xauit: hæc uerba de me scripsit: Ingenui (inquit ille) est homini fa
 teri per quē didiceris: & me hercule hunc locū perobscuruū, nec ul
 li quod legerim cogniū, Budæus ex Gallia uir à secretis regis prē
 marius feliciter attigit: cuius eo libentius mentionē facio, quod an
 notationibus suis in Pandectas antea satis celebris, & tralationi
 bus quibusdā Plutarchi nobilis, nuper editis quinq; de Asse & par
 titibus eius libris, adeo clarus euasit, ut non possit non summopere ab
 omnibus cōmemdari: qui duodecies sestertiūm & centies & millies
 differre plurimū à duodecim centū & mille docuerit. Cuius sen
 N 3 tentiam

tentiam eo libentius sequor, quod non minus doctrinæ præse feret
q̄ candoris. Huius elogij uerba nonne ita ab homine graui & proba
contestata esse uidentur scriptoq; consignata, ut integrum tum men-
te et composita hominem fuisse intelligeres: id utiq; iam inde agen-
te prouidentia ut fauces strangularet Egnati elogium Portianæ
confidentiæ nonne is testis è familia Portij ac penè è finu eius pro-
ductus est: ut causam iure lapsam, calumnia sola fultam, tanti tem-
poris silentio desertam, constantis deniq; famæ præiudicio damnâ-
tam, etiam iugulare uideatur? Hic existit quæstio, utrum aqua hæ-
reat (ut aiunt) in his Egnati testimonij, nec ne hæreat? Hoc enim
omnino constituendum est hanc controuersiam iudicatur. Etenim
si Egnatius memor erat supradictorū uerborum quæ in annotatio-
nibus de me scripserat, quonam tandem modo in illa epistola libelle
Portiani uindice atq; ueditatrixe hæc uerba scripsisse eundem ipsum
credamus? Et iacuisset hæc sane pars rei literariæ, nisi Portius no-
ster cum maiorū suorum gloria celebris, tum sua laude illustris, rē
obscuram primus tentare ausus, felicititer illustrasset. Evidem cum
hæc scribens atq; alia eius epistolæ uerba perpenderem, proprius nā
hi factum est, quam ut dicerem atq; ducere Egnatum huius edi-
tionis consilio parum affinem esse, quo fit ut nunc superiore illa no-
stra uerecunda atq; amica expostulatione bona ex parte eum libe-
rem. Quis enim credit homini singulari eruditione, summa grau-
tate, integræ existimatione prædio, tanti fuisse amico tali quo iu-
re quaq; iniuria obsequi, ut offendere eo obsequio non modo ad po-
pulum, sed etiam ad ordinem amplissimum Venetijs, ad primoresq;
doctorum non recusaret, cuiusmodi in ipso senatu complureis esse
nouimus & uidimus: ipse quidem certe adduci non queo ut credam
illam epistolam ab Egnatio esse scriptam, ac ne subscriptam quidem
aut alio modo agnoscam quam patientia pœnitendæ, si integrum es-
set, amicitiæ accommodanda. Neq; quod quidam aiunt, libens mihi
persuadeo, Egnatio esse obreptum homini acri & circumspecto,
eoq; nimis quod alij causabundi dictitant, amicorum crebris alle-
gatio-

gationibus, multorumq; annorum ambitu blanditum tandem ipse
ac penè id extortum recusanti & auersanti, diu deniq; postulatè
iniquissimi omen reijcienti, ut id aliquando committeret, ipse illibe-
rali ut obsequio personæq; suæ indecoro obstringeret cōscientiam,
cum eo quoq; ut famæ discriminem ad primores populumq; adiret.
Quo magis detestandam immanis huius furis importuniq; procacè
tatem esse quiuis iudicet, qui in huiuscemodi quoq; postulatis mori-
geram esse debere amicitiam existimauit, exemplumq; capitale cō-
signatum literis testatumq; prodidit in caput utiq; amici uiri proba-
ti incubitum, nisi eo nomine amicitiam famosam & irfaustam
clare ipsi renuntiarū prima quaq; occasione: certe quidem digna est
epistola, quam maxime subditam quiuis qui Egnatiū nouerit exis-
timare possit. Si id negetur, ita certe ab eo scriptam neglectim
& defunctione, ac uelut reclamante conscientia, dissimile ut eam
esse cæterarum suarum scriptionum uoluerit, ut ipse quoq; sui esse
dissimilis tantiisper sustinuit. Postremo quiduis potius quam liben-
ter, aut sponte, atq; integra uoluntate eam epistolam scripsisse, quā
propter prouideret ipse illico posse secum agi tabulis obsignatis fa-
mosaq; actione. Atq; haec ita dico, ut ijs probandis, Egnatio magis
consultum homini ita de me merito, q; causæ meæ cupiā, ne ille aut
inter se pugnantiā, aut tanto nomine tā clara existimatione indi-
gna prodidisse uideatur. Etenim fac esse ut ille quæfitæ autoritatib;
oblitus, iugi eadē suppliciūq; postulatione hominis opibus et factione
subnixi uictus, suorum autoritate per pulsus, intercapdime septen-
nij exoleuisse elogiu illud crediderū quod in manibus hominū ad-
huc fuit, erūq; in posterū, cuius tandem Portius testimonio iam ute-
tur? cuius patrocinij fidutia liber ille manifestò cōfestim deprehen-
dendus, è latebris exiens in publicū prodibit? cuius fidē implorabit
ubi omnīū conuicio, ut impudētia tanū perdita cōcerpēdaq; uani-
tate cōcretus, omnīū conuicio exceptus erit? nisi uero si quis erit quē
iurisconsultorum placitis audiendum testimonium eius dicat qui ad
uersus fidem testationis suæ uacillariit, aut nisi scriptis eiusdem ha-

minis credendum est fidem sibi mutuo derogantibus. Neq; enim se
stertiū duodecies & centies & similia, in luce explanationis pri-
mū è tenebris obscurissimis adduxi Egnatiū testimonio: & non il-
la epistola liminaris, Portio palmā eiusdē inuenti deferens palāq;
pronuntians, falsam habet inscriptionē, siquidem Egnatius constan-
ter testatus est. Neq; ipse tum Egnatius meminerat quae de Portio
ante scripsérat in illis annotationib;: ac de me elogii pronuntia-
tum, non præceps, sed meditatū: non quodlibet, sed elaboratū: non
parce, sed benigne delatū non meminerat: nam aut utrung; obliuio
ne transmiserat, aut neutru; nec uero si rursus utruq; meminerat,
non etiā recordabatur quanto se crimine id scribēdo alligabat, quā
ta religione obstringebat & propemodū scelere. Simul enim subi-
bat ipsi utiq; cum tabulæ à se ob signatæ in publicū prodijssent, se-
cum ex ihs; ipsis agi posse non modo inconstantiae, sed etiā iuris gen-
tium uiolati, nisi si non id est uiolare ius gentium, quod Franco aut
Gallo homini iusto mancipio quæsiuum sit, id prædoni improbis-
simo ambitiose aut alioqui indulgere & elargiri. Eat igitur eat in-
quam Portius, amicis que succenseat, qui epistolam illam furiū
inuenti assertricem, absurde atque inscīe prodeuntem subornauer-
runt. Ita homini deprehenso, destituto, patrono, testibus, testi-
monijsq; defecto, id solum superest suam ut in classem præprope-
re redeat, et publico posthac careat, quando impudēlia (que præ-
sentis interdum numinis instar habet) litare hoc sacro non potun:
atq; ita redeat, ut si hactenus tam immanii importunaq; audacia de-
functus sit, clementer secum superos egisse inferosq; fateatur. Mi-
hi uero præter indicia, signa, argumenta, documentaq; que affa-
tim tum aliunde suppeditant, tum ex Asse meo scatent, & exube-
rant, testis est unus refutatione maior ut antea docuimus, clare, di-
lucide, uocaluer, pro testimonio loquens, fidem ille quidē sibi cū co-
stantia & grauitate astruēs tum opportunitate, id adeo ut hoc uno
firmamento si cætera non suppetarent, causa mea non modo niti et
flare, sed etiam cause aduersariæ longe præstare posset, ac plures
tribus

tribus (ut ita dicam) mereri, accedente utiq; prærogatiua compoſe
eionis Assis nostri, non inconditæ, non indigestæ, nō tumultuariæ,
sed accuratæ, sed ſolicitæ, ſed ſeſe urgētiſ & anxiæ: poſtremo quæ
notas omneis habet indiciaq; probæ mentis nec male ſibi conſciæ:
cum iſte contra uelut alias res agens, librū argumentoſum ſupina
ſecuritate calamo incōcino percurrere uideatur potius quam ſcri-
bere: ut intelligere quiuis poſſit qui librū eum poſt Aſſem meū lege-
rit, omnia ex Aſſe noſtro in Sesterium Portianū nullo negotio eſ-
ſe transcripta: quanquam nō tam transcripta eſſe iudices, quam re-
geſta ab homine crassa (ut dicitur) Minerua horridaq; imbuto, illo
tis, tertiis, calloſisq; manibus ſummas rerum decerpente. Hominem
uaniſſimum Portiū, liuoreq; ſimul ac ſtolida ambiuione cæcum, qui
Egnatiū uirū er doctriua ſingulare et industria celebratū ac de
iþo muliorū opinione ſufragiū meritiū iam inde ab annotatio-
nibus edidit, ſic per ora mortaliū traducere uifinuerit fidutia ame-
cuiæ ſanè inauſticatæ: confilio iam ſtolido, tam cæco, tam præcipi-
ti, fidem ut illi, testimoniuſ ſibi atq; patrociniuſ in cauſa proſligata
ademerit; adeo cuius he minis elogio librū ſuum approbare publice
meditatus eſt, eius ipſius autoritatē eadē ſe opera eleuare præ ſtu-
pore non ſenſit. En ſic nā concinnamq; impoſtura tot annis medita-
tam & inſtructā ſcilicet quam auſſicato ſuſcepia et exerſam, tam
ſecunda aui prolatā et edidit. Veru menim uero operæ erū (ut op̄i-
nor) pretiū unum aut alterū libri lepidi & elegantis cōmemorare
locum, ut inde ſpecimen lectores ſumant probritatis autoris. Iamprī
mum libro primo: Accedit, inquit, ad comprobatiōnē cōputatio pul-
cherrima Ciceronis in oratione tertia in Verrē, cū ex libellis publi-
canorum conatur detegere Verris furta: quæ cum mihi naturam
huius aduerbiū duodecies præcipue demoſtrauerit: quid de illius et
aliorum ſimiliū ſignificatione ut decies & uicies & reliquorū ob-
ſeruauerim, hinc ſumpta occaſione obiter, & reliqua. Deinde poſt-
quam rem à nobis paucis uerbis explanatā, longa ipſe & perplexa
diſputatiōe obſcurare conatus eſt, uidelicet ut in duobus libellis alē

quid saltē non furtiuū dixisse uideretur, ex amoena tandem digreſſione tanq; de asino (quod aiūt) ita decidit ut ad furta quaſi ad uitā iſſit utā rediret. In hoc, inquit, loco addatur locus Celiij, qui multipliſter huic mēcē cōmentationi ſuffragatur. Nos aut in 1. Aſſis noſtri libro utrāq; autoritatē citauimus, subductāq; ratione plene explicauimus, cū eo ut in illo Ciceronis loco inuēti noſtri fidutiam primū collocasse nos teſtaremur. Idem porro Portius cū de aureo numiſmate, auriq; ad argentiū proportione copioſe in Aſſe noſtro tractata et explanata, nōnulla pingui Minerua homo rusticus quaſi Samio uafe hauiſſet, in ſuumq; libru atramēto futorio dignū turbide, lutulēterq; transfuſiſſet: Ex hiſ, inquit, declarabitur ratio ſatis obſcura, & ut exiſtimo uſq; nūc ignorata. Hic hic quæſo lector aſtimet, nūquid hæc aſſueratio hominis ſumma (credo) fide prädiui: (cū decuſit patricē) fide arrogat ijs quæ ab Egnatio in anno tationibus ſcripta ſunt: an mendaciū potius laudatori ſuo in libelli fronte adumbrato exprobrat & objicit? Neq; uero Egnatiū taniūmodo, cuius teſtimonia iſtiu impudēti ſtoliditate inter ſe collidunt, fide hæc aſſueratio labefactat, ſed etiā Alciati de decies et cēties feſtertiū ſumma fide teſtificat. Quis igitur huic iā libro fidem habeat? omni fide caſſo, omni autoritatē laþo. Quis iſpi libri autori, uel feſtertiū nummū credat, omnibus iā copijs, omnibus fauilitatibus nūc eueroſo: cū nuper feſtertijs, talētiſq; ære, auro, argēto, lōge copioſior omnibus & qualibus, maioriſbus, ſuperſtitibus ac faſto functis existimari uellet: ita quē ad coelū uaniloquentia repente quaſi ſomni uehiculo ſuſtulerat, haud ſcio an de coelo präcipitē in consulta gloriae cupiditas detraherit ac turbarit. His ſimilia ſunt quæ ille de ſtrēdijs militariibus, de cenuſu ſenatorio, de mēſuris mēdaciſſime ſibi aſcripſit. Quod facinus diu ac muliū admiratus ſum ab homine eſſe ſuſceptum qui tum iuriſconsulti appellatione ceneſeretur, tum in ditione Venetorum auum ciere, ut fama eſt, non obſcurum ac porro etiam poſſet. Sed nihil æque obſtupui, quam duo loca Plutarchi à nobis enarrata plenè & explicata, eū eſſe auſum ut ſua

et sua, ut ante inaudita, ut sibi palmaria cōmemorare: ut quo in loco numeros omnes impudentiae etiā suae, suisq; Portius supergressus est. Vnus est in Antonio de seftertium decies, alter in Pompeio de opibus Romani imperij, quae etiā (si diuinus placet) sustinuit homo illiteratus palam dicere se è Græco exēplari latime emēdasse, cum interim in horū altero homo circūspectus, ita se interuersa inuenti gloria implicuerit, ita furti mēdacijsq; laqueis induerū & irretiue ru, ut adhuc in luto foedissimæ ac flagris dignissimæ hallucinatio nis h̄ereat. Nam cū Plutarchus scripsérat Romani imperij uictoria post Pompeij triumphū ad octo millia & quingētas myriadas excreuisse, hoc est, ut Latini loquuntur, ter millies & quadringenties cētēna millia nūmūm, ut nos in tertio libro de Aſſe docuimus, iste literarīe lucis instaurator, antiquitatis interpolator, & tatis suae decus, summā auxiā decuplicato, è chiliadibus myriadas faciēs flagitiose & portentose: eāq; appellat octuagies quinque decies mil lia aureorū Italicorū. Quem locum ut opinor emendabit cū Græce melius didicerit, aut cum iterum Aſſem nostrum legerū atq; in zellexerū. Pergit etiam porro, blandoq; errori atq; arridēti indulgens, arctius sensim arctiuq; suis se commentis implicat uaniloquentissime, quoad fulta furtis cumulans, improbe tandem expilita, stolidē astruēdo destruit. vt aut̄ intelligeres animosum ipsum strenuumq; furem esse, nec aceruos tantos Aſſis nostri primoribus (ut aiunt) diguis delibasse: non satis habuit ipse tot seftertia, toutes seftertium, talentorum tot millia, tantam æris, aurū, argenti uim à nobis iandiu publice exposita & consecrata, uno spiritu confidentiae depeculari: usuras etiam eorum centesimas, semisses & alias: (o durum acerbum' que creditorem) floccifactis sanctionum interdictis, ut debitas abstulit. Quin & palmarium plaudendum' que inter suos fore existimauit epulatu' que dignum in prytaneo, si spolia & Gallica & opima cum ramento auferret, gētisq; Francicæ noniē memoriae eximeret. Eadē porro solertia, eadē doctrinæ fidutia erectus, simul collectæ (credo) antea opinionis in li-

in literarū elegantiū professione prærogatiua fretus, mēsurarum restitucionem emetie ns, omniaq; operis à me ut suscepere p rastis hominumq; assensu probati, corollaria contrectans, ut quodq; bellissimum fuit raptuq; facillimū, abstulit, in illamq; sarcinā furor tumultuariam cōgessit: neq; enim uacabat digerere homini (ut ipse inquit) negotiosissimo: qui tamen (quod mirere) rem diu expositam & iacentē, atq; à nullodum præ magnitudine atq; intractabilitate sublatam, aliud agens ipse, atq; obñer tentatā, primoribus (ut dicitur) dignis suscepit, sustulit, circuntulit cum stupore hominū: huic iuscemodi enim operis absoluti rationē uisendi etiā etiāq; libri amœna lectio præfert. Id uero ægre (ut opinor) quā plurimis probabit, etiam si omnes tribus stultorum laturum se sperauit, quod ex tanta rerum copia cum permulta cōpilando, plurima missa facere præ imperitia infantiaq; cogeretur, nihil tamen intactū reliquerit, nihil non præcerptū & libatū: adeo uideas omnia Assis nostri insignia, omnia loca illustria, ab homine iurisconsulto Portio, suillo penè more obtrita & conculcatq;. Hic est Portius lectores, qui Hermolao Barbaro usurpæ centesimæ indagationē instituenti facem primus intelligentiae prætulit. Quo facilius contra inculcatā opinionē homines sibi, persuadeant non temere, nō ab re, non immerito qua de re nunc agnūr, decus palmāq; sibi atripuisse. Sic enim inquit libro secundo de uino Optimiano loquens: Hac computatione obñer usus & semissium cōprehenduntur, quas nostris seculis diu non lene cognitas, mihi clīm applaudebā uel solum uel inter paucos intellexisse. Postea longo interuallo Hermolaū inter nostræ ætatis literarū assertores eminentissimū, in prima editione ignorasse: in secunda non suo fortasse inuento, sed ex alicuius relatione cognouisse animaduerti. Enim uero hominē liuidum (exclamat hic aliquis) qui tandem errare homines ordinis sui passus sit: ac fortasse etiā (ut est liquoris ingenium) ad hodiernū usq; diem suisset, nisi aut Hermolaus aut aliis id facere instaurasset. En cui iniurato nō secus credas quām utraq; manu grām tenentii & adiuranti: en qui cum in tenebris mē

ees: en cuius oratio natales generosissimos indicet & clamaret. cur autem homini candido in mente tanto inter uallo uenerit, Hermolaum hominem Venetum laudationis praetextu hac nota præstringe te, quasiq; statu & eius caput auferre, ratione inire nullam potui, nisi ut crederemus non ab Iucundo architecto Veronensi amico olim meo, Hermolaum erroris primū admonitum fuisse, sed ab amicis familiaribus: Portiū rem prodīā Hermolao, quibus simplicius arca na sua credebat; cuius rei laude sibi non esse ab Hermolao honorifice delatam, uir & quietate summa merito nimiri succensuit. Id quod facile ijs persuaderi poterit, qui etiā me cōmentarios eius usq; Vincentiam suppilando mandasse arbitrabuntur, ut inde libros illos de Aſſe componerē. Verū ut finis principio, & utrumq; medio con grueret, utq; omnia eode spiritu confidentiae recordis & conclama tae apta, & coagmentata esse sciremus, libru triuialis ac futorij artificij pari coronide claudendū, eiusdēq; impudentiae clausula ab soluendū esse duxit. Ad rem enim magnopere pertinere rat⁹ sum, ipsa autoris uerba referre: iam satis, inquit, superq; sit mihi homini occupatissimo, et uarijs et molestissimis curis implicato, & (ut alia omittam) iam dece filiorū patri, seſtertio iam pluribus annis per fecto, ad demōstrādos antiquorū mores hæc pauca insuper aggredisse: Pleraq; uero alia quæ olim studio uigente cōmentauerā negotia nunc suppressunt, quæ tamen & ipsa aliquando fortasse edē tur, si uita, et oīū suppetat. Dedit set huic Philoctetæ Hercules aut arcum suū aut clauā; nōne nobis omnis exilias exanimasset, ad mōstra è literis exterminanda? Quid hoc homine facias? aut quid si eum ames, ipsi faciendū libro iam iterum emissō prolatoq; censem? Quidnam aut potius quam ut attritæ & frontis crimen atq; ignomi niā, excusando stupore præcordiorū auertat & deprecetur? Hic dicerem nec ne diu addubitai, quod compertū habeo ab oculatis testibus, de præclara illa commentatione lingua uernacula elucubrata, duobusq; amicis credita, ut latīna fieret stilo q; appositissimo ad fidem faciendā ab autore ipso esse scriptā: siue negotijs auocatum fuisse

fuisse credere debeamus, id quod ipse eā ob causam (ut opinor) non
 semel testatus est, siue hominē elegantia Accursiana imbutum pī-
 gūn hac cētate stilū reconcinnare: ita in libri cōpositione latina ar-
 chitecti opera tantū functus est, prēterq; in infimo calce operis, id
 est in ea clausula quā proxime trāscriptimus, in qua structurē sue
 specimen ideo nobis dedit, ut res satis uulgata perspicua quoq; fie-
 ret. Atq; hēc quē diximus, ab eo scripta sunt per uulgataq; Vene-
 tījs non uerecunde, cum ante duodecimū menses quinq; libri no-
 stri de Asse & partibus eius ibidem impressi fuissent, in officinaq;
 Asulana omni die, omnibus horis uulgo contrēstantur. Hic quē
 ro si huiuscemodi facinoris quod nō sine suggillatione ac dedecore
 patriæ admissum est, ab actore publico quēstio postuletur: aut si
 me aliquādo tū meo, tū publico nomine iuris prēsidū, ordinis am-
 plissimi fidē, senat⁹ imperijq; clarissimi nomē implorāte, in eo enim
 senatu olim multas horas sedere honoris gratia mihi cōtingū patri-
 torūq; indulgentia, cū res seriæ et uisendæ me arbitrio ageretur:
 sed si ut est huius facti indignitas uenerādisq; cōuctus & quīnas, me
 iniuriā conquerēte quēstio ea de re decreta exerceatur ecquis hēc
 hominē seruare aut Tullius aut Demosthenes, ecque oratorū co-
 hors noxæ et poenæ eximere poterit: quis cū eo descendere in cau-
 sam, quis subscribere audebit? Age iam si sententiæ de inaudito cri-
 mine, cōpertoq; & cōuicto rogetur, ecquis est qui non extremū ali-
 quod exemplū in istū edentū esse censeat, ut patria ipsa religione
 ignominiaq; soluatur: in eoq; reo statuendū qui rem inauditiā ausus
 est, ne quis in posterum alligare imperiū illustre tetro facinore au-
 deat? atq; ita ut iuris consulti in eam sententiam cupide certatimq;
 transeant, quorum ordo istius scelere haud dubie impiatus est nisi
 in eum seuerē ilicoq; uindicetur. Fabius libro quinto: Nec mihi ui-
 dentur, inquit, Areopagitæ cum damnauerūt puerum coturnicūm
 oculos eruentem aliud iudicasse, quam id signum esse perniciosissi-
 mæ mentis multisq; malo futuræ si adoleuisset. Si id Areopagūæ
 in puerο exemplum prodendū censuerunt ob malæ menis indolē,
 quid

quid in uirum ipsi, quid in senem statuissent ob inexpiable mentis
deplorata m̄q; proteruitate? Ecquis porro post hominū memoriā &
in ciuili uita cōpositus, & claris natalibus ortus, & inter iuris consultos
professus, tam proterua ac profligata mente fuit, ut simili
commento institerit, alieni tantiq; laboris fructū, alienæ laudis co
piosa satis messem, nō dico carpere et inminuere, aut hic illic q; li
bare et sublegere, (hoc enim trāslatitiū crimen esset) sed usq; quaq;
ducta falce uanitatis furtiq; permettere? idq; adeo, optimū ut parie
auferre, reliquam proculcare mallet: quām id saltem integrum re
linquere quod auertere non posset? Nam uero ut ne improbus esse si
bi tantisper dum animo exulcerato satisfecisset, meditatus sit, idq;
dolori liuoriq; condonare debeam, num etiam tanta secordia, ea in
curia præditū esse me existimauit, ut uiuens, uidēs, sentiens, pigno
rum tam multorū taliumq; possessionē, in qua plena securitate ac
quiescebam, interuerti atq; diripi à quoquam, nedum à Portio vin
centino sinerem? Ego'ne ut tantum tribuerem aut Vincentinæ no
bilitatis uertici, aut maiorum gentium iurisconsulto, ut ei Francici
nominis fasces industrieq; nostræ mediocris submitendus esse du
cerem? ut harpocratica infantia prædoni vincentino patientiā ac
commodarē? ut septem liberoru parens mariū et superstiu (quoniā
ipse eo se quoq; nomine admirari uidetur) ijs debitā, despōsam, de
stinatiāq; hæreditatē, insano penè labore florētis etatis uigetiūq; cō
paratā agere ferre? Portiū Vincentinum & expilare perpeteter
ignauo silētio? nec furtum illud atrocissimū atq; immanissimū, lu
culentāq; prædā auersam ac diuexatā, conspicuā ciuili uociferatu
testatissimamq; facerē? in sinu (credo) indignari atq; ingemiscere
uirum bonū oportebat, eamq; in optima parte bonorū illiatā calami
tate, iniuriāq; deuorare, aut inter domesticos tantū missitare que
ritq; religiose. Sane uero quoniā mihi res est cū hoīe et æquo & mo
derato, honesti pariter decori, respiciēte. Nā per diuos iā immor
tales, quotusquisq; faceret, hoīm quidē recta fretoru cōsciētia, nec
sui nataliūq; immemorū, ut quū atrocissima iniuria famosāq; ab eo
homine

homine affectus esset, unde minime metuēdū uidebatur; hominū q̄
 fidem implorare quirātando & quītatēq; posset, non lege uti malle
 ciuiliq; præsidio, quo famæ consuleret, quām inertī uerecundiæ in
 dulgendo, silentiū fouere, blandamq; tranquillitatē amplecti parē
 tem degeneris ignominiæ? At etiam homo omni lepore orationis,
 omni scribendi perīitia nisi formularia defectus, autolycū (ut Plaue
 tui inquit) furem se fore confidebat, et furtū quāuis luculentū, q̄lē
 bet manifestum, ita immutaturum sperabat aut dissimulaturū, ne
 agnoscī à me posset manifestoq; comprehendī, cum suo indicio ut se
 rex ipse manifestus sit. Quis enim unquā tam stolidē, tā absurde,
 tam putide huiuscmodi argumenti fabulā in medium attulit? adeo
 cui nec ius nec fas nec & quū ob oculos uersabatur præ animi libidi-
 ne nulla mea culpa & gri atq; saucij, is nec me nec meos, nec se nec
 suos, nec decorū & tatis & personæ suæ, nec hominū iudicium respe-
 xit nisi quo modo gliscenti in dies cupiditati clausis oculis obsequie-
 retur. At qui istam audaciā atq; insolentiā obftupescere magis homi-
 nes olim atq; execrari poterunt, quām eius modū rationemq; inire.
 Quām enim aut insolentiā, aut cōfidentiā, aut hominū contēptum
 esse dicas, hominē quod ad literarū bonarū doctrinā pertinet, ter-
 rae filium et lumbricū, librarum, seftertium, talentorūq; tantā uim,
 ponderum mensurarūq; numeros, modos, uocabula, recta, prisca,
 Romana iuxta latīnaq; adhac priscorū monumentorū restitutio-
 nem atq; emendationē, rei anteal lapsē deformis iacentis & incon-
 ditæ constructionē ac reconcinnationem promittere, proferre &
 profiteri, qui ne libellā quidem unā argenti probi, puri, sui, ut fuit
 olim in sermone, in toto eo libro ostendere uere posset, si(ut factū
 iam oportebat) ad iudiciū quoddā seuerū Areopagiq; simile obtor-
 ta ceruice raperetur? tantum' ne operæ pretiū Portius homo nouus
 rei literariae afferret? antiquatis partē cōplorata restitueret Por-
 tius? disceret ergo latine Portius si id sibi credi cuperet. Fama est
 hominē superis, inferis, mortalibus & que iratū atq; infensum, quod
 mihi eius rei palmā quantula est illa cunq;, ab omnibus deferri, ocu-
 lis & gregis

lis ægris cerneret, præsertim quod Venetijs libri mei essent editi
uænalesq; in tabernis haberentur, eò mœroris euafisse atq; æmu-
lationis ut has intemperias in luculentâ noxam suam ciuerit. Olim
enim paucula de festertio nummo denarioq; utcunq; deprehederat,
ut quibusdæ ex hominibus audiui qui rem probe nosse poterant: quæ
bus tamen ex ipsis aurea sibi statuā aliquando ad diui Marci conse-
cratum iri sperauerat: à qua spe cū decidisset, os istud silice durius
ut sermo eius indicat, non modo frictione atterere, impudētiaq; lo-
ricare (ut ita dicā) statuit, sed etiā in dei hominūq; offenditionē im-
pingere: ad quæ tandem cūq; exiū res euasura esset. Neq; uero aliud
quicq; pensi habuit ut uerba eius clare demonstrat, nisi ut nos homi-
nesq; nostros ad quos etiā ipsos hæc res atq; iniuria perinet, hoc li-
bello prolatu rumperet atq; ureret: sic enim futurū existimauit: ea
demiq; opera à suis ciuibus plausum se præstigiae laudēq; assecutu-
rum. Quasi uero Itali literarū elegantiae pridē duduīq; magistri,
iam degeneres esse coeperint, à maiorūq; moribus institutisq; descen-
scere: ut iam nō sua doctrina industriaq; cōmendabili apud exte-
ras gentes inclarescere malint, hæreditariāq; gloriā tueri &
retinere, quam maligna eruditione atq; subdola exterorū laudē per-
uellere ac lancinare (ut deterioris notæ scriptores pauci facere nu-
per instituerunt) aut aperta barbara' que improbiitate diripere &
auertere. Itaq; stolidus homo longe (ut audio) opinione falsus est,
qui in causam tam inuisam atq; ignominiosam incubituros doctos
homines arbitratus est, nec noxam contagij pariter cū omine auer-
saturos. Quod nisi aduerso ipse numine atq; aui inauspicata extra
suam classem periclitari ingenii institisset, nimiriū nunquā id com-
misisset, ut aduersus duoru hominū elogia grauissima imposturam
populo facere aggredetur, uanitatisq; immanitate atq; confiden-
tiæ iudicij publici acumen præstringere. Quanto enim & ad deū
innocentius, & ad homines cōmendabilius, & ad opinionē doctrinæ
quoquomodo aucupandam homine erat appositius, si post illud
Egnati in annotationib; de ipso testimonium multorum opinione

& quo liberalius: et alterū Alciati in Dispunctionibus sanè benignū
 quoq; ipsum & prolixū (ut nūc meā testationē ad Egnatiū omittā)
 non inuitus facere uisus esset, ut quod meum erat unius omnīū con-
 cessione, compluriū etiā bona pace, ipse quoq; mihi saluum nec con-
 trouersosum esse sineret: nec illum liuore quo statim à contestatio-
 ne illa nostra ad Egnatium uri cœpit, tandem in stomacho illo crue-
 do fouisset, inde ut uomica maleuolētiae enata & cōcreta ipse cum
 rumperetur, egerere eam purulentam atq; expectorare fœdi-
 tū
 me subactus esset. Nunc autem inuidiae atque confidentiae intempe-
 rijs usque adeo & transuersus homo et præ posterus actus est, ut in
 Assis nostri sanè copioso tractatu, quasi in stagno quodā prægran-
 di, uerriculo rapinæ tractim ducto, nihil si bi reliquū fecerit, quod
 altero ductu inde posset auferre si iterum conaretur idem facere.
 At uero prudentioris erat paulo pudenterisq; furis uelut in anti-
 quitatis quodam sinu sic expiscari singula, ut lectissima quædam in-
 de sumeret, unde non & que perspicuum & clarum futurum esset
 furtū, aut ita circumspecte & modeste sumere, ut ego nec speciose
 conqueri possem si uellem, nec actione experiri ignominiam irro-
 gante. Sed scilicet id agebatur hoc incepto tam præcipiti, non ut
 ille librorum de Asse compendium scripsisse, sed ut mihi scribendē
 commentarium præscripsisse, argumentos& q; commentationis col-
 legisse existimaretur, quasi que materiam exasciatam dedisse, id
 certe mihi hæc uerba quæ sequuntur, quodam loco scripta libri pri-
 mi, significare uisa sunt hominis sensus expiscantii. Sed cum inge-
 nui sit, inquit, si quid boni perficere non possumus, saltem uoluisse
 præ se ferre: satis erit mihi homini negotiosissimo, & alia profes-
 sione distracto, alteri cui otium & ingenium magis suppetat, occa-
 sionem præstare perficiendi quod incohau. hic quæso lectors quæ
 si iudices cognoscite ingenuum propositum hominis iuris consulti.
 Ita enim omnia stringit in transitu & perplexe, ut mihi uelut ho-
 mini literarum tātum cultus ascriptio, cætera immuni & temere
 feriato, utpote curis omnibus muneribus que uacati, in summis ipse
 publicis

publicis priuatūq; immersus animi occupationibus, thema de Aſſe
 & partibus eius ſcribendi proposuiffe, primaq; manu(ut dicitur)
 incohafte uideatur. Liniamēta igitur duceret ille præscriptor ope
 ri noſtro congruentia, ut non ego prioreis occupaſſe, atque ut tar-
 bardōq; homini anteueriſſe crederer, ſed ut ad illa Portiani Se-
 ſtertij præcripta Aſſem meum concinnatum fuifſe & confeſtum
 ſimilius eſſet ueri. Sic enim fortaffe factum eſſet, ut rei nuper in-
 uentae, milleq; annorum interuallo latinitati relatae decus cum con-
 trouerſum mihi feciſſet, inter planos proteruioreis coronam ipſe ſi
 bilemniscatam referret. At nunc unus omnium uaniloquorum ine-
 piuſſimus, omnium oculis ad riſum deſignatus, paſſim cauillis expo-
 ſitus, quid aliud q̄ ignominia laturus eſt quā ſit i ipſe cæca emula-
 tione inuiffit? Ne autē tragœdias ciere cupidius uidear, libenterq;
 proſequi, uela nunc indignationi atq; ſtomacho contraham, res iam
 ut ſuapte natura tragicæ ſimilis in cōmœdiā uertat. Nuper cum
 in amicorum circulo familiari ſermo (ut fit) excitatus de hoc Por-
 tiano facto, ut commemorando fuifſet, liber etiam ab uno in mediū
 prolatus, chartulatim percurreretur, ad ſummā rerum in trāſcur-
 ſu colligendā, inſigniorāq; furta ex Aſſe noſtro recognoscenda, in-
 cidimus tandem in eum locū Ciceronis quem ſupra cōmemoraui, de
 furtis Verrinis ab accuſatore deprehensis ex tabulis publicanorū.
 Cuīus loci gloriā Portius ita ſibi uendicat et tribuit, ut sanctiſſimo
 iureiurando paratu & geſtientē adiuuare furiuæ uendicationis fi-
 diutiam credere eum poſſis. Ibi cum ego q̄uis renidens librū legerē,
 ſubamarulēte tamen fremere uiderer & commoueri rei indignita-
 te, quæ ut ubiq; ipsa fuſtuariū in eo libro meretur ſi digna animad-
 uerſione facimus uindicaretur, ita ijs in locis capitalis eſt, in qui-
 bus locis iſte non iam imponere opinioni publicæ (deſperabat enim
 tot oculis rā acribus nebulā uanitatis ſe offundere poſſe) ſed ſcurri-
 li improbitate ſtomachū laceſſere hoīm & gorū, cōmouereq; cōcupi-
 uit. Cuīusmodi eſt hic locus, et alter de uſuris ex Columel. ab eo ſe
 credimus emēdatuſ, cū ijs quos ſupra recēſuimus, in q̄bus homo nul-

lius frontis, specimina atq; exempla impudentiae perditæ proder
 posteritati, pulchrū esse arbitratus est, hisq; uelut insignibus qui-
 busdam spectādis instaurādæ antiquitatis cōmentarium distingue-
 re: uerū ut dixi, cū in eo essemus stupētis admirationis, ut iam præ-
 sidiū alexicacon ori pectoriūq; ductu dextræ pleriq; opponeremus,
 (ut ferè assolēt qui prodigia depellūt, aut aliquid uehementius abo-
 minantur) atqui inquit is qui librum protulerat, & Verrina furtæ
 Budeæ & Portiana ijsdem è tabulis (ut video) maxime inclarue-
 runt, ut fortasse Vincētinus iste Portius generis illud decus à Ver-
 re Romano, nobili atq; inclyto expilatore duxerit. Certe quidem
 ut Portius Verri, sic Portiana furtæ Verriniis furtis festiuas satis
 atq; ominosa allusione respōdent, quibus etiā nec inaudita illa qui-
 dem audacia, nec impudentia cedunt antea inuisitata. Proinde cū
 Portij libellos duos, quasi expilatoris cuiusdā insignis sarcinas in-
 culcatas cū expenderis, illud tibi eiusdē oratoris in quinta (ut opī-
 nor) oratione cōtinuo subibit, ut exclames: Quod huiuscmodi unq;
 lectores Euerriculū in illa prouincia fuit, in illoq; illustri Veneto-
 rum imperio? Ut enim ille Verres Siciliēsis omnia euersa, detersa,
 cassaq; reliquerat et inania, ita iste Verres Sestertianus pauperiē
 longe lateq; in fortunis tuis fecit, quas tu fortunas in primis cense-
 ri in rebus tuis uelle præ te semper tulisti, ut optimo iure à te qua-
 sitas nec deteriore possessas. Enimuero (inquit alter) aduerso hūc
 Mercurio furū numine, furtiuū hoc facinus suscepisse Verre istum
 Sestertianū talentarēq; oportet, quālibet sibi solers atq; ingeniosus
 esse uisus sit: Quippe qui ne terunciuū quidem ex tot talētis è toties
 festertiū, in rem suā uertere homo imperitus potuerit. Nam quid
 omnino autoritatis prisca, quid documēti, quid probi numismatis
 ad astruendū Sestertiū suū cōtulit, ob qđ furii & cōcepti & mani
 festi crimine nō misere sese foedeq; alligauerūt si quidē singulas spe-
 cies perseQUI, ac non in unū uniuersumq; furtū cumulate experiri,
 expedire tibi cōuenireq; censuisses? Ita huic improbo Tātalidæ, ob
 uaniloquētiam incredibile pro Tantali talentis (ut dicitur) prisciq;
 aerarij .

Erarij reserati gloria furaciter contrectata, capitalis ignominia
 quasi saxum impedit: usq; adeo è re ille sua magis, existimatione q;
 Patriæ fortasse consiliū cœpisset, si in iuris triuialis studio in quo
 labor ei successerat, ut audio, acquiescere ad extremum sibi persua-
 sisset: nec sero & inauspicato gloriam è literis elegatibus homo ine-
 ptus querere institisset, eorū emulazione extimulatus felicius lite-
 ris imbutoru qui inde non pridē cœperunt magnopere studiu iuris
 cohonestare. Certe quidē (inquit alius) cōsultiu fuisse homini ur-
 gentissimus (ut ipse inquit) negotijs impedīto, extra suam classem
 ista ætate nō profilire, atq; ex iuris cōmentarijs tanquā è uasto quo
 dam turbidoq; ponto in quo ætate ipse cōtriuīt, expiscari licentius
 quod sibi potissimum duceret: ut ex more est hominū qui iure recepto
 probato' que in institutu euasit, maiorū ut inueta posteri excipiāt,
 ac pro suis utātur: ex quo fit ut eximie ab antiquis dicta, recētores
 mutato tantu scribendi loco in suā laudē transcribant: ea' que ratio-
 ne ea disciplina amplior in dies ac luculentior fiat: idq; maiorū gē-
 tium iuris cōsulti cū faciunt, tam bonis id moribus cōuenire arbit-
 trantur, quam si auorū offa legerent, atq; in religioso quodam loco
 familiæ suæ conderent. Quoru iste alumnus ac discipulus, Assēm
 utiq; tuum & partes eius, quæ satis ad stomachū doctorum facere
 existimabat, sua uidem facere septē annos uerteteis meditāt⁹, atq;
 inter monumēta ingenij sui cōdere, hoc tantu præter illū more or-
 dinisq; institutu uidetur mihi fecisse, quod te adhuc superstite id
 ausus est facere. Ibi ille primus, equidem, inquit, existimo Portium
 Vincentiu cum cerneret tot annorū consensu, occupationisq; iure
 ualidissimo eam laudē industriæ tibi semel esse delatam, quasi rei
 nummariæ atq; omniū Assis partiū, uocabulorūq; inde emanantiū
 enarratione absoluisses, unde sefertiani cognomen sibi gētiq; suæ
 in posterū condituru sperauerat: neq; id quidē modo, sed etiā talen-
 tici: facinus illud præ mœrōre atq; & gritudine animi consciuisse,
 ab audacia utiq; strenua' q; confidentia consilium mutuatus ac iuris
 subsidium. Videbat enim homo acutus, altero etiā anno Egnati⁹ an-

notationibus Assem tuum anteuertisse: cum nominis Portiani natu-
lis æqualis esset illis annotationibus. Itaq; quod de Agaménone apud
Homerum Achilles inquit, amiculo ille impudentiae fatus ac lori-
catui, haud dubitater fecit, ut res ex Asse decerpitas, in libellumq;
collatas, Veneijs primum, deinde in Germania, quando repetita
die retrorsusq; ementita omnino non licebat, nullo saltu anno, nul-
lo loco edendū ipse mandaret, crederet ut quis possit in insula Tho-
mæ Mori hominis ingenio & doctrina illustris, librū esse editum.
quo ex libro legem normamq; haberemus æstimandi antiqui numi-
smatis: nimis ut nulla non alia promulgatione ea prior haberetur
quæ nulli esset secunda, aut certe quæ nullius antegressæ omnino
meminisset. Quare quod antea Budæe memini te dicere, facilem
& simplicem huius criminis persecutionē esse, id ualeat sanè quæte-
nus ad te ad tuosq; pertinet, cui satis est fortasse vindicias uince-
re, ne in fraudem ex contemptu ignominiosam incidas, non item
quatenus ad nomen omne Francicū: huius enim genio ueluti dona-
rium quoddam lydium Assem tuū dedicaueras, cuius de iure quicq;
remittere planè esset præuaricari. Quocirca falsi crimē, cū publē
cam animaduerzionem habeat, quæstio de eo publica subscriptione
per stulanū la est à senatu longe hodie omnium amplissimo, sub cuius
dictione hoc crimen admissum est, in cuius etiā fide literarū bonarū
genius fridē esse cœperat, tutelaq; iuris ad eas pertinentis. Siquidem,
inquam, q; postulatu id æquū est & in proclivi sitū, tam mihi
quoq; cordi futurū esset, si pœnā ille penderet: nūc uero in ea eram
sententia, ut si ius meū obtinere, luculentāq; noxā uitare alia actio-
ne potuisssem, rē mēā à fure condicere ut iurisperiti loquuntur, q; fur
ti experiri queribunde atrociterq; malle. Vereor autem ne ut hominē
in patria nobili (ut opinor) iuriūq; scientia claro euenit, querēdæ
ut laudis cupiditate, aut aliâs instinctus, sciēs, prudens, meditato
& cōsulto cōmiseret, transuersus uanitatem mentis ut raperetur et
auferretur; Sic & mihi quoq; uehemētius contendentiū Archilochiū
quipiam exciderit plusquam causa posceret, unde ex ingenio meo
erupisse

trupisse violentius atq; exisſe è potestate mētis uisus sim. Cuius reè
 opinionem aut moliri, aut admodū imminuere poterā (nisi fallor)
 ījuriæ acceptæ indignitas, quā oculis auribusq; legēdo audīdoq;
 haustā, diu nequicq; deuorare nixus sum & cōcoquere. Verum al-
 tera libri editio, id est Germanensis, mihi patientiam laceſſere &
 prouocare, amicis eo amplius conscientiam haud dubie exprobrare
 uisa est. Quorum autoritati hoc tribuēdum esse duxi, ut audaciam
 proteruiloquentiamq; retunderē hominis mihi infensi, nullā aliam
 ob causam, quām quia res ita nata cum instituto meo tulit, integrā
 ut eam palmā auferrem hominū iudicio, cuius palmæ frondē ipse
 unam fortasse aut alterā præcepturus ille fuerat si mihi anteuer-
 tisset: Sic enim ipse mihi credere imperauit, ut benigniore me uta-
 tur, quem ne teruncio quidē dignatus est. Proinde optimū quenq;
 lectorum & quissimūq; oro atq; obtestor, ut quæ ante a dixi, nō tam
 à me scripta cupide, quām rescripta queribūde ipsi interpretetur.
 Nam quæ accusationis specie primore fronte præferunt, si digne
 aestimetur, si res tota perpedatur, non obiecta magis quām respon-
 sa uidebuntur. Quid enim aliud ille liber, quām mihi totā furti fu-
 ciq; factūati inureret, nisi à me refellereatur? At id fieri non potuit
 quin autoris ipsius caput cum fortunis peterem, neque conficeret
 huiuscemodi monstrum libri potui ut non uitalia ferirem ac repe-
 terem: qui cum ab homine prorsus ipse nemine quicquam ea de re
 quæ nunc agitur, accepisse me affeueraui, non scripto, non uerbo,
 non nutu: quid aliud quām flagitioso mendacio atque adeo per-
 iurio me obstrinxi, siquidem ipse Portius drachmas singulas ue-
 ritatis in singula talenta miscuit uanitatis. Nisi uero hominis
 integræ fidei affeueraatio (qualem me existimari cupio) conce-
 ceptis uerbis de scripto pronuntiata, non habet instar iuris iurandi:
 ut foediorem existimare lectors istius oris mentisq; durūiam de-
 bēat, qui à fronte libri ad calcē inoffenso cursu affeuerationis usus
 est in mensuris iuxta & ponderibus in nummarioq; tractatu, etiā
 si multis in locis tribubare conspicue solitus est, atque ita hærere

in luto dissimulationis undiq; deprehensæ, ut pedem expedire inde nequeat, nec nisi foede lutulentū efferre: in loco etiam uideas hominem salebrā unam & alterā superante saltu præuaricaticis impudentiæ. Quotus: gitur quisq; cōmpteret duntaxat hominū uocarium, ut cum rationū summam sibi direptā esse, cum uitæ actæ decus eruptum cerneret, cum fortunaru capitisq; periculū faceſſitū, nec nisi implorata suoru exteroru' q; fide intelligeret res suas seruare posse, periculūq; arcere, nō quām posset exaudibilissima uoce furē, raptore, expilatore' q; proderet, omniū q; cōeuntiū aspectu subiſceret. Age porro, si taciturnitatē in huiuscemodi calamitate sibi ignominiae, si fraudi luculētæ, si noxæ capitali, futurā esse sciret: num etiā tum aut furis existimationi consulendū, aut lateribus suis parcendū esse censeret, ne conuiciū furi facere? & in finū potius inertis patientiæ atq; tranquillitatis configueret, quām ad arā legum, industriae que uirilis opem ac præſidiū: etenim proh superūm hominū' q; fidem, num ille me aut irraucuisse, aut animū iam deſpondisse, aut omnino inter homines agere deſiſſe, aut denique (quod aiunt) artem deſiſſe arbitratus est, qui huiuscemodi ſe iniuriam lucrifactorum credidit: an potius ita me floccifecit, ut etiā experiri cōcupuerit quousq; irasci destomachari' q; poſſem? Certe ſi quid ei ipſe eſſe aut uiri aut etiā hominis uisus eſſem, nunquā metam contempſiſſet, ut etiam ex hominū numero delere ſe confideret, qui inita (ut aiunt) subducta' q; ratione rem tam improbabā tandem meditatus eſt. Quare uenia (ut opinor) dolori nostro dāda eſt ab optimo quoq; uito: quandoquidem nec gemitu ſedari potuit, nec annua bima' ue die exoleſcere. Lateris cōtentione opus erat, ut contentiæ rectæ animo' q; obſequerer, ut rei indignitatē teſtarer etiā atq; etiā. Accedit quod cum iſtituto meo indulgere hac etate ſtaruiſſem, iniuriæ' q; magnitudinem modice placide' q; excipere, contentus obiter atq; aliud agens hominē perſtringere (rei enim euidē tiam maiore eſſe cenebam aliquando, quām ut uocē meam magnopere poſceret) hoc uide ſis inquiunt unus et alter amicorum, famæ

mea studiosi ac mihi cōdoleſcētes, homo Vincētius in tua ſumma'
 q; tuorū futura ignominiā gloriā n̄ ſibi atque ſuis nō mediocrē quæ
 ſitum, ſi non hodierno fortaffe tempore, at certe in posterū. Dūq;
 tute ſecordem patientiam dannoſamq; amplecteriſ, ille improbus
 triumphū quendā Gallicum plaudēce patria acturus eſt, trophēa'
 que erecturus. Ibi ego (quid enim iam aliud) ut uideo, inquam, uiri
 amici ueſtrum de hac re iudiciū, homini prouocanti ut planē rēſpō
 deam neceſſe eſt, quandoquidem nec iacenti oratione indicari, nec
 animo non affecto refelli tanta iniquitas poteſt, nec præceps im-
 pudentia molli fronte retundi. Ita q; facturū ſpō deo ac recipio pri-
 ma quāq; occaſione, ne mihi & patriæ in tanto articulo defuiſſe di-
 citur. Hic aut locus ad id maxime aptus opportunus' que uifus eſt,
 cum librū recognoſcerē atq; locupletarem rogaſu mancipis chalco-
 graphorum. Quid tum (dicat aliquis) doctioribus igūur te præfe-
 rendum censet? Siquidē uni tibi hanc operā uindicas in commune
 nauatam. In hoc uno ego uero, cæteris in rebus ijs libens cedo qui-
 bus omnia propemodum debo. ſic ſua haec tenus cuiusq; fuit in re-
 paratione latinæ lingue palma. Hoc ius non modo & equaliū noſtro
 rum, ſed etiam posteritatis erit, etiam ſi ius obtinere nunc Galli
 apud iudices Gallos nequeunt. Neq; uero prærepta unius aut alte-
 riū rei gloria, commentandi quoq; in posterū materia consumpta,
 quæ adhuc larga ſupereret. Hoc tantū refert quòd clariorū quidem
 illi aut pluriū palmarū decora tulerunt: ego fortaffe inter exigua
 ingenia qualibet acquiescere palma & debeam & poſſim: ſed alios
 ita uelim animatos eſſe, noſtrates præcipue, quorū maxime gratia
 hoc opus uifciendū duxi, ut maximū quodque decus ſic in medio
 poſitum eſſe putent, ut ingeniu tantum & diligentia referre non
 genus & cœlum putent. Sic fiet ut in huius laudis curriculo Italia
 omnium gentiū magistra, lampadē (quod aiunt) Galliæ nō tradat,
 ſed commodet: aut tradat quidē ſed fiduciariā uel precariā, uel po-
 tius det utendā uſu nobis et illis promiſcuo. Quid ni enim ſperemus
 quod alijs non negatū eſt qui longius remoti ſunt? Rumpantur li-

**Misopatri
des.** cet Misopatrides, id est patriam ciuesq; suos exosi. Natura Gallos
hac dote non fraudauit, tñet si huius ætatis moribus, uel paucorū ho-
minum uitio qui rerū arbūriū tenet, factū est, ut luerarū bonarū
studii nihil ad reipublicæ moderamen pertinere videatur. Rem-
publicæ semper appellare institui abusue fortasse, in qua plurimæ
ad priuatæ utilitatæ referri existimat. Propter quod uidemus eō
iam maiestati publicæ decidisse, ut censu ciues opibusq; multo ma-
gis, q; sensu & probitatis moribus ceseantur. Hinc illa stulta ac ri-
denda quorundā reputatio, qui nulla prorsus arte memorabili im-
buti, ob uulgares quidē ut apud Romanos facultates, ut apud nos
profemodum principales, nō se modo copiosos, sed etiā (si dij s pla-
cet) beatos arbitratur: quū si ad Romanos modulos diuitis appella-
tionem metiamur, per paucos hodie norimus præter primores pro-
cerum, quorū censu centies & quinquagies seftertiūm æstimetur.

**Comparatio
diuiniarū no-
stri temporis
cum antiqua
opulentia.** At tantā summā Pallas homo libertinus accepit, idq; decreto Ro-
mani senatus, ob id quod referendū ad curiā cēsuisset de fœminis,
quæ se seruis cōcubīu miscuissent, eaq; relatione statutum, ut quæ
ignaro domino ad id prolapsa probaretur, in seruitiū sui censem-
sisse uideretur. Cuius rei autore tacitū, Pliniūq; oratore habemus.
Idq; senatuscōfultū postea à Iustiniano principe sublatū est. Quis
autē hodie eorū qui aurū metiri non numerare dicūtur, uel etiā quæ
pala uersare aureos grūmulos dictūatur, ducēties seftertiūm posse
dere creditur? At Aesopus tragedus post coenas illas luxu stupē-
do memorabiles, tantundem hæredi filio reliquit, unde margaritas
ipse sorbendas conuiuis apposuit non mediocris pretij. Age, Curio
tribunus plebis nonne sexcenties seftertiūm æris alieni habuisse me-
moratur? quod perinde est ac si nunc dicas quindecies cētēna mil-
lia aureorum: tanti tamen & pluris Cæsar ciuis adhuc Romanus
nondum dictator, in Gallia res gerens, conciones eius ad populum
licitatus est & redemit. Paulus consul Romanus mille et quingen-
tis talentis eidem Cæsari eodem tempore autoritatem sui consula-
tus addixit, ea demum lege ut Rempublicam exigitanti patietiam
accom-

accōmodaret. Iam senatores Romanos qui defecti facultatibus di-
cerentur, quingenā quotannis sestertia solitos accipere à principi-
bus constat, queis honestam (sic enim aiebant) paupertatem tolera-
re possent innocentē. Nunc uero quotus quisq; tantum habet pensē
tationis annua, si paucos gentilium regis excipiāt. Contra Nero
perditū iam rebus, senatum Romanum cōcēgit centies sestertiū fī
bi quotannis pensitare: quam summā sine stupore meminisse iam ne
mo potest. Muio quod Ciceroni oratori qui semper à Romanis te-
nuis existimatus est, superficies aedium senatus consulto non mino-
ris quinquaginta milliū aureūm nostrorum cōstimate est, et uil-
laticum cōdificium plurū quām duodecim. Seneca etiam uir philo-
sofhus, ut ex eius monumētis apparet, sed rerum actui summo frē
positus à Nerone, quadriennio ter millies sestertiū quæsiuit, quod
certe necesse est ut fidem scriptis eius & autoritatem deroget. Se-
enim scripta eius cōstimentur, nemo unquam animosius calcasse di-
uinas, & pauperiem securam astriccius eo amplexu, fuisse uidebi-
tur. Tarius Ruffus: (quod penē omisi) infima natalium humiliatae
consularum militari industria meritus, circiter mille sestertiū li-
beralitate Augusti congestum agris cōemundis exhausit, ut autor
est Plinius libro decimo octavo quo in loco millies legēdum est. Se-
neca autor est Lentulum Augurem eodem Augusto principe qua-
ter millies suum uidisse, quanti hodie decem primorum Galliae pa-
trimonia esse uix possunt, etiam quāli plurimo uenire possunt cōsti-
mata. Ab hoc numero principem tantum & generum eius eximo,
cui regnum debetur si regi superstes fuerit. Quonā modo igitur
beatos existimare possumus, qui omnis cogitationes suas, omnes
animi sensus, omnis uita actiones, omnia publica, priuata que of-
ficia, & uiuendi denique moriendi que rationem ad cumulandas
opes referunt, qui in priuatis hodie fortunis esse non nisi despica-
biles possunt? Vnum tantum genus hominum excepti necesse est,
quod omnium ipsum generum minime esse exceptum oportebat.
Hi sunt sacerdotes, quos nunc fermè solos secundū reges & prin-
cipes

Seneca.

Tarius
Ruffus.Lentulus di-
tissimus.

cipes opulentos esse cernimus & plurimū opibus tribuere: quod gō
nus unum reges inter amicos habent, in quo se suamq; admirantur
potentiam. Nulla enim æquæ parte uitæ beatores ipsiis mortalium
esse licet. Hic mihi quæ memini uidiq; reputati, exclamare subit, mi
seram te simul & fortunatā Franciā, tu ut maiorū placita senatus-
consultis sacrosanctis confirmata, tot annorū usu comprobata, am-
bitione nunc scelerata antiquare contendas? & singularē frærogā
tuam pontificatui summo non e blandiā, non expressam, non eme-
dicatam, sed maiorū nostrorū merito postulatā, exornatam, repen-
sam, ut tibi uni iure prisco, à maiorū gentiū pontificibus prodito in
rerum sacrarū cōstitutione uti liceret, nunc indultæ legis abusu fe-
stines ire perdiū: unde igitur tibi frontē peculiarē illam sanctio-
nem citandi qua tu tantopere gloriare uelut decore quodā religio-
nis: unde libertatē aut fidutiam Christianissimā te uocandi, si non
qua religione eximū nomen, legemq; pietatis tuæ testem compara-
sti, eadem religione tu ipsa retinere uis? O plaudendū erratū ho-
stib⁹ tuis illis qui hoc tibi felicitatis regniq; fortasse palladiū, uelut
Palladiū re-
gni Frācīz,
sanctio pra-
gmatica.
coelo delapsū munus inuident, quo uel ablato uel intercidente lu-
perinde fortunata esse non potes. Vide quæso ne te nimiū terrige-
nis illis credas quos ob id gigantes appellauit antiquitas, qui titulo
sas ampliudines architectantes, Aloidarū exemplo theomachiam

Gigantes meditari uidentur. Nam ut illi immaniū spirituum homines Pelion
terrigenæ. Ossæ aduoluētes, & ijs rursus Pindū & Othrim Lapitharū sedē
subuehentes, in coelum tandem scandere, & superis uim afferre co-
gitabant: sic isti pontificatus & antistitia alijs alia adaggerantes,
ipsa strue dissentanea rerū male cohærentiū, uim inferre superis
sacrissq; canonibus quos patres innocētia prædicti suaserunt, merito
dictiuantur. Horū nonnullos nec prudēlia nec doctrina commēda-
biles uir quidā acer apud nos quū uideret, dicere haud infacete so-
lebat, absurdos oportere esse choragos illos aut certe dissolutos, qui
Herculis Titanumq; personas uenustulis cupidinibus temere et sæ-
pe ec̄commodarent. Harum enim rerum culpā à capite & uertice
Christia-

Christiani nominis publicus consensus arcessit, qui nisi recte constitutus sit, inferiora ab eo membra morborū causas trahunt. Quare in uotis esse piorum identidē uidemus statim atq; illa indignitas oculis obuersatur, ut aut columen ecclesiæ componat prouidentia, aut certe aliud cōmodius & congruentius fastigiū reponat. Id' que merito in uotis est. Columine enim uixioso uel infirmo, tectū & dis sacrae aut corruat necesse est, aut fœde collabefactetur, tum subin de turbinibus et procellis omnia intus pateant, errorū nebulæ subeant, decumbētibusq; pruinis interiora frigeant, ut ne ignis quidē ille charitatis & eternus ultra manere possit. Neq; uero me late ipsa domus fundamenta in petrā firmissimā artifici manu iacta, nulla ui posse conuelli uel subrui, non aërea, non terrena. Nam ne operis quidem compages diuina manu coagmentata, ullo disturbari machinamento potest: sed decor operis in aspectu & expolitio emendata non manent, ex quibus autoritas ut & dibus sic & di cōparatur. Nunc autē pietas & religio huius & dis & dituæ magno uociferatu queruntur eam proportionē afferuatam non esse, quam architectonice manus primū modulatæ sunt, id quod caput esse constat dede coris luculentī. Huius inconcinnitatis causam homines ad Mercurium referunt institorē, qui iam inde ex quo lumen mūdi regere, & auriga summi currus esse cœpit, non ut olim Phaëton quum se in currum lumenosum sustulisset, conflagrationē orbi intulisse, sed tenebras potius tēterrīmas offudisse dictitatur: unde factū esse cōstat, ut in castris sacrosanctis plerūq; nihil recte atq; ordine constitutum esse uideatur. Primū uix decimus quisq; ordines ducentiū decumana porta ingredi existimatur, deinde laxissime quidā tendentes uix gregario militi locum uestigiale relinquunt. Adde quod nec manipulos recensere, nec cohortes ipsi concentriare nouerūt. Quid quod plures stationes obtinent, qui uni satis esse nequeunt: quid si etiam omnes eas deserentes, longissime per urbes expatriari uidentur, hostilis ipsi incursus & populationū securi, nec minus stipendia illis procedunt, quām si ab statuī pedē transuersum non discesserent.

Alludit ad
ignē Vestæ.

discederet? Iam illud cuiusmodi esse dicemus, quod qui pluriū uicē
 gerunt, nō immunes plerunq; solēt esse, ut ne uitē quidē salīē centu-
 rialem in specie teneant, cuius metu munifices in opere milites con-
 tineant? quid qui perpetua immunita ē habent, regū & principum
 latera indecora stipates, æterna animi destinatione à statuis ca-
 stris domini emanantes? qui si disciplina castrorū ualaret, pro ca-
 stris ipsiis uigiles excubare deberet. Hæc fierent si in augustali or-
 dines & uacationes nō uenirent: si non atra inauspicataq; Celāno
 cō tactu suo fœdissimo res purissimas atq; sanctissimas quotidie im-
 piaret? Etenim per C H R I S T U M ipsum sacerdotij conditorem,
 utrum qui scelerata porta in ecclesiam castrēsem irrupisse se sciūt
 (de quibus dā loquor nō de plurimis) in ecclesiam ouaniē & coele-
 stem admissum iri se putant? num commerciū aliquod superis esse
 sperant cum ijs qui cothurnatis flagitijs se sacraq; Christiana cons-
 scelerare nō timet? Proinde uideamus qdnā habet simile hodiernus
 antistitū status et sacræ ciuitatis procerū, cū C H R I S T O c. uia-
 tis eius conditore & comitatū ipsius. Nonne si in uniuersum cleri
 nostri facie cultūq; cōsideres, dicere cogaris sponsam (ut ita dicā)
 sponso nuntiū rem:isse, suasq; ipsum sibi res eam habere iussisse? Il-
 le paupertatis assertor, & ærūnosorum signifer, cohorte etiā pulla-
 ta semper stipatus erat. Hi opibus circumfluentes & delicijs otioq;
 torpidi, cōspicui in aula uolūt esse sericato lautoq; comitatū: atq; in-
 ter hos (si superis placet) Hieroduli quidā uidentur homines sacræ
 seruituti mācipati, quos ne in publicū quidē prodire moribus deuo-
 torum cōuenit, nisi operam interim religioni & pietati nauare ui-
 deantur. Ille cum nihil possidere uisus est, tum suos omnes assecias
 omnium fortunarum possessione deiecit. Hi unde illi deiecti sponte
 deceserant, quum eorum sint successores, uelut interdicto recupe-
 ratorio opulentam etiam bonorum possessionem reposcunt. Auspi-
 ce igitur Mercurio contracta sponsalia non pronuba pietate, nec
 charitatem nec reuerentiam coniugij sacrosancti retinent, nec ad
 frugem aliquam bonam salutaremq; perueniunt. Age quanam rā-
 dem

dem causa sacrosanctos esse se uolunt? nempe quod homines insignibus C H R I S T I amicti inter arma orthodoxa inuiolabiles semper fuerunt, non aliter atque caduceatores hodie paludati inter acies commeant. Si igitur gestamina & exuiae C H R I S T I sacrosanctos eos ac reuerendos faciunt, nonne cultus et habitus Christicolis dissentaneus profanos eos facit, quod quidem in ipsis est? O stultam hominum opinionem. Atqui si ueneranda cruce quasi clava Herculis Alexicaci, si lituo summoeri se turba ab eis patitur pullata iuxta & purpurata: si magistratibus & honoribus fungentes, fasces eis ciuiles & prætextatas summittunt, & quidem cum summa animi & quiete, ampliora utique ea insignia existimare debebant: quæ Teletarches ipse C H R I S T V S ceremonijs suis consecrauit, & quibus etiam sceptra regum summi nonnunquam constituit, quam fastum luxu conspicuum, qui proceres tantum & potentatus decet, & quo uno suspici se maxime diuines à plebecula uolunt. Quod si cæteri hominum ordines exemplo ab eis prodio exuere dei reuerentiam & pontificale obsequium in animum inducerent, consecrataq; à maioribus patrimonia sacrosancta non habarent, nec piaculum esse putarent eos uiros uiolare quos C H R I S T V S dominus noster delicias suas uocauit: quid istis tandem fieret quis citra culturam & sementem (ut aiunt) omnia nasci uideamus? Erubescant igitur aliquando, & caueant ne animos saltem militareis & feroce exoluant religione: & quandoquidem ipsis sacra profanis permiscuerunt, uideant etiam etiam' que ne eorum licentiam uiulgas hominum albam (ut dicuntur) amussim esse interpre- Amussis tetur, quæ discrimen sacri profani' que sustulisse iam uidetur. Sed alba. quando in opulentia regia & reddiibus opimis summa eorum felicitas sita est: quæro quo tandem titulo ea se possidere credant: neque enim quolibet titulo fructus suos faciunt. Atqui ut omnia genera rerum legitime querendarum recenseant, nullum (ut opinor) aliud inuenient quo iuste atque innocenter hæc possidere possint quam pro donato. At hoc titulo possidenti non satis est rem

rem sibi esse donatam opinari, sed reuera donata esse oportet: alio
 quin eam usu facere suam nō potest, quū titulo careat. Mihi quod
 si quid mei iudicij est (ut utar antiquo uerbo sententiā dicentium)
 hæc non eis donata dici debent, sed fidei commissa: quod uerbū non
 modo fidem bonā, sed etiam necessitatē rerum restituendarū agno-
 scit; id quod si non in omnia, certe in ea sacerdotia ualet quæ fidu-
 tia contracta aut deferuntur aut conferuntur. Sed quoniā prisca
 iam seueritas uetusitate non præferre creditur, ut id quod dictum
 est præteream, certe peculiari se titulo seu fidei commissum seu do-
 natum tenere non negabunt. Quod si fateantur, num etiā tum fru-
 Etus ita suos facient, ut & helluari, & obligurire, & per luxū pro-
 fusissimum absumere ex animi sui uel libidine uel sentētia possint?
 nisi uero non peculiare esse potest quod à domino seruus, & cleri-
 cus seruus accipit, in coloniā ipse dominicā sua sponte ascriptus. Ac
 cipit autē in Francia aut à domino protinus paracleto suffragato-
 re, quod rarū est, aut à summo domini atriensi, quod frequenter eue-
 nit: quod autē secus quæritur id est sacrilega indicatione, id à præ-
 done possessum in ius transire non potest. Sic fit ut nihil peculij ha-
 beant quod non sit profectiū, & ut ad calendariū factitare de-
 beant & diurnū: nisi si fortasse antistitū actus lege euangelica ta-
 bularum conficiendarū necessitate solutus potest esse, quū antistes
 aut cœnobiarcha nunquā officio perfunditus esse uideatur, antequā
 omnia pensa familiæ exegit accurate. Neq; enim antistites promi-
 condi penus dominice censentur esse, & summae rei familiaris di-
 spensandæ præesse, & non uniuersi actus cui præsunt ratio ad nū-
 mum eis constare debet. Nam quod placita maiorū inferiores &
 minutulos actus pontificalis liberalitatis et muneris esse uoluerūt,
 id ideo factū esse clarū est, quod ut uicariorū olim errata atrienses
 præstabat, sic illorū isti tenentur uel perperā uel negligenter trāsa-
 ctis, usque adeo ut eorū reliquamenta horū fide stare credantur &
 affirmetur ab autoribus classicis. Quoniā uero hæc meminisse ne-
 queunt qui bonam partē ætatis inter aulicos agūt omni lege solutos
 (etiam

(etiam si legiūmam ipsi personam standi in eo conuētu habere non
putantur) de summo sane iure decedamus, & de suo ac domesticō
& cōtubernali tantū actu tabulas eos proferre postulemus. Fac igē
tur (quoniā id mediocre est) in paginā acceptorū decē esse millia
aureorū relata, quantulā eius summā partē expensam domino fer-
re possunt, qui nihil aut parū in usus pios uertunt? Age recūtentur
expensorū nomina, proh superi immortales, in cupedias, in deli-
cias popinales, & in luxū mensariū, in equitū numerosum & ele-
gans, in instrumentū lautiū episcopij, in supellectile, in uasa argen-
tea, in ueste stragulā & peripetasmata, in stipendiū cohortis hono-
rariæ fericatorū & calamistratorū, in aurū & accipitriarios, in
uenaticū ministeriū instrumētūq; in ferculorū structores, in scur-
ras, in ludios, in acroamata, in thymelicos, in eos quos à cauillis ha-
bent & à uoluptatibus, in deliciarū mille nomina. Adde etiā si pla-
cet, in aleā, & in ea deniq; quæ non nisi subditūio nomine in ratio-
nes referuntur, & quæ in ea cadunt quæ feriatos oblecant, et anē
mi causa uel morigeris uel aliter obsequiosis expensantur. In his no-
minibus ita consumptā acceptorum summā inuenies, ut uix decima
pars in erogationes pias & in rem dominicā supersit: et hactenus
ita loquor homo obliuiosus quasi in libros coēmundos nihil attribua-
tur, & in eos quos antistites nostri (ut credo) à studijs habere so-
lent. Certe multi sunt eiusmodi, multi inquā sunt, queis omnino de-
cebat bonis interdictū esse, & curatores, ut furiosis dari, aut aliās
mente capti, id quod nullo iure pontificio cautū esse mirū est. Ec-
quæ enim esse maior dementia potest, quam si serui per nequitia
peculiū dilapidet à domino profectū seuerissimo, qui uiae & necis
horrendæ liberā potestatē habeat? Quomodo igitur helluones sacrè
patrimonij paria cum rationibus domini facient ad extremum, quæ
nihil nunc pensi habere uidetur quominus amplissimorū sacerdotio-
rum redditus in delicias & nugas & fastū ab eo ordine abhorren-
tem prodigat? atq; ita prodigant, ut non sibi tantū damnoſi & exi-
tiabiles esse, sed etiā conspicua luxuriæ periculū & errorē contue-

tibus creare uideantur? qui quum eos nec dei nec legum uident esse
metuentes, sensim et ipsi sacræ legis exuunt reuerentia. Nisi uero
putamus prægrandes à maioribus nostris uberesq; possessiones, nō
modo genitilijs hæreditatibus detractas, sed etiā iuri humano &
commercio exemptas, ut libidini et uoluptati sacerdotali seruirent,
opimāq; prædia optimo eos iure ac nulli uectigalia tenere uoluisse:
eorum ut a seculis cincinnatulis prælautoq; cultu nitentibus stipen-
dia pensitarent: aut prædia & prætoria coempta magno atque
edificata, propinquis relinquerent? Dominus noster è prouincia
iamiam decessurus palam uociferatus est, se uiam esse & ueritate:
Num igitur aut ipse aut eius uestigio sequaces hæc exempla prodī-
derunt? Nuncubi in ea uia quā inierunt, harū rerum uestigia reli-
querunt? Ecquando autē hæc uestigia in monte ferre sacrum uisa-
sunt? postremo ecquis hanc uiam secuit eorum quidem quos decre-
ta pontifícia inter diuos referendos esse censuerunt? Verum (osu-
peri boni) quonā modo C H R I S T I imitatores esse possunt, quæ
& parens ipse charitatis et assertor summittentiū se animorū fuit,
si familiæ domini benigne non faciunt, aut si animo sublimipet
eminere super cæteros & suspici omni modo gestiunt? O religione
neglectam, o mores eueros & præposteros. Hi factores & cupe-
dimarios, & luxus uoluptatisq; instatores adiuuant, quos frugalitæ
eis & continentiae autores esse decebat, ut domestica parsimonia
quaesitis, egentium & destitutorum multitudini opistulari possent.
Quod si ij qui profana patrimonia uel hæreditate uel iusto mancē
prio acceperunt, conficiendarum rationum lege non sunt soluti (id
enim responsis eorum cauetur qui diuinii iuris prudentes fuisse per-
hibentur, nec ratione caret. Nam quis nostrum non precario pos-
sideret quicquid habet & uectigale possidet? Sed nos exiabilis erro-
re ducti, aduentuia nobis omnia esse credimus & omni præstatio-
ne libera quæ titulo quocunq; ciuili parauiimus). Si igitur profane
facultates, & omni religione puræ, ita tamen affectæ sunt primo-
genio iure, & ita in fide summa positæ rerum omnium conditoris,

que

qui quiduis quoq; tempore pignorari pro potestate potest, ut unde
cuiq; mortalium accepti debeat & expensratio apud deum constare,
nisi nexus ad extremum uult iniire: quid ijs fiet seruis non quam
qui nihil non habent peculiare, & nulla non in parte peculij contur
bare noscuntur: utrum uerba pro rebus creditori eidem & domino
sperant se reddituros? At is nomina se exacturū foeneratoria acer
bitate prædixit. Nunc centesimo comite feroce & opibus & emulis
regiae opulentiae, maxima tum pecunia miseri appellabuntur. Num
igitur debita tūc trāscribere licebit, aut expromissores dare: quos?
Nullus enim præsto erit qui expensum sibi aliquid ferri uelit, eorum
quidem quibus dominus fide sua dari iussit, nec dominus acceptum
feret quicquid non in piis aut honestas erogationes ex pensum est,
atq; in rem suam uersum, & in pauperum. Age quoniam tandem mo
do rationes suas domino approbabunt, qui omnia uel pleraque non
CHRISTO, nō paracleto, nō sanctis suffragijs, sed Mercurio,
sed cōmercio, sed sacrilegæ ambitioni accepta retulerunt? Restat
ut uel alogistam mediuētur, si obtineri in eo iudicio potest, aut ad
dicti protinus non ducantur sed trahantur. O Cimmerias huius uo
tæ tenebras, quæ plerunq; trans nebulam præsentis sensus non cer
nit: fit autem nescio quomodo ut mens humana uel aulicis delini
mentis uel uoluptarijs titillata, ultra id non prospiciat quod adest
uel quod instat. Intestinos enim oculos præstringūt fulgetræ quæ
dam micantes imaginariæ felicitatis, quæ per assentationum (ut
ita dicam) nubila salutationum que illiberalium eliduntur in illa
rapida tempestate tollentis eos fortunæ. Accedūt ambitio & cupi
dinas oculorum meræ suffusiones, quæ ueras rerum species eos ui
dere non sinunt, imagines ludibriadas oculis obtendentes, uisus lu
dificatriculas. Qui si ad secessum studiorum annos saltiem uitæ
iam uergentis ac declivijs compararent, atque oraculorum conspi
cilijs sacrorum que speculaminum uterentur, futura sanè ut præ
sentia certissime cōtuerētur. Supradicti uero erroris germana est
præteriorū obliuio surrepens, Etenim qui futurā animorum con

ditionem non prouidentes, delicijs uita præsentis libenter acquiescunt: (si tamen in hac uita deliciæ esse possunt) ij meminisse nequeunt arbitriu eundem & crediuore deum ex edicto suo perpetuo iusdicturum esse interminatum: ut Cassianum quidem sententiâ horrere debamus, nisi plane stupidi & capti mente simus. Nam cum edictum tot præconij tam minacibus proditum, tot actuariis exceptum, tot scribis tam grauibus perscriptum, tot testibus classicis obsignatum habeamus et probatum, quorum etiam partim non dubitarunt capite cauere quæ repromisit dominus aut interminatus est, partim omnibus fortunis oppositis fide sua esse iusserunt: quid causæ est quin sciētes prudentesq; impingamus in offensionē eius à quo prouocatio non est, sicut nec apud eum deprecatio simul ac in iudicium uentum est: immo uero quin uiui uidētesq; ab hoste teterrimo obtorta gula trahamur? Cur igitur nos hæc ueritatis inuolucra, maiestate etiam sapientiae si ad manum aspicias, præferētia, quasi uisa quædam per nebulā (ut aiūt) primi somni concepta, despicari pergitur? nisi uero hæc despicare non uidemur, qui iustitiæ diuinæ seueritate non timemus, tum illis tot oraculis intentata quotidianie lectitadis, tum rerū euētis districtâ ad quæ non animaduertimus, uelut ad inculcatas sanctiōes antiquatæ iam legis auribus occallescētes. Scilicet hoc illud est: omnes rationes nostras in benignitate & misericordia herili repositas habemus. Hac spe deterrima mācipia hilariter uitā ac nequiter agimus. Quimigur accingimur ad eam benignitatē quoquomodo prouocandam? Videamus per superos immortales ne contemptus hic sit potius diuinitatis, quam meditatio quædam ueniæ consequēdæ. Comenta sunt ista ueteroris spiritus, qui primæ noxæ suæ foris & impulsor, in hanc errorum Odyssæ genu humānum deduxit. Quanquam impudens est atq; improba nostra hæc deprecatio, non causam perorrandam meditantiū, sed dissolutam misericordiæ oscitanter implorantium, uīq; qui ex uinculis scelerū & delictorū unicuiq; nostræ causam esse dicendā sciamus, iudiciumq; semel subeundū nulla prouocatione. Nunc quādo unūquenq; blandiri ignauis ac iniquitati sue iuuat,

iuuat, uideamus quo iure, qua actione, qua formula cernere ea hæ-
 reditatem possumus, quam C H R I S T V S dominus noster testa-
 mēto illo suo in procinctu nūcupato sequacibus sui reliquit. Si quia
 (inquit) uult post me uenire, tollat crucē suam. Hæredes suos fu-
 turos tollere crucē, quenq; suam, & se sequi è uestigio iussit: alio-
 quin indignos hæreditate sua pronuntiavit. Quibus uerbis quid
 aliud agit, nisi eis qui in albū æternæ prouidentiæ referendi sunt,
 præscribit, ut per ea uestigia quæ ipse inter mortales agès impres-
 fit, æternam beatitudinē inuestigandā habeant: ut per huius seculi
 ærumnas atq; inculpatæ uitæ salebras ad summā tranquillitatē &
 securitatē transfeat, quæ legittima pars est hæreditatis quā C H R I-
 S T V S ipse familiæ suæ spopondit, & adeundā reliquit. Hanc hæ-
 reditatem si summo & legitimo iure (quod ius quatuor tabularum
 appellare possumus) adire iam nequimus: (quandoquidē diucri &
 beatorū reliquias quasi ossa gigantū heroumq; miramur, quorū si-
 miles nullos edunt ætates iam effoetæ) ac certe libētes faciamus ut
 formula quadā indulgentiore æternam bonorū possessionē aut pe-
 tamus aut postulemus. Id enim sanè perinde sit ac si legitimo & an-
 tiquo iure inter hæredes cēseremur, siue summū ius dominus id est
 euangelicum seculis infirmioribus remisit, siue potius ita nunc cre-
 di ex usu uitæ delicioris est. Sed uideamus quæso ut secundū ta-
 bulas bonorū possessionē petamus, quandoquidē nec iniustas eas ta-
 bulas nec inductas aut irrixtas esse nouimus. Neq; uero bonorū pos-
 sessores erimus aut hæredes, et nō commoda incōmodaq; hæredita-
 tia iure in nos transibunt, siquidē bonorū appellatio in utranq; par-
 tem ualeat, etiā indulgentiore iure, quod prætoriū uocant. Ita fit ut
 nec hæredes esse C H R I S T I, nec bonorū possessores queamui, se
 præsentis uitæ delicijs perfrui laboramus. At nos uelut agnatione
 quadam infirmioris naturæ & posthumæ licentiae, nec iam eam le-
 gem ferētes quam deus immortalis sanguine C H R I S T I sui cha-
 rissimi sanxit, testamentū diuinū & æternum rupiū iri nobis diro
 errore persuademus, aut irruū tandem quoquomodo factum iri qua-

si uero dominus idem & pater ad hæreditatem impios liberos ser
 uosq; contumaces admissurus sit: nec alios olim obsequentiores &
 bonæ frugi quæ siturus, in quos caducas partes transcribere hære-
 ditatis suæ possit: tametsi id testamentum quoniammodo rumpi po-
 test, quū in eo nullus præterius sit: etiam si primis ceris pauperes
 instituti sunt, & ab eodem gradu ex hæredes facti diuites sarcinæ
 prædiui. Quare si supplicia impiorū euinares, & superum præmia
 mereri concipiunt, hoc uidere debent & præcipue antistites, cum
 quibus nunc nobis res est, nec per redundantis opes uitæ delicatæ
 traducant: sed ut seruatoris nostri exemplo, qui ærumnosam suis ui-
 tam præscripsit & indigā, sarcinas & ipsi suas mulis (ut dicitur)
Muli Mu-
riani.
 Marianis conuehant: quod nihil esse puto, q; inter cruciatos domi-
 num signiferum è uestigio sequi. Huc adde charitatē comitatem fide-
 lissimam, dignum transuersum à uiro bono non discedet. Adde ani-
 mi æquitatem in spem semper intentā, quasiq; uiatici largam beni-
 gnamq; suppediatrice: iam intelliges nullū esse hoc mollius uehicu-
 lum, etiā si per prærupta, et cōfragosa, uia nobis incunda sit. Quis
 autē hæc reputans compotes eos mentis existimare possit, qui quū
 uni pontificati uix queant satis esse, alterū etiā addere uel plureis
 non dubitan: quis non mente captos sacerdotes iudicare, qui modū
 utriusq; paginæ nullū esse arbitrantur, quū ipsi maxime inita, atq;
 subducta ratione actum suum domino probare teneantur? At nunc
 pontificati coenobiarachiam, quasi coniugem adiungere, tam solenne
 ne apud nos coepit esse, ut mancus pontificatus, aut celebs aliquim
 esse uideatur, perinde atq; si semiuirum coniugē esse cōtendas, quē
 cum uxore concubinā non habeat. Ego uero hæc in plerisq; sacerdo-
 tibus tam inter se dissidere censem, q; coniugē & pellicē in homini-
 bus profanis: etiam si de hac re iuris prudentū antiquorū responsa
 annos ferre (ut dicitur) hac ætate non uidentur, mundo iam præ-
 cipiū. Quanquam quid aut confidentius admitti aut amentius po-
 test, q; eum diē nō extimescere, quo dominus noster sententiā latue-
 rus est de cuiusq; meritis, ijsdem ipsis cōscriptis et assidētibus et uē-
 tæ dissidētibus.

tæ dissimili uudinem istis exprobratibus, quos potestatis in nos suæ
 autores notis laudant? In quo admirari subi hominum uæcordiam
 uel dirum quendam furorem, qui successorio iure putant ad se à
 C H R I S T I pedissequis potestatem, non etiam sanctitatis & con-
 tinente demissæ necessitatem, transmissam & delata. Enim uero
 palmariu illud (credo) a fud deū inuentu, fiducia contracta antistite
 tia retinendi quæ inter se aliâs colliduntur iustulis dissidentibus: ui-
 delicet quasi perpetua fidutia non instar plenū habeat iustuli legitimi
 mi quod ad fruenda quidem sacerdotia periret, aut quasi im-
 postura fieri possit diuinitati. Quid enim refert mandati an ne-
 goitorum gestorum teneantur: an ex cõ: actu uel quasi, cum utra-
 que actio bonam fidem agnoscere debeat? Proh dei hominum' que
 fidem, gratum id esse prouidentie credam, ut qui virilem operam
 implere non uidentur, ter aut quater, & ultra antistites appellen-
 tur, & qui tres ciere sacros canones nequeunt, ternis saepe lituis
 turbam doctorum summoqueant? Illi' ne ut fiduciaria legitimis an-
 tistitis coniungant, quasi in hominum penuria singuli multorum
 præuicias obire nunc cogantur, quum tot graues viros, doctrina &
 moribus commendabiles uitam primorum (ut ita dicam) di-
 gñorum suetu ursino more tolerare uideamus? Præclarum uero
 exemplum, & in uniuersum ad religionis orthodoxæ decus atque
 incrementum pertinens, homunculos bonarum artium ignaros, ti-
 tulos & multorum uersuum appellationibus insignes haberi &
 augostos: quum interim docti viiri, ac uitæ sanctioris ornamenti
 prædicti, pueris nominibus nuncupati, ac capite tantum censi, cum
 suggestione cultus diuini egentes uitam transigant? Profecto
 si uere res humanas estimare possemus, nos magis mōstrificos
 istos esse quam Geryones illos in fabulis decantatos iudicaremus.
 Concionator quidam perlepidus & facetus cauillari non pridem
 ita eos solebat, ut diceret, huiusmodi istos sibi uideri quales sunt
 quæ in ædibus sacris mutulares statuæ filii aut columnis impo-
 nuntur: ut enim illic simulacra quædam uelut oneri cedentia uide-

mus, quæ uel mutuloru*m* uicem sustinent, uel extra abacos mutuloru*m* proiecta sunt, eamq; specie intuenti præbēt, ut magnopere nūi ope riferendo atq; insudare uideantur, quū re uera sensu sint carētia, ac nihil ipsa facie nūtientiū saxeā adiuuent firmatē: ita atlantes istos summis scapis columnarū in fano domini superpositos, tñulosa illa amplitudine appellationūq; maiestate, uenerandorū senum inſtar sanctitatēm q; præferre tum specie luculentam præbere gra uiſſimorum patrū sanctuarium domini fulcientiū, & cœlū (ut ita dicam) sustinentiū. Sed stupidā eorum ignorantia, aut incuria disolutam intuenti, patere nihilo eos strenuiores statu*m* lapideis esse, quod ad munia quidē sacrosancta pie ac religiose obeūda pertinet, & ad maiestatē legis diuinæ inter homines religiose & accurate conseruandā: quod firmamentū est maximū ædiū diuinarū. Proinde ut monstra hominū antiquitas nunquā coelo delapsa esse cēsūt, sed terrigenas eos et poētæ & sacri uates appellauerūt, ut gigantum nomen indicat, & ad perniciem mortaliū edinos esse cecinerunt, eorū internicionē aut diuinæ potentiae, aut heroicis ærumnis utriq; dedicatēs: Ita nos precari sperareq; debemus summū quendā pontificem cū suo senatu q; primū exiuturum, qui diuino numine instinctus, cū ob alia in re ecclesiastica constituenda promerita, tum uero ob hunc ipsum labore Herculis Alexicaci appellatione nobilitati uelit, quin & ipsum iam extinisse credere fortasse debemus: etenim q; nūc summæ rei Christianæ præest, lætie aribus renūtiatus, tantam etiā alioquin expectationē sui excitauit, ut insignē omnino ac nobile facturus pontificatū suum clarissimis instiutis putetur.

Leo x. Esse autē istos gigantes elogio grauiſſimo illius sapientis appetet, qui in parabolis symbolicis inquit: Vir qui aberrauerit à via iustitiae, in conuentu gigantū requiescat. Atqui nos uia iustitiae esse dimimus quam C H R I S T V S nobis præiuit inter mortaleis agens. Ipse enim præmonstrator fuit uiae ferentis in cœlum. Ipse eorum fuit Hercules portentorū, quæ ne uirtus quidē heroicā cōficeret aut

Gigantes. superare potuit. Porro gigatū pedes in draconū uolumina desuisse fabule

fabulæ tradiderunt. Quo figmento prisci significare uoluerunt nē
hil rectum istos homines , nihil arduū cogitare, sed omnes eorum
actus, omnes animi sensus humi serpere, uel uerius deorsum uerge-
re ad inferos. Hæc decora, hæc monstra ex religione recta & cla-
rissima & in cœlū semper int̄eta tolli, cum optimus quisq; hodie &
grauissimus primi, secundi, & ultimi sacerdotū ordinis posci, &
hoc unum in uotis habet, tum interest exempli in uniuersum recte
atq; ordine constituti rem clericā et ecclesiasticā: ne reliqui ordines
ultra tam grauius opinentur de ordine sanctissimo sacerdotum,
cuius omnia facta, dicta q; magnopere pertinent ad exemplū. At-
qui necesse est, ut nostræ memorie antistitū licentia luxu plena,
stultitiam priscis exprobret, qui disciplinæ tenaces euangelicæ, uo-
luptatem ac diuitias procul à contubernio suo summouerunt: aut
ut eorū sanctimonia impietatis istos insimulet ac manifestos red-
dat, qui fortunæ magis quam ueritati lūare cupiētes, religionem
orthodoxam (quantū in eis fuit) in insulas relegarunt deliciarum
nescias. Quis enim est hodie quin sciat & prædicet eō seueritatem
ecclesiasticam maiestateq; decidisse, ut quos disciplinæ exactiores
esse seuerissimos oportebat, omniumq; officiorū arbāros & præ-
tores ad pietatē religionēq; pertinacitiū, n̄ remissiore uīa & licen-
tiæ atq; incuriæ plenā non modo amplecti, sed etiā foueri tueriq;
uideantur? Hosce autē homines quis credat, quum hoc faciat, fidē
bonam rectāq; agnoscere? Quin & eō iam uenisse nos puto(dicā
enim quod sentio) ut sine culpa fortasse is cessare nequeat qui ne-
glecta cōstituturus, couulta restituturus, incondita digesturus ab
omnibus existimatur. Fūt enim mire interdū ut publica expectatio-
ne maior multo grauiorq; persona summos honores gerētibus im-
ponatur quam ut munere suo translatitia laude peragēdo perfun-
di esse uideantur. Quis autē nescit haud ita pridē selectos lapi-
des sanctuarij, ita uel dispersos uel disiectos fuisse, ut collapsa ec-
clesiae maiestate ipsa iam dei sponsa ueluti fidei cōiugalis oblita nō
modo à sponso secubare, sed etiā nullo pudoris respectu per triuia

plateasq; euagari licenter uideretur, merereq; prouinciatim? quis pastores ipsos ueluti fugiuos, nō dico gregis desertores, sed etiam factos abactores nō meminit? quid ipsos præsum coryphaeos nō ne ita præpostere se atq; impure gessisse uidimus, ut quos ad cōposui decoriq; status habitum & speciem formare chorūm decebat, et eam saltationem docere, quæ emmelia dicta est ab emendati motus & pacati compoſitiq; concinnitate, pyrricham illi ipsi (ò summa in dignitatē) præire, id est armatam non dubitarent, à sanctitate prorsus ordinis abhorrentem. Ita' ne uero qui ad sacra et sp̄ ritualia certamina prodeuntium, summi unctores erant, & qui tum p̄ij fortasse bellī autores esse debebant, pro aris & fratribus sacris in profanos & impios populos decernendi, ijdem ipsi lanistæ christiæ narum virium uideri maluerunt, ut ad internicionem nominis sacrosancti inter se configerent? Quum hæc igitur ita euenisce constet, atq; eas res ab illis fuisse gestas, ut alter vir ingeniosior quam religiosior, de calice iræ domini, alter vir uehemens & acer, etiam de furoris bibisse haufisseq; uisus sit, uterq; autem dum animo suo nimii oſequitur, fas nefasq; miscuisse: hic eo amplius pollutrum sacrorum religione augustum & sacrosanctum uerticem oſtrinxisse compertus sit.

Leo x. Consentaneum est utiq; ut Leo qui diuine (ut credimus) numine, illis de medio sublati, et fertasse de cœlo tactis subinde in locum eorum suffectus est, is nunc orbe propemodum tranquillo et composito, archieclonica iam ratione doni nisi diuersorijs maiestatem iſtaurare laboret, friscis etiam modulis aut certe pristinis adhibitis: nam & ipse suffectus statim nutantem sanctuarij cōpagem celeri manu stabiliuit: sic enim res nata ferebat, ut structorum manibus adhibitis præsentissimi corsilijs iibicine fulciret, atq; ordinis interim amplissimi concordia ueluti confitularet. Proh superi immortales, qui status ille fuit, qui decor rei clericæ, quæ religionis reuerentia, quum omnia prope in hoc orbe quæ sacra quæ profana, uecordiæ frenis regerentur, fatali inclinatio-
ne mundi: quum primigeniæ noxæ suasor, à C H R I S T O quoniam

Dam de tectus animorum possessione, immo uero scissa gaudens di-
scordia palla, ultro ciuico, commeans, furoris faces utrobiq; sugge-
reret, & Romæ quasi in arce religionis incendiū misceret et hinc
senatus stultitiae & temeritatis (ut ingenue fatear) illinc peruica-
cie inusitatæ ac fanaticæ frontem fronte conterentes, ut ille pro-
phetes inquit, decreta futilia impiaq; conscriberent in æde Bello-
nae coacti: quum cleri magister sanguinarius, effractis timoris di-
uini repagulis, feras (ut ita dicam) in populum contumacem qui-
dem (neq; enim inficias eo) sed tamen populum domini immite-
ret, & Gallorum partes earumq; fautores diris execrationibus de-
uouens, scelere plusquam tragico orbem penè totum religione solu-
tum in deuotos concinaret? Id quod cum in religionem à populo (ut
affolet) & pia nobilitate traheretur, mirum est quod ij qui decre-
tis utrinq; interfuerant, uel eorum autores fuerant, religione al-
ligari se se non intelligebant: qui utinā iam planè exoluti sint tanto
pietatis uulneri cicatrice nunc obducta Leonis prudentia. Enim ue-
ro si (quod ominari nolim) religionis ifsi uertiici aliquid acciderit,
uel sacri senatus pius ille impetus ita relanguerit, ut extemporali
semiruti fani reconcinnatione acquiescere in animū induixerit, nec
sartū ac teclum contuberniū domini præstare ad prisci perpetuiq;
edicti formulā coniēderit (dūtaxat quantū ferre ratio huius ætatis
potest, neq; enim ad uiuū ulcera in corpore tam delicato resecan-
da censeo) quid aliud q; inani expolitione, aut teclorio quodā spacio
si consilij perlucenē ruinā interlīcam esse temerarius rumor cauil
labitur? Cuiusmodi culpam reprehensam esse ab Ezechiele scotino
uate puto, capite decimotertio oraculorū suorum. Quid uinea do-
mini, nonne ita degenerauit in labruscas, ut primo quoq; tempore
repastinanda uideatur, & ex situ & carie negligētiæ, pastino quo
dam restituenda censuræ? Certe manum posciā ipsa & flagiat so-
leris & industrij uinioris, qui palmites fructuarios et munifices
à pāpinarijs et inanibus internoscet. Nam quū uel inscrīta uel in-
curia pampinatorū maxima adhuc quæq; uinis ita in materiæ inanē
frondesq;

fronde s̄q; eluxuriauerit, ut uiniiores non fructui sed stirpibus con-
 suluisse uideantur: factū est, ut immunes pampini plurimis singu-
 li statuminibus non modo impediti, sed etiā impediti omnia late oc-
 cuparet, & uiribus recte exputatis & fruſigeris locus in uinea nō
 esset, aut ita certe locus præubratis esset, ut statumine eas uel nul-
 lo uel infirmo uiniiores adminicularentur, nec fructus eorū in fo-
 lem prodire, & exemplo esse posset. Atq; in hac deformitate cul-
 turæ & penuria fructuariorū palmīū, subsidiarij nunc rari sub-
 mittuntur, qui quidē ſpem certā proximi foetus polliceri existimen-
 tur. Hæc igitur animaduertere etiā etiamq; summū domini uinatio-
 rem neceſſe eſt, & falce canonice censuræ ad eū modū circuncio-
 dere quē unaquæq; stirps ferre poſſe uideatur, ut in restibili uine-
 to eam faciem agnoscamus quæ nō abhorrente dicatur ab ea forma
 quam dominū eiusq; operarios uineæ colendæ prudētes olim insti-
 tuiffe notum eſt. Neq; non eadem deformitas in agricolatione cer-
 niur & ceteris in partibus familiæ domini. Iam primū latifundia
 ijs uillicis cōmūtuntur, quorū delicatæ manus et otiosæ callo nun-
 quam obduruerunt ſtiua in ſulco tenenda præfularis disciplinæ.
 Deinde operariorū decurias in agrum inducitas uideamus, partim
 libere licenterq; ſpatienteis, partim opus arbitrariorū nullo ſub mo-
 nitore facienteis. Horrida uero culturæ facies quum in centuria-
 li fœcundoq; aruo uideas grandiores glebas obiacentes, ac ſcamna
 quædā cruda nullo uomere ierata doctrinæ probabilis, q; agrico-
 la remiſſus & præuaricator transmisit insubacta. Cuiusmodi eſſe
 ſcimus ſacerdotes quoſdā primarios omniū artium imperitos et ru-
 des, nullo animi ornamēto excultos, nulla crate rerum aduersarū
 occatos et subactos, ut ad frugē aliquā bonā uitæ sanctioris perue-
 Inertia ter nirent: Qualesq; Homerico uerbo, inertia terræ pondera appella-
 re pondera. re poſſumus. Hic eſt enim fermè habitus, hæc ſimilitudo quorundā
 ſacerdotum, de quibus nūc loquimur, qui in circumfluenti opulentia
 ſaginati, otioq; ac ſecuritate marcētes, & uelut in coeno uolupta-
 tie uitæ luxuriq; redundantis obruti, ut inertes in aruo fulci qui li-
 mo ob-

mo obducti sunt, ne semen quidē fibi creditum reddunt, nedum frumentum afferunt cum fœnore multiplici. Deus immortalis, cuius modi antistites eos esse, aut sacerdotes dicemus? quid animi habere, quid pensi & cogitationis credemus? quā ceterorum bonorum segregem ipse ex hac sui aliorumque cultura demessum ire sperant? Laudent ipse unum tantū harum rerum auctore, eorum quidē qui publica religione consecrati leguntur, & ego dabo manus. Inferorum ne igitur supplicia plebeculae terricula esse credūt, et ea quae de cetera beatitudine scripta sunt, argumenta theatrica? Quam spem aeternam salutis habere possunt, qui cum sint principes sacerdotes meridi in scopulos impietatis impingunt? & quū splendore uitæ prælucere familie dominice deberent, erroris nobis et hallucinationis caliginem terrā ob oculos offendunt? Atqui in hac ceterate quicquā à via ueritatis deflectere, nihil aliud esse puto quam impingere in scopulum meridie, id quod inquit Esaias sacerorum uatum Homerus: Etenim per deum per quā ueritatē ipsam, possunt' ne aliquo tempore mortales cognitā magis ueritatē & cōpertam atque comprehensam tenere, & manibus denique palpare, et ad manū cōtueri, quam nobis habere diuinatus contigit, post omnium errorum præstigias explosas, et post redditā religioni orthodoxæ plenā tranquillitatem. Heu pietas, heu prisca fides: Maiores nostros publicis decretis cōsecratos et inter diuos relatos, certa et explorata ueritatis persuasione dimouere nemo ne admotis quidē cruciatibus potuit, quū tamen adhuc omnia errorum caligine permixta uiderentur, nec ea fide abducere in quā semel sacramento dicto uenerant, cum omnia adhuc passim bellis intestinis arderent. Nos in ueritatis contubernio natī, uberibus sapientiae lactati, in gremio (ut ita dicā) doctrinæ superne educati, sed delicijs secularibus coaliti & depravati, ad solēm conniuemus, oculos caliganteis ad nebulas detorquentes, quas è terra inferneque exortas ipse non ignoramus. Qui si ueritatē satis animaduerteremus, nō ipsam modo mortalium contubernale dum saeculis operantur, sed etiam quae se totā eis indulget hauriendam in cordisque

Esaias sacrorum uatum Homerus,

cordisq; recessus penitus admittendam, sanctifico illo crustulo quo
animos humanos ueritas ipsa C H R I S T U S quotidie pignerasatur
& uendicat: superi boni quam ex alta contemplationis specula fa-
stum & opulentiam non iam secularem, sed uix etiam lustralē con-
temneremus? Quām ridiculos esse istos, quām miseros iudica-
remus, qui immaneis titulos suspicientes, Optimos propemodū Ma-
ximos appellari sese gestunt? Sed quis iam sacris operantium satis
hoc agere uidetur: ut antiquo uerbo sacrificali loquar. Evidem ma-
gnopere ipse admirari soleo, cum me in penetralia animaduersio-
num abstrusi, tantam humani animi acrimoniā tam uehementer he-
bescere ad ueritatem comprehendendam, & memoria tenendam.

In praecepto
rū C H R I-
S T I cōtem-
ptores.

Quum enim humanarum legum sanctiones uel minantes suppli-
cia uel spondentes præmia, ita uel hortando uel uetando imperij sui
maiestatiē retinere uideamus, ut strenuissimus quisq; uel æterni no-
minis cupidissimus, præ cupiditate referendi præmij uel palmaris
uel compendiarij, rationē propemodū nullā temporariæ lucis habe-
re existimetur: prudentissimus autē quisq; ac sui amantissimus, ita
minacibus edictis obtemperet, ut non nisi uæcordes homines aut lu-
cū tædio capti, in fraudē quoquomodo capitalē incident, qui fieri
posse dicemus, ut tot christiane legis capita homines sanè mentis
pro nihilo penè ducant? Quippe cū humanæ leges, quæ quidem alè
quid uetet, minaces tantummodo esse soleat si quid secus dolo malo
admissum sit: lex charitatis & innocentiae, qua nemo nō æquali for-
te tenetur, non minus modo horredis & inauditis antea, sed etiam
præmij et operæ pretij cētuplicata pollicitatione, atq; adeo sexcētu-
plicata sancta est. Et nihilo secius mens humana spiritualibus aur-
ibus capta, pollicitationes iuxta atq; interminationes diro stupore
publice priuatimq; trāsmittit. Videlicet sic natura cōparatū est, ut
cordatissimi ad sensilia præcepta mortales, ad intelligibilia atq; in
spe aut expectatione posita, excordibus similes sint. Quod futuri
Threnodiæ. prouidēs uates deo plenus in funebri carmine, quas threnodias uo-
cant, funere elatam ecclesiæ maiestatem in uniuersum queribundæ
uoce

voce cecinit, & sigillatim animæ cuiusq; christiano sacramento in-
tiate: Ait enim ecclesiam uel animam humanam, quæ quondam di-
uine disciplinæ tenax, templum domini dicebatur, & scannum
pedum eius (quippe cuius mores et instituta è uestigio sequebatur)
obrepente sensim rerum caducarum desiderio de coelo ita esse de-
tractam, ut quæ prius rerum æternarum contemplatione coele-
sti uita præsumpta, inter superos agere uidebatur, & imaginaria
diuinitatis intelligentia acquiescere, nunc coelo delapsam, in cali-
gine multiplici erraticorum effectuum esse mersam, ut propemo-
dum dominus in obliuionem sui sanctuarij uenisse uideatur: ac ne
id quidem modo, sed etiam regnum Hierarchicum & principatus
eius, atq; ordines mirifice distinctos descriptosq; euertisse, aut cer-
te ipsa contaminasse: eorum etiam castella, ac propugnacula distur-
basse, cornu eius confregisse, & brachium suum quod prius ei por-
rigebat ad hostem propulsandum, retrorsus auertisse, & postremo
in eo regno omnia uasta igni flamnisq; reddidisse. Quibus uerbis
mystice exaudiens, quid aliud q C H R I S T V M intelligimus ut ec-
clesie, ita animæ sacræ suis initiatæ sponsum, infensem eidem spō-
se, ex cõtubernio ipsam suo depulisse, id est ex innocetia & sancte-
tatis statu, atq; adeo ex editissimo theoriæ gradu ignominiose deie-
cisse, quasi stupri compertam: atq; eam ob rem illico factum esse, ut
hostiles copiæ peruigiles excubias agentes, ecclesie uel animæ præ-
fidia satellitio diuino uacua nocte, pro arbitrio suo irrumperent,
& præsidaria manu in potestatem redacta, arce etiam religionis
potirentur, uel animi principatu. Ita quum principes ordines Hie-
rarchie, & mentis atq; intellectus humani principatum, aduersari-
j humanæ naturæ potentatus uelut in deditioñem acceperint, à
quibus nūc res summa uel ecclesie uel animæ magna ex parte regi-
tur, quum subeunte rerum fluxarum amore pietas & ratio depul-
sæ rerum perdiderint habenas: quid superest, nisi ut ambitione &
& cupiditate & libidine omnia utrobique ardore uideantur?
Quas ob res Threnodus ille uates lamentabili carmine dolore suū
testatur,

testatur, multipli tropo orationis inculcatū. Dolet enim atq; moe-
ret ipse salutem comploratā generis humani sibi uideri ob fractam
ab clero huius etatis tessera (ut ita dicam) hospitiū, atq; amicinā,
inter diuinam pridē humanamq; naturā in ara cruciata C H R I-
S T I sanguine confarreatæ, unde adorā eternam sperare mor-
talibus, & in cœlestiū collegiū cooptari licebat, si iure gentium ste-
tissent quod C H R I S T V S promulgarat. Ecquis est autē obsecro
qui si statū ecclesie, motum, flexum, habitum, affectiones denique
corporis & animi & sessiones ipsas aestimet quales non pridē uidē-
mus, ullam rationē haberī oraculorū, aut omnino sacrorū monumē-
torum iudicet? quasi uero non monodias in funis animarū entheus
ille uates, sed plane nenia effatus sit. Non pontificia iurisdictio-
nem ita degenerasse cernimus ex charitate prisca, ut ubi & qui bo-
niq; & benignitatis sinus solebat esse, ibi lūtu officina capturarūq;
improbiorū nunc esse uideatur? Inde illa formularū aucupia, & rē-
tuum pontificiorū cautiones ad circūscribendā familiā domini con-
cinnatæ. Inde multarum compendia præfulibus enata, acceptorū
paginas luculēter augentia. Indidē sacrilegæ nundinæ earū rerū,
que in cōmercio humano sine piaculo esse non possunt. Mitto nūc
tesseras non modo ueniales, sed etiā ueniales, impunitatē scelerum,
& solutionē sacrarū legum sordida benignitate largiētes. Itaq; sa-
crosanctos canones melioribus annis factos, ut ijs uelut regulis ui-
ta clericorū dirigeretur, & uelut patrū præscriptis posteri forma-
rentur, iam in amusseis plumbeas euafisse quis non uidet? quales
clim fuisse canones Lesbiæ structuræ tradit Aristoteles. Nam ut
canones plumbei & molles non structurā operū tenore & equabili de-
rigunt, sed ex structorū cōmodo & abūrio flexiles structuræ ac-
commendantur, sic canones pontificij ex usu ecclesiæ antistitū flexi-
les plumbei & cærei facti sunt, ut iandiu instituta maiorum &
sanctiones pōtificiæ non moribus regendis usui esse, sed (propemo-
dum dixerim) argentariæ factitandæ autoritatē accommodare ui-
deantur. Quotus enim quisq; qui gratias factas annalium legum,
& collig-

¶ collidentium inter se sacerdotiorum estimari uacationes istas
legum, ¶ non solutiones uocari? nec istos non una aut altera lege
aut munere digna aliqua de causa, sed plane sacramento solutos
esse contendern? Hæc cum finiū christianorū luculentis dispendijs
expiata sæpe sciamus fuisse historiarū testimonio, numine non ob-
scure iram suā in suos distringente: mirū est sanè quod sacrosan-
cti potentatus solutos se esse omni lege confidunt, propterea quod
institutis pōtificij principes sacris inaugurati ē cœlo iura petunt,
ne de maioribus quidē sceleribus capitū causam dicētes. Miseri ipse
quidem si apud supremū disceptatōrē mīiore transigi conditione
consent, scelesti ¶ deplorai sic illic omnino nō disceptari sperant.
Qui si aliquando recordari possent diuino tribunali apparere tor-
uum illud satellitiū Minois ¶ Radamanthi, pœnas, furias, erin-
nyas ¶ alastoras, eas ipsas animas captantes, quas in reatu impie-
lerunt: certe quamvis animo excæcati ¶ uæcordes, tamen toto cor-
pore cohorreretur. Solenne tamen regibus Franciæ semper fuit re-
rum suarū summā ijs hominibus credere quorum secus uel consulte
uel admissa ipsi vindicare nequeant. Nostra ætas uidit unū in re-
rū actu summo liberoq; præfectū, qui à uinea domini procul agēs
rationes imperij nostri ex sententiā animi sui putabat, inscīne aut in
cōmode circūcidens: in quo actu aulicū omne ministeriū ei subser-
viebat. Hic uir quidē haud improbus fuit, animiq; haud degeneris,
sed regendis fatis intētus anginariū pyrū uorauit: unde Frāci pro-
pemodū strangulati ne queri quidē aut expostulare sunt ausi, quo-
ad ille inter aulicos simul ¶ uiuos agere desūsset. Qui etiam ipse
cum in opulento fastu sese ingurgitauisset, haustū inde calice er-
roris nobis extitibilis iuratissimis amicorū successorumq; propina-
uit, cuius utinā manibus omniūq; prædictoriū summus ille iudex er-
rorum gratiā ad extremū fecerit. Sed enim (quod dicere cōpera-
mus) statu ciuitatis orthodoxæ ē sede seueritatis ¶ discipline cō-
uulsus, manū quandā Pæoniā poscit, ut apte ¶ placide in eam re-
ponatur, luxataq; ecclesiæ mēbra in artus suos aliquando redeant:

Q.

sic fies

sic fiet ut principes ecclesiæ non auro obryzo, non argentea supel-
 lect. li, nō opimis obuētionibus, et numerosis titulis opum suarū ma-
 gnitudinē metiātur: quæ gazas regū prouocare, nō diutias pris-
 rum antistitū emulari uidētur, sed bonis internis, sed copia doctrinæ
 n.e., sed ijs animæ C H R I S T O d e s p o s e dotib⁹, quæ in cordis scrē
In prauos
C H R I -
S T I a sse
clas episco
pos.
 niolis, tanq; in gazophylacijs mystice fani condūtur. Etenim qui ad
 superos uia nō modo affectare, sed etiā alijs sternere munireq; uo-
 lūt existimari, quiq; id omni itaulo omniq; functione munerū suorū
 proficiuntur, ij C H R I S T V M diuinitatis emissariū, ac salutis hu-
 mane sponsionisq; magnificæ sequestrē necesse est ut sequātur, quæ
 eam uiam primus secuit C aperuit: si non euēstigio, ut maiorū illē
 gentiū pontifices olim fecerūt, at certe prospectu quā longissimo.
 Hæc uia cū unica sit (una est enim tantū ueritas) eā quoquo modo
 ingredienlū nobis est, nam C ipse præmonstrator superne dela-
 psus, non modo illac ire, sed etiā uenire eos iussit, quos in numerosos
 æternos delectus sui retulit. Nunc uero cū ab hac uia principes no-
 stri orbis ordines, profani iuxta atq; initiati diuersissime expatiem-
 tur, quid inde sequatur nemo oculatus nō uidet: etiā si omnes ferè
 infra pulpiū existētes mussare nō dubiant. Quæ (malum) autem
 insania est hanc errori publico indulgere patientiā? Ego' ne ut cre-
 dam fidem eos bonā agnoscere, qui sub exuuijs domini nostri, aram
 C sacra tenentes, C ipsum deniq; dominum exosculantes, eiusdem
 ipsius placita C instituta floccipendant, eisq; diuersissima pugnā-
 tiaq; amplectantur? Asseclæ C comites C H R I S T I dum inter
 homines agebat, quibus ille deceđes è prouincia, uelut iuratissimis
 ministris prouincias detulit, quoad in illis fuerunt, nauiculariā so-
 licitiā factuātes, in procellis agnati, nihil sui habuisse, nihil unquā
 sibi possedisse tradūtur. Istos aut qui illorū prouincijs successerūt,
 ea lēm cum illis potestate præditos (id quod ipsi gloriabunde præ-
 dicant) proh superi, nō pudet argentariā facere, opulentiamq; re-
 dum latē omni sibi ope uendicare C cumulare, à qua illi inter dē-
 uos relati eorū ipsorū autores cupide se abdicabāt, disciplinam ipse
 pareti

parentis sapientiae et ueritatis conserius (ut aiunt) dignis retinentes. Ecquid autem esse abhorretius & magis dissentaneum ab innocentia & simplicitate discipulorum CHRISTI potest, q[uod] sacerdotem ad altare sacra facere, et interim comitatum eius sericatum, comptulum, calamistratum, uerficoloribus insignem, machera succinctum, altera manu capulo ferri subnixum, altera accipiterem gestatam, sanctuarium dominicum stipare & oberrare mensae sacre summo clero ministro, gesticulatione gaudentem proterua et profana? At huiuscemo di spectaculi indignitate oculis saepe detortis exorbere obmurmurantes cogimur. Itaque eodem indignitatis atque inscenitiae uenienti esse populus uociferatur, ut quos Hieronimos esse decebat, hoc est sacrae discipline & institutionis magistros et exactores, autores ipsi fuerint dissoluenda atque explodenda continentiae. Vnum eius rei medium presentissimum esse certum est, sic in constituenda aliquando re clerica & ecclesiastica, opimorum reddituum circufluenzia ad certum quendam modum decentemque; circuclatur, pro captu & dignatione cuiusque; isonomia tandem non ciuili et populari, sed ex proportione geometrica relata, quod ius est optimatum. Haec enim sentina degrauans exhaurienda est omnino primo quoque tempore, ne sacrosancta nauis pessum eat tandem coorta quadam tempore maiore. Hoc autem Leonem decimum pontificum uerticem, & symphoniacorum domini chorostaten praestare, cum moribus eius, et doctrinam, tum uero auspicijs iniici ab eo pontificatus conuenit: ut & ipse & amplissimus purpuratorum patrum senatus, tanquam in nauis apostolica iam expectiore sedentes canere turbae nauticae celestisma uideantur. Absit enim absit inquam ut quod de Iulio siue iure siue iniuria creditum est, superis eius & mortalibus fucum facilitare cogitasse, & cœcilijs obtentu frustrari bonorum & sapientium expectationem piam, id de eo quoque suspicemur pontifice maximo qui difficillimo tempore et rebus propriemodum perditis & profligatis omnium seniorum suffragijs renuntiatus esse dicitur: prærogativa tribu doctrinæ suffragatiuum & indoli magnæ spei atque pontificie: id que ijs comitijs in quibus nec

Hieronimi.

bus nec uariū ullū obuenisse fama est, nec obnütiationē ullā extitisse, aut intercessionē cuiusquā, quae cōspiranti patrū uolūtati posset quoquo pacto incōmodare. O præsentissimā uim numinis, quā suffragia in euntes patres (ut uocātur) reuerendissimi hauiſſe repente creduntur. Verum id præcipue homines tū stupebant, more tanto interuallo relatū obseruādi de coelo, atq; id eo tempore quū id minime futurū quiuī existimaret. Adde quōd eius est si cuiusquā pontificij iuris cōstitutio, qui literarū studiū quod iandiu à publica quidem beneficentia per pontificū inscritā incuriāq; frigebat, memoria bili in omne æuū exēplō excitatū ire dictiatur. Atqui ego hunc decimū claris olim rebus actis decumanū fore spero, quādo quidē ueteres omnia decumana magna esse censuerūt. Is igitur cū deo beneuolente labante sacrosancti ordinis maiestatē cōfirmabit, et prisca decus ac dignitatē clero populoq; restituet. Verum enim uero ut redam ad id quod dicere instituerā, quū translatitij & penē uulgares priscae & tatis census, ingētes hodie & penē inusitati existimenter mūdo iam uergēte ad pauperię, ego demissi animi & angustiae mentis esse arbitror, toto (ut dicitur) pectore incūbere ad cōparandas opes, quū ea in re gloriā aut famā in posterū nemo possit assequi, ac ne uoluptate quidē nisi per transennā sentire. Nā ut hians auaritia ingētia lucra cū summa deuorat uoluptate, sic raptum deuoratorū saliuia nunquā in os recursat: ut cibus etiā suauissimus in īgluuiē trāmissus inexplebilē, nullo delectat edentē regustatus: quo fit ut auaritiam ferē intendi uideamus pro portione quæstus. Quare in literata innocētia ut olim ita hodie & uerioris uoluptatis & solidioris gloriæ maius & copiosius argumentū esse censeo. Siquidē homines ingenio mediocri præditi, in sapientia inquirēda omnibus uestigijs monumētorū quæ maiores reliquerunt, quum in dies maiora ea inueniant atq; impressiorā, uoluptate quoq; sensim fruuntur acriore, etiā si inuentis illis haudquaq; acquiescāt, quū rerum humanarū captus implere auidā mente intelligendi nequeat: eadēq; est ratio unicuiq; in memoria ingenij sui atq; industrie prodenda,

denda, qua nulla hodie nec eminentior nec diuturnior potest esse gloria. Avaris autem & quæstuaris quid aliud immodici quæstus faciunt, nisi curarum aceruum anxietatumque; exaggerat? adeo qui magna rum opum congeries struit, malorum quoque; sibi & perturbationum (ut aiunt) iliadas pariunt. Eant igitur philopluti diuinariu[m] amore per dñi, quos C H R I S T V S ut Crassianos magis & christianos limi- Philoplutes
carpit.
ne suo repulit, uitæ suæ institutu[m] admiretur si libet ut beatu[m]. Stu-
dium etiæ literarum irrideant ut inane & ieunum, duntaxat nō quæ
stuosum, quæ philologia nūcupatur. Nos enim nobis persuasimus ijs
incrementoru[m] gradibus quibus multi hodie ad summas opes uel ho-
nores summos ungulis (ut dicitur) omnibus arrepentes euadunt, ascen-
sum in cœlum non arduum esse ut uulgo dictatur, sed præcipue po-
tius ac urgente deorsum. Mito quod C H R I S T V S pauperu[m] se
uindicem & assertore, diuinu[m] reiectore frequeti cōcione professus
est. Non dico quod interpoli humanitate per C H R I S T I sacra-
mentum, post eiurat[u] mundi fastu in purifica perfusione lustralis
ei⁹ aquæ qua natura humana sibi natalibusque; restituuntur, alia pror
sus studia hominu[m] esse cōuenit, que ut ad temporariu[m] aliquod bonu[m] spe
etare videantur. Ita non ad normam ueritatis, nō ad exemplu[m] C H R I
S T I & ad canonem uitæ ferè innocentia agendæ nunc exigimus: sc̄i
mus hac ratione licentia temporu[m] ita explosam esse, ut aureis iam
non habeamus ferendæ ueritati. vt omnia haec transmitta, nōne etiæ
sensus humani iudicio longe uidetur aberrare, qui titulofis nominis
bus aucti, & nomenculatura honoru[m] uel prædiorum feroce, quasi
his cothurnis fortunæ in uiros prægrades euaserint, pusilli tamen
esse quasi; ridiculi grallatores uulgo intelliguntur: utpote qui nul-
lis aut paucis bonis suis atque animi locupletes esse noscantur? Atqui
hoc ferè huius ætatis fert cōditio in Francia præcipue, ut homines
singulari ignorantia præditi, saepe etiæ in genti luxu perditii, sum-
mis ac multis honoribus præditi sint. Nam & illi ipsi aut oculis
aut mente quoquomodo cernere germanam huius uitæ beatitudinem
possent uerasque; diuinias, haud dubie suam sortem deflerent ut inope-

*E*gentem. Cuius rei inter prudenteis compertæ *E* confessæ, at
torem tamen laudato tum scriptorū omnium opiniosissimū, tum re
rum humanarū estimatorem callentissimū. Nam ut Tiresias olim
Thebanus, qui utrumq; humanitatis sexū uicissim habuisse traditur,
idoneus iudex esse uisus est apud quē Iupiter *E* Iuno disceptarent
Solomon. uirius sexus maior esset uoluptas: Sic Solomon qui dñissimus idem
sapientissimusq; fuisse elogij sacri autoritate crediatur, unus est (ut
opinor) omnium qui hoc possit rectissime iudicare, *E* in cuius sen
tentia pedibus omnes ire debeamus. At is in eo libro qui autore in
certo (ut multi opinantur) inscribitur sapientis Sapientia Solomo
nius, ita de sapientia loquens capite (ut opinor) septimo inducitur:
Antiquiorem eam sceptris habui ac folio regio, et diuitias nihil esse
duxī cū ea cōparatas. Et rursus: Venere aut mihi bona omnia unā
cum illa, *E* innumerabilis opulentia in manibus eius. Sic enim uer
ti debuit ille locus, etiā si honestas pro opulentia eo in loco *E* alibi
in eodem libro sē penumero legatur. Magis mirum est totū cum lē
brum admirabili ac recōdita doctrina plenum, ab ignaro interpre
te uersum esse: quo apparent quantam ignominiam irrogarint diuo
Hieronymo ij qui eam traductionem eius esse asserunt. Ignoratiæ
autem interpretis omnino hoc tempore, hac litterarū claritate, hoc
pontifice non ferendæ, unum aut alterum dare specimen satis erit.
Primū in eodē capite ita legitur: Ιοπῶν ἀλλοχόες καὶ μεταβολές
καρπῶν, ἐνισχύουσαν κύκλους καὶ αἱρέψων θέσεις. Dedit, inquit, mihi
deus ut scirè solsticiorū uicissitudines *E* mutationes iēporū, anno
rum orbes *E* stellarū situs. In ea autē editione quā ignari litterarū
græcarū, sacrosanctā esse contendunt, ut iure recepto cōprobata,
ita legitur: Viciſſitudinū permutationes *E* cōſummationes tempo
rum, *E* morū mutationes, diuisiones temporū, *E* anni cursus, *E*
stellarum diſpositiones. Ex quibus uerbis nullus sensus cohærēs eli
ci potest: quid enim morum mutationi cum temporum consumma
tione? quis autem non percipit interpretem præter absurdam inter
pretationem et cæfurarum confusioñē, etiam æquiuocatione dece
pitune

**Interpretis
li ri Sapien
tiae errata.**

ptum in uerbo tropon, quod sola accentus distinctione solitiorum
 & morū significat? Sequitur in eadē editione: Vim ueniorū & co-
 gitatiōes hominū dīaloyis moūs ἀνθρώπων quod ego sermocinatio-
 nes uertissem, hoc est disputandi rationes. Quid illud quale est ca-
 pite secūdo ubi Epicureorū sentētia taxatur qui in teriū animæ cū
 corpore asserūt, in qua sentētia Plini⁹ secūd⁹ fui: ὅτι ἀνθρώποις
 ζευνύθημεν, καὶ μετὰ τοῦτα οὐδέποτε ὡς οὐχ ἐπάρξαντες. ὅτι οὐ-
 πόνος ἐν πνοῇ εἰσὶν ἡμῶν. καὶ ὀλίγος συντύπος τοῖς κινήσεις καρδιᾶς
 ἡμῶν. ὃν ἀποσθεθέντος τέφρας ἀποβύσσεται ποτὲ σῶμα. Id est quia re-
 mere geniū sumus, & posthac erimus uelut non existentes: quoniā
 sumus est spiritus in naribus nostris, & modica scintilla in motu
 cordis nostri, qua extincta corpus euadet in cinere. Interpres no-
 ster uel ignorantia, uel supina emēdandi exemplaris inertia lapsus,
 ita transtulit, & eū secuti sacri interpretes ita legūt: Quoniā fu-
 mus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad cōmœdu-
 dum cor nostrū, quia extinctus ciniū erit corpus, uidelicet quasi nō
 ελίγος συντύπος, sed ὁ λόγος αὐτοῦ autor libri scripsisset. Illud nō mirus
 ridiculū cati XII. Deuoratores sanguinis & autores parētes ani-
 marum in auxiliatarū perdere uoluisti: ubi autores pro ebris truncato-
 res uersum est ignorantia linguae. καὶ αὐτέντος φυχῶν αἱ βουλή-
 τῶν ἢ βουλήθυντες τρέσαι. & obruncatores animarū destitutarū
 perdere uoluisti. Hoc enim loco ἀνθρώπus idē significat quod ἀντό-
 χει, licet aliquādo autorem significet. Eodem capite: Tu autem do-
 minator uirtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reue-
 rentia disponis nos. οὐ διεπούσων ἵχον, εἰ πιθκέοι κρίveis. καὶ με-
 τὰ πολλοὺς φράσεις διημητρίους ἡμεῖς. Sic uerti uere potui: Tu potētiae
 imperiās, ex bono et aequo iudicas, et cum multa indulgētia regis
 nos. Quis enim unq̄ ep̄iċiā tranquillitatē uerti? Hæc obīer adno-
 rata sufficiūt ad id quod nunc agimus. Sed Solomon rursus de sa-
 pientia loquens capite octavo eiusdem libri: μέσης γάρ εἰσιν τοῦ θεοῦ
 ὕδισμάς, καὶ εὐρετὸς τοῦ ἔργων αὐτοῦ. Id est iniatrix est enim
 clementia dei & inuentrix operum eius: qui locus nūidem oscitan-
 f

615 DE ASSE ET PAR. EIVS,

ter interprete transactus est. Proinde si Solomon omniū rerū humānarū diuinarūq; intelligentissimus, sapientiā initiatrice scientiæ dei operumq; eius inuestigatrice appellauit, & regiā opulentiam præ sapiētiæ possessione aspernabile esse dixit, atq; etiā cū sapiētia omnia bona sibi obuenisse quasi cōmitatū eius affirmat: quanto magis compendij studiū posthabere debemus studio literarū: siquidem hoc studiū perducere nos ad intelligentiā sapientiæ potest. Intelligentiam autē admirationē ciere solet, & admiratio desideriū eius inuestigadæ. At inuestigatio adeptionē parit, & adeptio fructuonem: ita fructio beatos facit, in suprema sorte humani fastigij constitutos, quā Democritus Euthymia vocauit, quasi dicas felicem et rectā animi constitutionē: cuius hanc summā maxime esse dico, ut res omnis sensiles & caducas altissima mente calcemus, intelligibiles & æternas semper animo uolutemus. Id enim demū est humani sacramenti intelligentiā tenere, quū animū sublimē in rerū humānarū estimatione, demissum & supplicē & æterni boni postulatione seruamus. Hæc illa est humilitas apud priscos posita ignominiae loco, à C H R I S T O aut̄ autore manas, cuius propria est illa functio in animo ut quisq; optime sese noscat, quod dictum antiquitas ueritatis imprudēs, autori tamen deo consecrandū putauit. De hoc animi habitu cū innocentia coniuncto dici illud uerissime potest:

Inrediturq; solo & caput inter nubila condit.

Sperati porro summi boni atq; etiā promissi pigno hic nullū maius habere possumus, q; illā Euthymia, donū haud dubie diuinū, quo uitam illā cœlestē quodāmodo præsumūt quibus id diuitius datū est: qui orbis est ex omnibus numeris humanæ felicitatis aptus in sese semper cernuus, id est in bona sua & animi, nō in externa pronus: aliud nec principiū nec fine aliū quærēs in hoc seculo quidē quam in sese positū. Hæc est in uita humana summi boni medulla, quā ueluti thesaurū in sacrario sapiētiæ conditū tot philosophorū classes omnem lapidē molientes (ut est in prouerbio) inuenire nequierūt. Existimabant enim nō ex deo sed ex sese ita aptū esse sapientem, ut

in eo

in eo planè sitū esset an ipse talis esset. Nos autē ex sacris monumen-
tis accepimus arbitriū tantū nostri iuris esse, rectā autē firmāq; ani-
mi constitutionē munericē esse diuini, sed ita premiscui ut nulli re-
ste atq; ordine id petenti negetur. Huius summi boni formam habi-
tumq; describens ille sapientiū (ut ita dicam) Plato in parabolis ita
inquit: Beatus homo qui inuenit sapientiā. Longitudo dierū in dex-
tera eius, et in sinistra illius diuinitas & gloria. Ex quibus uerbis pa-
ret beatitudinem huius seculi in inuentione sapientiæ sita esse: nec im-
merito. Longitudo enim uiræ atq; anni uiuendi in dextera eius, &
in sinistra eiusdē opulentia & gloria. Atenim hæc de sapientia in
confesso sunt apud omnes q se probatæ et ueræ persuasiōis tenaces
uideri uolunt: quis enim negare audeat quæ oraculorum instar ha-
bent? Sed quæ nos hodie studia literarū uocamus, nihil eò pertinet:
quid enim literis priscis cum studio sapientiæ, quæ à C H R I S T O
genus ducit? Quare sapientiæ oracula in rem nostram uertere non
possumus, quibus per mæandros multiplices seculariū scriptorū de-
scendi curriculū auspiciāibus, ad nullā unquā metā labor euasurus
esse uidetur, ac ne ad leginimā quidē aliquā aut frugiferā scientiā
peruenturus. Quippe qui numerosæ aut dissertæ orationis aucupio
sensus omnes accommodantes, in luto semper hæremus lectiōnis ille
cebroſe & blandientiſ: ex eorū (ut arbitror) numero quos gradiſlo
quis ille uates Ezechiel cap. XXII. Chaldeorū pigmetis et Baby-
loniorū lenocinijs nimiū captos esse testatur: earū rerū usu animū
polluisse uociferas, rebusq; diuinis cōmētādis atq; animaduertēdis
ineptū reddidisse. Quo loco ego ascēſores equorū appellatos ab eo
eē cēſeo, q eloquentiā uel metricā uel nūerosam et oratoriā figurisq;
distinctā nimiopere concupiscūt oratione prosa & pedestri, nō con-
tentī ſenſa mentis & cōceptus ſimpliſter indicare. Huic inertis ſe-
gnitiæ patrocinio atq; obiectamento nūc ut obiter respondeā, ſym-
bolicum illū concionatorē excitabo, qui capite ſeptimo cōcionis ſuę
ita inquit: Lustrauit uniuersa animo meo, ut ſcirem, & cōſiderare
& querere sapientiā & rationē, et ut cognoscere impietatiē ſtulti-

Summū
bonum.

Et errorem imprudentium, uel ut græce legiūr, circuiū ego Et cor
 meum ut cognoscere Et considerare, Et quererē sapientiā Et cal-
 culum, Et ut cognoscere impij amentiā Et molestiā Et erraticū cir-
 cūtum. οὐκέτασα ἡγώ καὶ οὐκ ερδία μεν τὸ γνῶναι καὶ τὸ ξετα-
 σούτας, καὶ τὸ ζητούσαι σοφίαν καὶ τὴν φύσην. καὶ τὸ γνῶναι οὐκε-
 βούς ἀφροσύνην καὶ οὐχ λυρίαν καὶ πολεμόφορόν. Dico igitur eos
 qui ad philosophiā hodie studiū suū collaturi sunt, sapiens esse fa-
 cturos, si non à rudimentis litterarū statim ad eam transierint: sed
 uelut gnaui ac strenui indagatores, per omnia omniq; disciplinæ
 monumenta sapientiā uestigauerint: non ut ij solent hodie qui sa-
 pientiam quaestū habere insituentes, tēporis cōpendia sequuntur
 doctrinæ dispēdio, quæ numerosissima pars est studentiū in omnē
 genere disciplinæ. Ut enim aues in locū arduum subuolatūr, non
 à solo protinus eum locū rectis lineis petunt, sed uolatu uerticoso eo
 cōmodius euadunt Et facilius: Sic animus humanus in contēplatio-
 nem sapientiæ melius per cochliā iustæ disciplinæ scandere Et in-
 telligentius potest, quam si protinus ab infimo genere doctrinæ ad
 summum genus discendi cōpendio euaderet, scansilem disciplina-
 rum seriem transiliens. Hoc modo Solomon encyclopædia gyro lu-
 strasse se omnia ingeniorū monumēta significat ut ego quidē inter
Solomon En
cyclopædiā nouit.
 pretor: nosq; hortari uidetur ut per omnia philosophiæ secularis Et
 priscæ dogmata, uestigia sapientiæ siqua sunt (ut certe multa sunt)
 colligere nō grauemur, ac lucū saltūq; opacū Et abstrusum in quo
 ipsa stabulatur, iusta et perpeti indagine accurataq; cingamus: sic
 fiet ut quū ad studia sacra etiora Et monumenta sacrosancta perue-
 nerimus, Et uelut ad cubile ueritatis et sapientiæ proprius accessus
 rimus, iacētem quidē illic sed inuolutā ipsam certius agnoscamus.
 Hac uia Et ratione cum Et commodier est Et certior sapientiæ in-
 dagatio: tum uero quū ad speculandā ipsam ex editio euaseris, ubē-
 rior est multo constantiorq; contemplatio nec tam facile de gradu
 intelligentiæ et persuasionis certæ deīciunt, qui molli ascēsu et an-
 fractuoso euasit, q; is qui recta per arduū assilijt uel arrepsit. Ete-
 num

nim per deū immortalē quid aut præstatius esse ad doctrinæ maiestatem putamus, aut ad cōpertæ ueritatis fiduciā firmius & stabilius, quām quū per infima mediaq; studia ad culmen speculaminum subiectus sis: nosse uel angustas porticus, in quibus Stoici sessitan-
 do & soritas aceruādo ærūnosas cōtriuerunt ætates: uel excipulas
 amoenas ab illo uersuto animarū aucupe in hortis concinnatas, in
 quibus Epicureorū animi omni abstensa religione uoluptate ad ex-
 tremū delinui sunt: uel erraticas & expatianteis ambulationes Pe-
 ripateticorū, qui tantā uim differendi in nugis consumperunt: uel
 deniq; copiā ubertatemq; dicendi in academia illa famigerata, odo-
 randa tantū non etiā in tractanda aut propius aspicienda ueritate
 profusam: ut nunc eos omittā qui nihil constituendo et de omnibus
 addubitando annos bonds perdiderunt: quasi in labyrintho philoso-
 phicæ currēdū cōstituissent: sed quando harū rerū omnīq; priscæ
 doctrinæ cognitione, uel oratione prosa uel meirica traditæ, sine late-
 na linguae peritia cōparari nō potest, quæ etiam ipsa græcæ lin-
 gæ adiectione fit admiculatior: hic discendi cursus certis man-
 sionibus distinctus sit necesse est: quarū modum & rationem uel ho-
 minum propositum, uel ingenium, uel fortuna temperat. Quare Encyclo-
 qui hunc orbem doctrinæ quodā rectæ rationis circino ita circum pædia-
 scripsit ut uel augere uel contrahere pro re nata aut ingenij ca-
 ptu aut uitæ instituendæ necessitate nouerit, is si intra eum orbem
 ita includat eloquentiā ut per omneis eius partes æqualiter fusam
 teneat quasi in corpore sanguinē, is demū mihi uidebitur ad sapientiam
 inuestigandā uberrimū quoddā uiaticū atq; etiā amplissimum
 attulisse. Neq; nunc de eloquentia illa mirifica loquor rerū omnī Eloquentia.
 tractandarum arbitra, quā fusiorem esse amplioremq; uolūt quām
 ut illa circuncurrente linea præstitui aut definiri possit. Hoc ego
 instrumentum philosophicæ ex opibus (ut ita dicā) Chaldæorū atq;
 Aegyptiorū coactū, præstantius esse arbitror ad uitā hanc etiā per
 uoluptatē(honestā quidē et probabilem) transfigendam: quām diui-
 tiarum cumulos quālibet opulētos, non stoicis ipsis conjectarijs, sed
 aulicis

aulicis (ut nouimus) auctarijs aceruatos, adde etiā (si placet) &
 ad futurā uitā per gloriā illā adipiscendā, quæ mortuorū apud po-
 steros memoriā in perpetuū renouat, cū in manibus hoīm libri eorū
 semper uersentur uiuantq; i. ingeniorū morūq; simulacra tempore
 non peritura. Cōtra autē diuitiae etiā Persicarū aut Lydiarū & mu-
 lāe, quū in uita uel auaris anxiā solicitudinē, uel profusis ignominie-
 am, liberalibus etiā interdū stultitiae ab aſſentatoribus pariant, qđ
 post mortē cōferunt, niſi ſi (quod rarū eſt) in pias largiōes eroga-
 tionesq; misericordiae exhauriātur? Oīm (ut opinor) diuīnū Croesii
 & Midae noīa multo famigeratissima fuerunt. At ille calamitate
 & ſummo atq; ignominioſo uitiae discrimine magis qđ diuitijs incla-
 ruit, hic auribus aſinīnis nō aureis inſignibus innotuit. Ex eo enim
 in prouerbī uenit quod multos otacuſtas. i. auricularios & emissa-
 rios haberet, rumorū captatores & sermonū delatores, cuiusmodi
 habere ſolent principes mali qui ſtimulāte cōſcientia ſecuri eſſe ne-
 queūt. Pythius Bithynius longe diuīſſimus hoīm priuatorū fuīſſe me-
 moratur, de quo ſuperius diximus. Is tamen munificētia inuifitata
 magis qđ opibus celebratus eſt, qui platanū aureā uitēq; illā famige-
 ratā, Dario regi donauit: Xerxis copias i. ſupra decies cētena mil-
 lia hoīm epulo ſuſcepit, & inſuper frumentū & ſtipendiū exerci-
 tui quinq; mensiū pollicitus eſt, ut maximo ex quinq; filijs uacatio-
 nē militiæ impetraret. Ob quā poſtulationē à Xerxe indignabūdo
 hac poena barbarica multatus eſt: ut filiū ſuū occiſum in duas pa-
 tes diſiectū aſpiceret, cū inter ambas corporis medietates ab utra-
 q; uitiae parte diſiectas exercitus pertransiret: qua calamitate maxi-
 me Pythius fortaffe nobilitatus eſt. Qui igitur fieri potest ut diuī-
 tiæ felices in hac uita poffeffores ſui faciant: aut nobiles in poſte-
 rū? Mihi quidē diuitiae nihil aliud quām tragicum choragium ui-
 dentur eſſe, ad uſum temporariæ ſcenæ à fortuna accommodatiū.
 Quid enim eſſe dicas aliud uitā administratiū, qđ ſcena quādam
 hominū personatorū operā ſuā & induſtriā populo oſtentantium,
 ludos (ut ita dicā) edente diuina prouidentia? Hoc igitur choragio
 ſi recte

Vera huius
 uitiae gloria.
 Croesus &
 Midas.
 Otacuſtas
 Pythius
 Bithynius.
 Diuitias ele-
 uat.

firecte atq; ordine actū quisq; suū peragāt. Sin secus eueniat, futurum esse dico ut male ac damnoſe cum eis fortuna egiffe uideatur, quæ ut choragus temerarius & præposterus eam ipsis personam imposuit uel impegit potius, cui ferendæ non erant. Eorū igitur qui honestiores personas gerūt cū plurimos in actu suo conturbare uideamus (ut apposito uerbo utar) eorū tandem errata nedū reliquamēta prætent necesse est ij uelut fortunæ ac temeritatis ministri, qui nulla publicæ charitatis ratione ducti, quū eos promouerent, fide sua etiā ipsos esse iuferunt. Sic enim fert ratio supremi ac posthumī ratiocinij, etiā si iure moribus cōstituto fide eorum esse non solet apud homines. Tandem autem appello non seculū unū & alterum, sed lustrū unū fortasse aut summū tria, uita enim in potentatu diuturna esse non solet. Tandem igitur ratio cuiusq; functionis & actus à C H R I S T O summo diuinitatis (ut ita dicā) institore, et generis humani creditore atq; etiā foeneratorē cēteſimario reposetur. Etiā si Galliæ nostræ moribus (proh misera populi cōditio) omnia atriensium errata, conturbamēta, reliqua secus admissa, & quæcunq; promi condi præmordet, suffuratur, cōpilant & interuerunt, mediaſtimi luunt. Nam quū sint ipsi ad omnia mandata nō modo expositi, sed etiā dicto audiētes, quicquid actores uel uicarij, promi uel suppromi nō modo delirarint uel conturbanterint, sed etiā quicquid acciderint, circunciderint, suppilauerint, etiā ut respubli- ca ab ipsis actoribus idoneis & locupletibus suū seruare possit, tam preſtare solent, et si peculiū nō habent (o morē iniquissimum) nexum statim ineunt. Sic magnis reis apud nos licet ob noxā plebē dedere, & alijs super alias pecunijs imperatis succidaneam culpæ suæ subdere. Expeditius enim id esse uisum est q; aut reos istos cothurnatos, aut eorū fortunas pignrarī, qui si crimē fateri aut culpam agnoscere cogerentur, sacra opertanea in uulgo efferrētur, quibus nemo nō iniiciatus esse solet eorū qui nutu oculi summa quæque circuagunt, qui linguis fauere norunt in articulo, aut diris obſtreperere ijs quib; collibuit. Quæ causa fuit ut nonnulli aliquādo
inter

inter reos recepti, patronos potentes inuenient, à quibus impediti supplicio & penè præsenti crepti, quæsitores etiā ipsos subinde fortunis euerterent. O magna, o beatā, o memorabile gloriā illius Briarei, qui non modo legibus reos & populi uotis, sed etiā Ioui & summæ curiæ raptim potuit excutere: ob id (credo) facimus recte manes eius conditos existimare debemus. Is fuit cui nullum unquam fortuna præter summū et ultimū obsequiū negauit, quæque storiū ærarij natio ut deum Aesculanū summa ueneratione coluit: eius enim præsentissimo numine seruati sunt aliquando mācipes argentariā factitantiū, quū ob repentinās quorundā diuitias opulentissima factio inuidia summa flagraret. Ut aut luculentius potentiae suæ specimen ederet, reis primum ampliatis, mox codicillos ueniales nouo exemplo inuito ac frementi principi extudisse dicitur, atq; ita formulā tēperasse, ut nec deprehensi rei crimen agnoscere cogeretur, et iudices rei cōpertæ & cōuictæ, summi Curionis amicos inter reos in posterū recipere uetaretur: quo uelut euerriculo omniū delationū atq; animaduersionū tantā impunitatis fidutiā feroci hominū generi instaurauit, ut legibus hodie non teneri ea factio existimetur, cui princeps omnia concredidit, ut pro qua sponсор semel et probatus expromissor interuenia petasatus ille curio. Iure igitur moribus nostris cōstituto non modo magnis reis sed etiā sceleratissimis licet fordes suas in caput populi et in oculos ordinū excutere, atq; eo amplius feras in plebem immittere: si earum fremitum in cauea sustinere nequeant, quo nullū unq; atrocius scelus Nero dicitur excogitasse, nec tamē peregisse. Quid enim est aliud feras in plebē immittere, q; uolones profligatissimos nullo stipendio sed fide tantū autoratos, per rura palatēis, bacchāteis, graffanteis, plebeculā tributis exhaustā obterēteis circūagere? nisi uero eos circumagere non uidetur qui stipendio fraudatis (o scelus tricapitale) liberū permittunt diripiendi arbitriū. At uero iure perpetui edicti quo edicto ad summū tribunal propediē ius dicetur, noxa caput sequetur, certe ordinū ductores qui causas rerū male gestarū haud

ita pri-

ita pridem dederunt, non modo addicti sed etiam uim eti dabūtur,
Gordyq; nodo constricti, id est eo scelere quod ante diem extremū
soluendum non curauerint. Hi sunt enim ipsi qui noxam luculent-
tam nocuisse noscūtur, quos nunc plebis suspirantis miserescere nō
subit: quisi leges ualerent in aulicos, actus utiq; eoru quo potētiae
suæ ampliādæ præficiūt institores, aut quos transuersi propinquā
tatis amore promouēt, noxis omnibus solutos liberosq; præstare de-
berent. Nunc quum impune id faciūt, potētiae suæ blandiūt, nec
quantumuis in rebus secu'aribus considerati, uidere hoc mentis oce-
lis hebetibus, & noctuiniis queunt, uersuram se facere ingeti stipen-
dio. Deus enim fortunatis hilaritatē sæpe, consceleratis & im-
pijs impunitatem sæpissime foeneratur. Hoc est cur gaudeant, cur
felicitate & potētia sua fruantur maximi curiones Franciæ. Quā-
obrem sese sortemq; suam illam splendidam admirantur, & nos ci-
uili iure uiuenteis atq; in ordinem redactos, ex edito ipsi loco et le-
gibus inaccesso despiciant. Quidni enim sibi placeant quibus diuinē
tus datum est ut boni iuxta ac mali meriti homines quos uisum sit, In eos qui in
in illas Macarōn insulas euocēt quasi in coloniam suam, quas ipsi dignos pro-
beatorum priuāt sedem esse perpetuam. Insulas istas ego actus pri-
marum & secundarum parium in rerum publicarum administrâ-
tione esse censeo, in salo & iactatione ambitionis et cupiditatis si-
tas. Hac enim ratione tantum isti hominum beatores esse possunt,
ut fauonio inconsulti fauoris quos uelint uel homines uel familias
ex obscuris natalibus in locum illustrem sinuatis uelis prouehant.
Contra' que quos oderint, aut qui eorum placitis et institutis
incommodi esse uideantur, aquilone quodam transuerso procul
ab emporio hñorum disificant, aut omni aura efferentis sese fa-
mæ suppressa, in uadis destitutos consenescere finant: aut si maior
aliqua eos transuersos egerit offensio, insigni aliquo naufragio for-
tunis omnibus ut euertant. Dictata sunt ista aulicæ iurispru-
dentiae, quam curia illa profitetur, non summo iure, non ex æquo
et bono iudicans, sed iure moribus illis constituto et ciuili aduerso
ex dia-

ex diametro. Cuius tamen interpretes sunt maximi curiones et coryphæ: ad quoru[m] mores & placita aulici quidam recociti iuris illius consultissimi responsa sua t[em]perant. Huius curiae illud esse institutum dicitur, ut de rebus omnibus sacris, profanis, bellicis ac pacatis referatur, de paucis iudicetur: ut in maximoru[m] Curionu[m] non modo sententiā sed etiā nutu[m] ac uoluntatē eatur: nec pedibus tantum transeat ut olim in Romano senatu, sed & manib[us] et uultu assensioni atq[ue] etiā assentatio sc̄ite asseruitur. Illud sane memorabile post aliquot hosce annos contigisse dicūt, ut quu[m] ferè omnia decreta per discessionē facta sint de rebus quidē arduis, nullu[m] tamen per dissensionē aut diuisionē sententiariu[m] factum sit: usque adeo uel pedarij in sententiā principiū trāsilire didicerūt, uel ipsi potius sententiarum principes censendi ansam consultis præciderūt: quo minus miremur tam claros exitus rerū nostrarū extiisse, quas in superos & mortales mirifice suscepimus. Superi boni, quam erit illuſtre, quam splendidū, quam memorabile ad posteritatis opinonē, rebus bene consultis à quibusdā qui sese utriusq[ue] uertices iuris existimari uolebant, factū esse ut liberi parentē, in officiosum quidē, sed parentē tamen, & gens pienissima summā arcē sedemq[ue] religionis inuaderet, ob idq[ue] piaculum maiestatē clarissimae prouinciae pristinōs q[ue] spiritus, subito dei numine decidiſſe: ut Galli abtersa præsentis animi crista lepores esse sibi galeati uiderentur: plusq[ue] in calcaribus spei quam in ensibus poneret. Evidē haud libens summū in rerū administratione locū mereri uelim, si tantū ipse munus quoquomodo obire possim, ut simile aliquod de decus aut portentū auspicijs meis accidiſſe prodatur. Præſtare enim arbitror nomen uiri probi & honesti memorie prorsus eximi, quam male & incommodo posteris innotescere. En propter quod ciuilis uitæ trāquillitatē, studiorū amoenitatē, & deniq[ue] uitæ æternæ contemplationē posthabere debeas, ut in oculis uel auribus unius prouinciae per theatru[m] aulicu[m] cum strepitu comitū clientūq[ue] transueharis, aduersis sepiſſime cuneis, gradibus, & orchestra: tæſti ut maxime secundo populo te ostend-

te ostētes, tamē si trāseūtis gloriæ spectes celeritatē, hoc quidnam est aliud q̄ ueluti plausum inanē per transennā mereri? Nam ut il lud mittā quōd grādi plerūq; etate, quōd uersatili scena, quōd lubrico ac præcipiti ferē proscenio prodeūt, certe quū alij actores re cēti gratia flagrātes subierūt in cuneos aut in ordines, necesse est exacti ueteres ut faceſſant, aut inter theātricū ministeriū turpiter

— Tunc Tartarus ipſe (subſeruiāt.

Bis patet in præceps tantum tenditq; ſub umbras,

Quantus ad æthereum coeli ſuſpectus Olympum.

Etenim quū latine loquentiū cōſuetudo eos olim in cœlo eſſe dice ret, qui omniū ore celebraſtūr præ potētia, uel rerum egregie ge ſtarū gloria: ego tragicos iſtos reges & temporarios quū ex flagran tissimæ gratiæ præcipiſtio deciderūt, in tantū frigus delabi uideo, ut penē exēptos ex memoria credas, ē numerisq; expunctos. Ita fit ut im Tartaruſ rigidissimū ruiſſe uideātur, cū ij qui nullo iā famæ plauſu excipiūtūr, latine frigere dicātur. Quāta eſt aut̄ eorū ſub Frigere in limitas, quāta eorū admiratio, quātus omniū ſuſpectus, quum uelut aula. fortuna ſuccollāte tollūtur, altero tanto maior eſt deorsum altitu do, quū ab ea deſtituti iſſtantiuſ oculorū cōiectu (ſic enim eueni re ijs aſſolet) uelut quodā fascino exareſcere uideātur: tot enim miſeros homines oculorū radijſ lacinari necesse eſt, quo in hominū iſpi obuios aspectus incurrerint, dū quisq; ob præterū a obſeruantia nō liberā ſed obnoxiā, poenas ſibi deberi putat. Sed fateamur ſanē ut ſunt humana, eos eſſe felices: tātummodo hoc exigamus ut actus iſpi ſuos recte ac decorē peragāt, & quisq; eorū uideat quid ſuī ſit muneris, quā personā ſuſtineat, quantū ab ea oneretur. Nūc aut̄ cū iā mores inclinatos eſſe uideam⁹, partim ut ambītio et cupiditas, partim diſſoluta disciplina grauitatē & honestatē ē medio ſuſtule rit, quis eos felices existimare poſſit? nam quomodo nō miſer eſſe poſteſt, qui in cothurno uel prætexta, uel comītis personam uel ſup parasitantis induit, ut latus cingere maximi curionis, & officiosus eſſe potētibus uideatur? At hoc factitari ab ornatissimo quoq; uide-

R mus,

mus, ut qui id non faciat, is aut absurde uerecundus esse aut refractarius aut aduersis placitis prouidentiae natus existimetur. Quid qui in pontificio cultu, & sacrosanctae dignationis habitu scurrileis actus imitantur & uelut in tragicō amictu mimos & planipedes actuantur? (nam id ita usitatū est, ut qui paulo modestiores sunt, ij et alijs inuisi sint, & magnā laudē hac una uirtute mereantur) nū etiā illos felices esse dicemus? neq; uero alienā ipsi personā ab illoq; suo fastigio abhorrentē libētes & cupidi induit, et eos sortis suæ ornatiūq; nō pudet, neq; nō eos sortis suæ aut pœnitentia aut pudet, & nō sunt planè miseri: et hi sunt, quos hodie propemodū solos diuites esse diximus. Ita patet quid sequatur si paulo argutiores esse programsumus. Linguis enim fauere necesse est, cū ad sacrosanctos uenītū est.

De ijs qui se totos studijs literarū de- derunt.

Quare multo mihi fortunatius esse eorū institutū uidetur, qui literas se totos quam qui opibus dederūt comparandis. Dūtaxat quibus Solomōis uoti liceat esse cōpotes, ut nec maleuada egestate eosq; urgeantur, quo secus de uirtute atq; honestate iudicet, nec rursus de ijs redundatibus in cogitationes uanescat, aut erraticas aut impias. Nam quū literarū peritia ad oblationē frui, et uitæ per uitutē ac decus agēdæ, tāquā instrumēto uti solēt: tū eo amplius post huius uitæ cursum memoriam sui in æuū prorogare hac eadē facultate possunt. Quā inquā hæc fortasse naucifaciēda ducerē, nisi etiam præstantis doctrinæ admīniculis uti bonos et graueis uiros ita exēstimarem, ut cōtra temerarios casus celsi semper et recti esse pergeret, & aduersus fortunæ infestioris impetus animo præsentiore confirmaretur: sicut ad humanas iniquitates eosdē ita se cōpositos, collectosq; tenere par est, ut quicquid obuenerit, uelut decretū pro

Quis tenor uidentiæ & qui boni faciat. Est aut̄ is tenor studiorum tenedus, ut à studiorum te carceribus discendi per spatiōsum illud stadiū disciplinarū, quæ libendus sit. berales dicūtur, ad metā seculariū literarū proueniant, et in flexu ne cōmittant, ut aut̄ acquiescendū esse aut̄ diutius hærendū putēt. Sed quo curriculū totū peragant, rursus à meta ad carceres et ad emissariū denuo aliud spatiū non currant sed ingrediantur & incendant:

cedant: quod pronū iam ipsum est, & spei bonæ plenum salubrisq;
uoluptatis; siquidē cum in eo est spatio exhausti iam laboris orbicu-
laris fructus præsentarius, quū uelut indagine cinctā ueritatem
tenebunt, tum etiā multo maius præmiū futurum & eternūq; spera-
tur. Est enim ea demū uera ratio philosophandi, non fallace studio
rum amoenitatē, non inane nomen beatitudinis persequens, sed re-
cta & honesta uia ueram & solidā gloriā haud inauspicato pe-
tessens. Hanc uiam querendæ doctrinæ summū illud par amici-
tiæ Gregorius & Basilius Græci, & eorū ætati suppare Hiero-
nymus & Augustinus cū tenuissent, et ante eos omnes Cyprianus
& Lactatius, et deinde Hilarius, alijq; antesignani partiū christia-
narum maiorūq; gentiū theologi, quorū hodie respōsis ad interpre-
tationem diui iuris utimur, ad extremū iudicio iam solido ad sacro
sanctum studiū sapientiæ, quasi ad Bulæ & Themidis oracula uene-
runt, quā consiliatricē latine appellare possumus. Scire enim au-
bāt homines ingeniosi quo modo uiam inire possent ad propositum
finem, quasi in patriā ferentē, quā ciuitatē amplissimā esse constat
nomine Vranopolin, superis hominibusq; communē dūtaxat qui ni-
bil in se se impie aut perfide admiserint: in eaq; regiā esse sapientiæ,
quam prouidentiā antiqui latini ut Græci prōnōcā uocitare uolue-
runt: in qua numeris omnibus scientiæ atq; intelligentiæ beatissimæ
animi humani simul cū omni ministerio & stipatu diuinitatis fruū
tur, cū ordinibus illis scilicet coelestibus inenarrabili ratiōe descri-
ptis. Hos Esaias prophetiæ decus, argentū et aurū suū ad C R R I
S T I obsequiū cultūq; testatur attulisse, quo uerbo tum rerū intelli-
gentiam nullo errore concretā, sed ad puritatem excoctam, tum elo-
quentiæ nitorem splendorēq; significat. Has enim illi prisci opulen-
tas fatultates in scribendis eloquendisq; rerū diuinarum enarratio-
nibus consumperunt. Verum hoc ijs probare non possumus, qui
ignorantiæ patrocinantes, eloquentiam ut curiosam, à sacrisq; stu-
dijs alienam recusant: ob id semper inuisam inertiæ, quod forulis ignaris tan-
omnibus antique bibliothecæ excutiēdis, ac diu multumq; discendo tū inuisa.

**Samījs uasis
non līkandū.** nullū ad quēstū ab ingenuis cōparatur. At nos philosophiā argēte & supellecili sacris operantē, augustius et amplius sapiētiē litare cōtendimus, q̄ si samījs aut plūbeis sacra libamina auspicetur et peregerit. Quis enim in sacris, fictilibus uasis aut stanneis usus est, quū idem ipse argēteo instrumēto nō careret? Illud uero rursus summo pere uidendū ne quod sanctuario domini usui esse potest, id simulacra impietatis confletur, aut in usus uoluptatis aut alioqui inquietur. Quare ego miserabile eorū esse sortē cōtēderim, qui quū magnā iam partē laboris exantlauerint uel in flexu acquiescunt ut diximus, quasi pēsum encyclopædiæ cōfecerint, uel diutius adhāre scunt in humanioribus literis animo iam senescēte, nimio utiq; uenustatis eloquētiē, ac leporis amore capti & irretiti, eorū planè similes qui apud Homerū in diuerticulo uiæ ad patriā ferētis, aut Lōtrophagorū sodalitate, aut Sirenum cātu deliniti patriæ meminisse nō possunt. Nā quid est aliud socios nauim in patriā tēdente egressos, Vlyxis in patriā festinātis et uiæ peragēdæ semper instantis reminisci noluissē, quām in uina huius seculi uoluptatē illectricē sa-

**Ad Lotophaga
gos hærere.** Vlyxes. luti prætulisse? Vlyxes aut nobis quidā fuerūt iij quos ante dixim?, orthodoxæ persuasiōis. i. collimātis philosophiæ uindices, nō pallati illi quidē Vlyxes, sed pastophori: qui multa & uaria eruditione imbūti, quū oīa penē genera philosophādi partim pererrassent, partim præteriſſent, salutē suam tandem anxiē sociorūq; perquirebant, que nihil est aliud q̄ aditus in patriā. Talis enim statim Vlyxes ille famigeratus describitur à poëta. Atq; ut ille uir heroici spiritus

Polytropus. & polytropus ab Homero dictus. i. multifaria ingenij dote, multiplici morū cognitione, uer satiliq; solertia præditus, inferos adiijſſe dicitur: sic qui in coelū mēte scādere, ad plenāq; cōtemplationē diuinarum rerū euadere cogitat, cōmodius mihi facturus esse uideatur, si ueniēteis annos in rerū humanarū intelligētia bona ex parte cōtriuerit, et maturo iam sacris disciplinis ingenio, ad uerā philosophiā se cū omni cōmentandi apparatu cōtulerit. Quod mihi perinde esse uidetur, atq; si quis ex floraliū spectaculo ad Eleusinia mysteria

steria trāseat et quasi migret. Quicquid enim à uetus state sacrerū nostrorū exorte discimus, id ego præuiā ac præcurrentē disciplinā esse iudico ad uerā et theologicā philosophiā nos deducentē. Et eā ob rē à Græcis propædeumata dicta i.e. ea documēta quæ præsci-
scere nos oportet priusquā accedamus ad rerū grandiorū arcana-
rumq; cognitionē. Hoc labore exhausto, uelut cōfecto sex dierū la-
bore, tū demū sabbatismū domino dicare moribus christianis cōue-
nit, & sanctuariū safiētiā iam feriatos adire. Ibi uidere est histo-
riam mirificā, euētus uarios, carmina plusquā heroica & cothurna-
ta, cōciones panegyricas, orationē figuratam ac uerficolorē, tropis
distinctā et formis sententiarū, omninoq; locutionē humano captiu-
augustiore atq; sublimiore. Adde symbola Pythagoricis multo argu-
tiora, dichteria sententiosa, scotinis inuolucris sensuū implicata, ut
profanas aures fugiāt, ambagesq; omne genus multipliciter inuolu-
tas. Quid dicā omnē rerum naturā nō humano sed diuino ingenio
indicatā & apertā? omnes hominū mores, omnes sensus humanos
brutosq; explicitos? res omnino capaces præstantissimaruū mentiū,
dignasq; quibus non modo toto (ut dicitur) pectore incumbere, sed
etiam quibus illique scere toto corpore atq; intabescere debeant?
Hu-
ius ultimae et summæ cōmentationis maiestati, poëtica & oratoria
oratio copiaq; omnis disserēdi eloquēdiq; ratio, cōcedat necesse est:
ut humani captus altitudo ingenij fasces diuinis summiat monu-
mentis et oraculis: et quidē ita se fecisse uir summæ doctrinæ Gre Gregorius
gorius Nazianzenus testatur, cuius autoris exemplū imitari per- Nazäzen.
cupide debemus, ne literarū cognitione seculariū quasi bacillo arū
dimeo nixi, in ueritatis cognitione & uiae philosophicæ progressu
grauiiter cōcidamus. Sed citetur testimoniuū locupletissimi autoris
uerinati, & in literis secularibus in primis eruditii. Qui uelut in
literis diu multiq; negotiatus & felicius, in ueto tandem unione, &
summi boni tessera, per agrādi finē facere cōstituit: eūq; liceri fluxa-
rū rerū contēptu, atq; in eo uno postea acquiescere. Sic aut ille aut:
Μοῦνον ἴμοι φίλον ἔστε λόγων καὶ Θεός συνάγεται

Propædeu-
mata.
Lectio sacro
sancta.

Memorabilis
locus.

Ανέλιν δύσις τε καὶ ἐλαάδη τοῦ χρόνου αὐτῆναι.
 Τοῖς ἔπι πραλλήμορφος πραλὺν χρόνον. ἀλλὰ καὶ, αὐτὸς
 Πρωτίας εἰς πλανήδιῳ χριστοῦ προπάροιθεν ἔθηκε.
 Εἴγενταις μεγάλοι θεοῦ λόγω, ὃς ῥα κατελύπτῃ
 Πάντας φρενὸς βροτίου στρεπτὸν πρανειδέας μῆθον.
 Sola fuit cordi nobis facundia, quantam
 Orbis eoa manus simul occiduisseq; coegerit
 Tractus, & illustres Græcorum gloria Athenæ.
 Sed simul ac tandem multo peperisse labore
 Contigit ante pedes C H R I S T I afflictam ipse reliqui.
 Cedū enim summi sermoni numiniū omne
 Humanæ mentis uarium ac ueratile uerbum.

Quibus uerbis intelligimus uirū illum summo ingenio præditum,
 summo studio deditum, multam ac diuturnā operam eloquētiæ &
 poëticæ dedisse, ad quarū rerum studiū tota mente ferebatur. Sed
 quum tandem uenisset ad studiū sacræ philosophiæ et sacramentū sa-
 lutis humanæ intelligere cœpisset, cuius fuit unus C H R I S T U S
 De sacrosan-
 tis scriptis. interpres et antistes, illico ipsum illa omnia literarū ornamenta in
 conspectum domini abiecisse, uidelicet agnoscēt & animaduer-
 tentem quicquid in literis secularis philosophiæ ac philologiæ ui-
 disset longe id abesse à diuinis oraculis, atq; à sermone ipsius diui-
 nae sapientiæ. Sacra enim scripta omnē haud dubie elocutionē mē-
 titi humanæ uincere intellexit, quamlibet figuris distinctam oratio-
 nem ac multiplici eloquio elaboratā, præ diuini sermonis ui ac ful-
 gore obscurari atq; elangueſcere. Ego quidē certe in ea sum opinio-
 ne ut existimem tropos oratorios multo sublimiores efficacioresq;
 in sacra lectione inueniri, quam in prisorum Græcorum Latino-
 rum ue monimentis, posseq; oratoriā phrasim fieri ea lectione mul-
 to locupletiorem: sed id persuaderi ihs uix potest, qui humanorum
 scriptorum lepore ac suauitate capti, horridi statim & refractarij
 stili lectione deterrentur. Neq; uero concinnitatē eloquentiæ in
 sacrosanctis libris requirere, sed uim sublimitatemq; sententiārum
 conse-

consestari debemus, etiam si haustos inde sensus in scripta uenustio
 ra transferre, & pigmentis externis reddere floridiores, nec ius
 nec fas prohibet. Præstatiſſimæ enim gẽmæ argento potius crasso
 quam auro includuntur, ne thecæ nūentis affectus, quoquo modo
 pertinere aut accedere ad aestimationem tam pretiosæ rei uidea-
 tur. Et alioqui deus arcere profanos uoluit ab oraculis suis, qui ora-
 tionis pigmenta & elegantiæ lenocinia, nun sensus arcani & my-
 stici nucleum eliciendum putant. Hic autem existit illa Theophra-
 sti querela de bræuitate uiræ, quæ uelut in tyrocinio philosophiæ
 sanctioris flagrantes animos deſtituit. Iam primum Talthybius il-
 le coeleſtis Esaias præconio urbano et elegantii, ac figuris illumina-
 to, aduentanis sapientiæ & ueritatis sacramentum uociferans, fa-
 criq; (ut ita dicam) leporibus diuiniq; ſalibus conditus & iucun-
 dus, a quo tandem ſatis explicari per totam uitam potest? Hunc ſe-
 quitur (ut ita appellem) Idæus, Troiæ captiuitatem feci dico præ-
 conio atque lamentabili municipibus suis pronuntians: cuius expli-
 catio mirificam quandam enarrationem commentaryem que
 poſcit. Hos duos ſequitur numeroſa turba uatum (quos ſalutigeros
 proprie appellare poſſumus) res coeleſtes entheis rhapsodijs ef-
 fata humano captu omnino maioribus. Horum enim uocibus alti-
 loquij quidem & canoris, ſed parum in hoc mundi ſtreptu ex-
 audiuis, humanæ conditionis sacramentum prouidentia in omne
 æuum deprædicauit. In uniuersum autem ſacros illos uates ca-
 moenas quasdam altiores eſſe dixerim arcana coeleſtia per fa-
 tyram canitantes, eorumque uaticinia eodem pertinentia, ci-
 tharam quandam auguſtam eſſe & coeleſtem paracleti plectro
 in uarios modos numeros' que pulsatam: cuius psalmata percipere
 eorum eſt demum, qui aures à catu profano feriatas, quod rarum
 eſt, ſacriq; carminibus initiatas habent atq; dicatas. Iam uero ipſe
 trismegistus (ſic Solomonem uoco) antiftes sapientiæ, germanæq; Solomō trif-
 philosophiæ parēs, nōne tribus libris cū eo qui sapientia Solomoni megiftus.
 inscribitur, omnia philosophiæ placita figureate complexus eſt: ita

Quare uerbo
rū phucū re-
ſpūat res fa-
ctæ.

Esaias.

Hieremias.

philosophū ab incunabulis instituens, ut affectibus ad obsequiū redactis mente tandem in arce Mineruæ, & in ipsius (ut ita dicā) cōtubernio sapiētiae iā se se indulgetis benigni⁹ collocet: id est aut sum mū bonū, quod annos plus mille hūana philosophia omnib⁹ indagas naturae uestigij⁹ nō antequā se indicatē sapiētia & prodēte inuenire potuit. Sed parentē eius penē omisi lyricū illū uate omni quālibet heroico uate longe sublimiore: cuius poēmata humanarū diuina

Mercurius rumq; rerū descriptione argumētosa, ipsum (ut ita dicā) Mercuriū est C H R I- interpretē postulat: quē ego C H R I S T V M interuentorē diuinæ S T V S. atq; humanæ naturæ proprie esse cēso, cœliū ipsum ad genus hoc mortale delapsum, mādataq; cœlestia deferentē humanitatis habitu. Hic est enim sermo, hoc uerbu, hæc ratio, quibus diuinitatis principiū summū, arcana sacramenta mortalibus enarrauit, quo etiam ipso ante usus erat uniuersi architecto, naturæq; cōditore: ob idq; à summo euāgelistā logos Græco uerbo uocatus est. Ecce tibi in sermone (ut aiunt) ipsa sapiētia, q; genus humanū næuo illo primæuo inustū, purifico rore uelut aquila smēctica .i. emaculatorio lauit, atq; è cōditione obnoxia, Orci⁹; adeo lōgo nexu et mācipio exēptū natalibus restituit. Hæc libris quatuor didascalicis (quæ euangelia uocantur) bona ex parte figuratis, philosophiā quā olim Socrates ē cœlo in terrā deuocarat, ē terra rursus in cœlū supraq; cœlos oēis erigū. Et enim quæ ille symbolicus cōcionator ambagiōse & allegoricē de sapiētia dixerat, ipsa de se se sapiētia proloquitur aperte & luculēter: tætſi grifhos illa quidē interim ex cœlesti symposio allatos mortalibus proposuit, nectar ambrosiāq; magnopere redolētes: atq; ut olim Promethe⁹ ignē æthereū ē cœlo Mineruæ usus cōſilio rapuisse dicatur hominibusq; de diſſe, sic dei sapiētia ignē æternum charitatis humano generi comuni: cauī: cuius scintillas quas dā pseu dophilosophia in disputationū suarū fomitiibus afferuabat, ē Iudæa utiq; quasi ē ciuitate cœlesti quoquo modo petitas. Hūc ignē æternum nostra ætas extinctū atq; etiā op preſſum penē uidit, ædito- C H R I- rum sanctuarij nō tanū negligētia, sed etiam uæcordia. C H R I- S T V S

S T V S aut. i. ueritas et sapietia, uelut Janus quidam geminum utriusq; naturae particeps, utrumq; testamētum diuinitatis, instrumentumq; utrumq; indagandi summi boni coniūxū, fine & ei prisci cū principio renouati mudi connectes, dierūq; ipse antiquorū instaurator innocētie fermè priscæ mortales restituuit. Iam uero sapientia sequitur è uestigio suu ille Hypophetes Paulus, uir ad unguem diuinæ manus factus, atq; inter oes ueritatis emissarios lectissimus, eius fani sapientiae architectus, cuius formæ symbolica graphide antistes ille sapietiae Solomon quondam deliniarat. Idēq; sacra sapietiae ijs gentibus impertiuit, quæ antiquissimo decreto mysterijs arcebatur ut indignæ ac profane. Hic est qui classico prædicadæ ueritatis editu alterius natalis in Asia et Græcia tā strenue et sublimiter quam clare atq; exaudibiliter promulgauit, ut qui mudi aut dæmonis mäcipio hæreditario tenebatur, uelut altero matris enixu ingenii nascerentur, priscaq; noxa soluti. Quid ille liber unus euageliij Ioannis, nonne sacrariū penè totū ueritatis cōtinet? Hic est ille seruus domini receptarius, qui sapietiae ipsi super coenā incubens, haustā diuino numine sapietiam inenarrabili libello posteritati tradidit. Eiusdem Apocalypsin i. annales rerū nondū gestarū, quid aliud quam Parcarū cōmentaria esse cēseas? Illic enim effusa uaticinia omnē seriē fatorū, oīa prouidētiæ calēdaria in posterū continet, etiā si Oedi-pode (ut aiūt) cōiectore indiget. Iob aut alius ille sapietiae, institutionem sacrorum cōtinet Athletarū: qui liber unus dramaticus ueluti spectaculū quoddam uisendū est, Philosophus scilicet cōsummatus & absolutus edēs specimē sui. In eo fortuna plagiis multiplicibus sauiet, & quanimitas nūq; instati urgētiq; aduersariæ manus das ac succubēs, uelut in capo toleratiæ, & aduersitatis infestissimæ comittuntur. Quo ex agone tandem & equus animus uelut Hieronices i. sacri certaminis uictor, Agonothetæ dei iudicio pronūtiatur. Iam libri quinq; Mosis (ut rē à capite, quod dicitur, arcessamus) cū sapietiae architecturā atq; opifica naturæ primordia, tēporis incunabula, uītæ tyrocinij continet: rursus lustrationē orbis, sacrorum

S T V S Jan
geminus.

Paul⁹ Hypo
phetes sapi
tiæ.

Sacrariū
ueritatis.

Apocalypsis
Parcarū cō
mentariū.

cerimoniarūq; ritus, religionisq; natales & pietatis mirifice descri-
ptos: iuris etiā gentiū elementa, legūq; fundamenta cōpletuntur,
quibus humani mores diuinatus cōfirmati sunt. Tū uero in illis pro-
uidentiam planè est agnoscere, ex altissimo sinu diuinatatis se pro-
ferentem, summi etiā boni adipiscendi rationē humano generi in-
dulgentissime exordientē. Certe qui dē Geneseos liber historiā quā
dam admirabilem refert & ænigmaticam prouidētię, augustioris
cuiusdam fastigij natalē hominib⁹ immortalitatemq; beatissimam
mortali⁹ parturiētis. In his aut libris res arcanę à profanisq; mē-
tibus abhorrentes, ita proditae sunt diuina solertia, ut ad prosopo-
pœiarum ueritatē, figurarum nouitatē, affectuum mirificam ex-
pressionem, accedat sublimitas sententiarū atq; sensu⁹ gemina ter-
geminaq; diuinis ingenij interpretū enucleata. Super oīa uero est
beatæ iamq; futuræ uitæ, si sapimus, securiatisq; sempuernæ, sum-
moq; bono acquieturæ & stimatio, mirifice illa quidē in ijsdem mul-
tifariamq; adūbrata, tanta spe animos, tamq; certa profundens ac
pignerās, dūtaxat fide bona letitantiū, res omneis ut temporarias
calcare tatis per despicerēq; cogat. His alijsq; sacrosanctæ discipli-
næ monumēti⁹ (nōnulla enim prætereo prudens) uidere est per ne-
bulam captiu⁹ humani ingenij, quæ præmia eos maneant, qui calca-
tis fortunis temporarijs & caducis, in expectationē summi boni spes
omneis suas rationesq; cōtulerunt. Sed quū tot ansas certissimæ do-
ctrinæ nobis dederit prouidētia, mirum est quōd sapientiā tenere
quasi lubricā, fluxā, aut euaniā non possumus. Quid igitur in cau-
sa esse dicamus: utrū quōd spes præferuida in diem longiorem sibi
stipulari nequit: at sapientia labores et molestias repræsentas, præ-
mia & lœtiā in futurū pollicetur: an potius quōd acreis sensus ad
sensilia pcepta et cōcreta, hebetes ad intelligibilia et abstracta no-
bis natura dedit? Primū hoc dico, studij sapientiæ fructū etiam non
aspernandū in hac uita repræsentari. Deinde summi boni expecta-
tioni nō magis annos quam annū, nec dies quam diē, nec horas q̄ ho-
ram cedere, ut uiceuersa summi mali timori atq; horrori. Semper
enim

enim nos excubare sapientia iussit, & ad omne momentum diei & noctis accersentis fati præstolari uadimoniu. Ut aut̄ his copijs doctrinæ sacræ in corde humano instructis, & tanquā in procinctu statibus, nō regna, nō potestates, nō diuinæ cōparantur aut administrantur, sic oēs animi sensus suapte natura petulat̄es & cōtumaces, ita ad obsequiu rationis rediguntur, ut homo pacē & constantiā secum seruare possit: quod summū bonū cum philosophia prisca in uniuersum esse censuit, tum uero C H R I S T V S sapientia proauitor & cōst̄itutor, extrellum elogium condens, legati loco quām amplissimi comitii suo reliquit. Quāta igitur animi alacritate, quām strenue, quām constāter incumbere ad supra dictorū librorum lectionem deueniū, & eo amplius ad eorū philosophorū qui amplis disertisq; cōmentationibus res figurarū inuolucris cōditas, in lucē eruere pijs enarrationib; usq; scriptiōnib; contēderunt? Nam quicquid laboris in literis & studijs secularibus consumperimus, eius laboris largissimum fructū in illa lectione demetemus, si tamen defecato(ut dicitur) ingenio, si perpurgata mente ad id studium accesserimus. Illud enim studiū, ut rudimentum discendi existimare debemus, hoc ut progressum & fastigium: si quidem ex hoc scientiæ fonte perenni atq; inexhausto quāuis magnifica, quāuis copiosa, quamuis sublimis manare potest oratio, si modo nobis stipendia quidem implere in utroq; studio contigerit: in hoc uero demū præmia sperare operæ nauatæ et emeritæ. Quid autem gentilitia scripta ad intelligentiam sacrosanctæ doctrinæ conferant, malo diuo Hieronymo credi ad magnum tum oratorem Romanum scribentem quām mihi hoc arrogare ut demonstrare nitat. Tum primum aut̄ peruenisse nos ad illam euthymiam, philosophiæ antiquæ ut decantatam sic incognitam sentiemus, animos(ut ipsi aiebant) humanos beata undiq; securitate imbuentem, quum fidutia cōpertæ ueritatis laborum omnium rationem constare nobis intelligemus. Hanc Euthymiam Esaias eleganti metaphora fidutiæ contubernium appellauit: in quo animus humanus à rerum humanarum lectione & commen-

Tranquilli-
tas animi.

Euthymia.

commentatione emeritus, rerū cœlestiū & æternarū contéplationē
pasciāur, delectatur, fruiāur: sed scilicet tot tācasq; res nō cap.unt
angustiæ cordis humani, nisi curis turbulentis uacut, nec alias res
ageāt. Quantū est aut̄ in ea meditatione intelligere philosophiam
ante C H R I S T I aduentū uelut planū quendā fuisse, uel præ stu-
giatorem ingenij humanis uarie illudentē, cuius Dædalea cōmen-

De uera phi-
losophia.

Paulus,

ta atheos & uoluptarios aliaq; port̄cta sectarū excitauerūt, id cōd
Paulus ille Vranognomon afferitor' que orthodoxie, testatus est ad
Colossenses scribēs. Nos ignur germanā philosophiā religiose adi-
re uenerabundiq; debemus, ut quū à lectione gentilicrū scriptorū
quasi à uoluptarijs fabularum argumētis, ad sapiētiae & ueritatis
fanū semel accesserimus, ueluti studio iam serioso uernātēs sen̄ctū
te prisca ignoratiæ paulatim exuamus, ac nouū quenā & irstau-
ratū hominē libētes induamus. Hæc enim una est disciplina hu-
manæ naturæ magistra, quæ hominis gubernacula exculpere stoli-
dis sensibus potest, & intellectui ac menti tenēda porrigere et mo-
derāda, etiā si naturæ ui atq; imperio appetitus est proreta. Quare
hoīes qui nō bonis tantū externis, sed etiā æternis studēt, hoc uide-
re etiā atq; etiā cōporet, ut quod nautæ prudētiores facere dicun-
tur, ut sacrā quandā anchorā ad extremū salutis subsidiū habeant,
hoī ipsi imitari contendant, contraq; turbidiorū affectū etiū & stus &
iactationes fortunæ, lectione sacra uelut anchorā passim & sem-
per utātur. Hoc enim retinaculo ac rationis subſidio sāuiente tem-
pestate ita nos firmare cōuenit, ne transuersi in scopulos noxiæ ali-
cuius offendæ, aut in uada curarū externarū uento quodā cupiditā-
tis repete rapiamur. Proh deus immortalis, est' ne aliquis tā aduer-
sis placūtis prouidētiae natus, duntaxat eorū qui Palladis sacramē-
to bona fide dixere, qui quū hæc animo accurate reputauerūt, desul-

Animad-
verte.

De cōtēnen-
dis diuitijs
præ studio
sapiētiae.

toriāq; fortunæ uicissitudinē perpenderit, ac uītæ humanæ breui-
tatem, nō Crœsi & Midæ diuitias, Tantaliq; (ut aiūt) talēta pro-
nibilo ducēda præ solida philosophantium felicitate iudicet: et eos
qui opum externarū possessione in medio posita, quasiq; inter homi-
nes cu-

nes cupiditate & auaritia prædictos controuersa, ad ultimum ut
diem fortunæ discepiſtate contèdunt, nō dico de precaria possessio-
ne rerū, atq; in fortunæ mācipio diuineq; posita, sed de asini (quod
Græci dicūt) umbra uel litigare uel laborare, uel sese misere affli-
ctare? Ego uero etiā (id quod ijde Græci in prouerbio dicūt,) oes
istos thefauros nō in cellulis cordis, sed in promptuarij fortis for-
tunæ et temeritatis cōditos, carbones tandem recte existimati uisum
iri contenderim. In quibus enim bonis maxime mens humana nimia
sui diffidētia imbuta, iure gentiū & ciuili cōtra naturā recepto, pa-
rare sibi præsidū subsidiumq; cōsueuit: eorū bonorū affluentū ope
non tam adiuuari diuines plerunq; quād aduri quis nō uidet? Num
quis hoc nescire potest quosdā aliquādo uæfana stimulatē cupidita-
te per fas nefasq; censuſ suos auxiſſe? cuius ordinis esse dicuntur,
quos exeteratores reipub. uocat, & eos ipſos tamē ut fuit aliquādo
reipub. nostræ cōſtitutio religioſe adiri oportebat, si quid æqui bo-
niq; à principe (o summā indignitatē) impetrandā haberet. hoc ge-
nus exagitat hiantis auaritiae peruigil & inquies cognatio, quæſi-
tis iam ſemper aliquid acquirendi: ob quod eam prisci poëtæ Aleクト
uocauerūt, nomine ſanè appoſito & cōgruo, furiarū unā eſſe dicti
tantes, quas inter ministeriū Orci dedicauerūt: & ego beatos eos
putē quos conſceleratis animis ditatos eſſe ſciā, ſed ſint uel fuerint
tam hominū felicissimi quām omniū fortunatissimi, atq; opulētiſſi-
mi eſſe uel fuſſe noſcūtur, nū ideo eorū sorte ſuſpicere & emulari
debēt, qui à philoſophia didicerint, ijs tandem cū Orco rationē eſſe
habendā? Mitto nūc ſpintrias aulicos improbe ingeniosos, ex gene-
re æruscatorū: qui rerū noxiarū inuētores, acuti & ſolertes uiderē
populari pauperie nō ueretur, dūmodo in aula innotescat nihil pē
ſi habētes. Iam uero Sisyphidas illos quām beatos eſſe dicemus quē
etheloduliæ mācipati (ſic enim appellatur ſpōtanea ſeruitus) ſaxū
illud ambitionis irrequieto labore ſubuoluūt non modo humeris &
ceruice, ſed etiā uertice? Saxū in quā illud prægraue & aſperum,
quod interdū ab aulæ ſummo gradu in mediū relabitur, et nonnūs

quam

quam ad ultimum tam præposta plerunq; fortunæ improbitate,
 ut in illa schola ima summis ingenia nō modo permixta uideamus,
 sed etiam superposita . Miseram uitæ sortem, atq; ut cætera suaue
 esse fateare, eo quidem certe grauem ingenii animis, & propemo
 dum enecantem, quod ambientium natio, quasi ex histrionio gene-
 re oriunda semper personata uidetur, & gesticulatrix esse . Hæc
 autem molestia ambitus comes, sensus degeneres & obnoxij, actuiq;
 per omnia illiberalissimi, introsipienti patent, ijs qui primore re-
 rum aspectu acquiescent, non patent . Si quidem ut aulicæ potentiae
 strepitus & fastu & comitatu frequenti beatus, uibranti quodam
 fulgore oculos contuenteis præstringit, et præ admiratione sui co-
 ronas circunfusas summouere specie luculenta uidetur: sic si trans
 splendorem inanis tectorij perspicere possis, uel liberos eorum actus
 intra scenam populo iam non seruientes uidere, ibi tum ibi tristia
 omnia ac lurida anxietate scatentia apparent, prorsus ut tetri er-
 gastuli speciem illic uideas ingenuis et candidis moribus inaccessi .
 Verum (o lubricum ambitionis errorem) quid illud esse dicam,
 quod cordati alioquin uiri, nec cupiditate træsuersi, quum id quod
 diximus & dicant & sentiant, uinculaq; ergastuli excipulosa pro-
 uideant, fit tamen ut si proprius adire detur, in ea se scientes prudè-
 tes que induant: quum tamen id ipsi maxime fugitare uideatur
 Vtrum quod iam memores in re præsentí fiunt? an potius insinuan-
 tes in locum illecebrosum, oculis & sensibus & mente capiuntur?
 utrum stulta fidutia freti quasi exuendi nexus rationem teneant,
 periculum facere incognitæ rei uolunt? et eas plagas inire que mihi
 tenaciores Vulcanijs illis uidetur, que Martis Veneris' que stu-
 prum irretiuisse dicuntur? quas Homerus in Odyssæa tradidit nec
 uisibilis nec solutiles nec ui quātlibet fuisse eluctabiles . Scilicet ille
 est error æternus mētis humanæ, quæ carceres ambitionis tran-
 siliens, non percipit ita pronū esse id statu ad mediū usq; spatiū,
 & inde ad metā sensim arduū: ut illic nullo sufflamine procurren-
 tes bigæ cōtimeri, hic urgeri ad metā nulla cōtentione possint: tum
 demum

demum aurigans altior iam spiritus sera intelligentia docetur nul-
 lum modū aut finē ambitionis esse, quum semel rationis frenos mo-
 morderūt cupiditas & elatio præceps quasi Aethon & Podargus
 equi duo iugales. His enim bigis genius ille lucifugus: (quē apposi-
 tissimo (nisi fallor) nomine Laoplaniū appello quasi mūdi totius po-
 pularem impostorē) sapientes multos huius seculi per theatrū reipu-
 administrādē plauſibili ſpecie trāſuehāt, & ſepe trāſuersos rapit.
 Sed ut apud Homerū Vulcanus Martē et Venerē irretitos, omnīū
 deorum oculis subieciffe narratur, ut de ijs quifq; ſuperū ſenten-
 tiā ludicrā & cauillatoriā ferret, illiq; in rebus Veneris deprehē-
 fi poenas ſtupri penderent, in cōplexu obſceno & pudēdo omnīū
 cauillis expositi: Sic in cēcis illis interdū laqueis uidemus homines
 antea existimatissimos, non modo satyriſcorū iocis ludibrio haberī,
 ſed etiā bonorū grauiumq; uirorū calculū atrū mereri. Etenim qui
 ad honores aſſumpti quos obnixe ambiuiffē noſcūtur, nihil iam pen-
 ſi habere maniſte reuincūtur q̄ ſibi conſtāter factuq; ſuīs cōgru-
 enter loquantur: aut ita ſe in plerisq; rebus agendis gerunt, nihil ut
 quicq; laborare uideātur q̄ couenīter priſtinæ uitæ degat qua ma-
 gnopere antea probabātur: qd aliud q̄ fateri atq; etiā profiteri ui-
 dentur, ſe quæ olim recte, quæ grauiter, quæ conſtanter egerunt,
 non uirtuti & probitati, ſed ambitioni perdiuæ et cupiditati dediſ-
 ſe: An etiam fortaffe ſecundāe res acrioribus (ut ita dicam) ſpeci-
 llis explorant mentes hominum? & inde ortum illud dictum: Magi-
 ſtratus oſtendet uirum, ut inquit Aristoteles. O ſenſus inops ple-
 runq; humana prudētia, quū eo ſe abūdere maxime arbitretur. Vi-
 ſendū uero ſpectaculu pseudocatones irretitos uidere uel Rofcios
 aulicos, aduerſo omnīū cuneorū graduū rumore ſe in dies magis ac
 magis in maculas implicātes: quū interim tristeſ frontes atterētes
 dicitent ſummo pere ijs plagi extricare ſe cupere: planis illi quidē
 triuialibus omnino improbioreſ humili decumbentibus, qui quiriatuſ
 ſubdolo uiatores ludificari ſolēt, fidem hominum implorātes ut ma-
 num ſibi porrigant. Itaq; illud iam priſcum nūc omnīū ore in iſtos
 uſurpa-

usurpatur: tollat eū qui nō nouit. Ego quidē certe in ergastulo pira-
 tico ad scalmū alligatus esse malim, q̄ in illis plagiis deprehēsus oīm
 ordinū probra impudēter obaudire. Sed præclarū illud quōd ibidē
 uidimus, Cynicos & momos triduo Harpocrates factos: tanta uis
 est medicati calicis quem Circe illa Dædala curiorū magistrā ijs
 aliquādo propinat quos ad sacra sua opertanea intromittēdos cen-
 suit. At uero modesti & graues, ut apes exarmatae aspernabiles,
 uirtute tantū & probitate macti hactenus iussi sunt esse. Itaq, ua-
 leant isti, omnesq; in Aristippea schola philosophates, quos ego non
 philosophos sed sophophilos uoco, nō amore aut morū aut sapientiae,
 sed sciā quandā uaframq; amiciūā profitētes, quorū est illa cyria
 (ut dicitur) doxa i.e. placitū imprimis ratū approbatūq;: Amiciūā
 circa aduersam fortunā, ultra aras colendā esse, quale illam fuisse
 Theseiā fabulātur ad inferos usq; cū fortuna sequacē. Docti enim
 & probi istorū uitā offensatricē esse intelligētes, execrari et auer-
 sari debet: alioquin philosophiae fructū quonā mō sperare possunt,
 qui gratuitā sibi operā & statariā poscū? Qui aut in castris ambi-
 tionis & cupiditatē indecore stipēdia æraq; merēt, nō statuīs illē
 māsionibus sed Nomadū moribus gaudent. Quomodo aut tranquil-
 litate animi gaudere, aut omnino rationē quandā certā & probab-
 lem sequi possunt i.e. humāna uitā agere, quos immodicis affectibus
 obsequētes, nunquā secū (ut dicitur) uiuere, nunquā apud se esse no-
 uimus? Age quādo eorū sensus uacare ratiōis postulatis credemus,
 eiusq; monīis auscultare, qui in ea officina opificiū exercēt in qua
 festo profestoq; noctu & interdiu nō cessatur: nūcubi aut securi et
 alacres animo sunt, qui nullū portū tutū, atq; à iactione & iepesta
 te curarū remotū respiciūt? Hoc quū in omnes ualeat ambitione per-
 ditos: tū uero exitiabile propè est ijs quorū uitā institutū secessum
 ac secretū sibi poscū, quales sunt qui aris ascripti ab aula non abno-
 etant. Iamprīmū aulicē ambitionis comīes sunt necessitas colendi
 eorū qui primos curionū ordines ducūt, & studiū sese illis uendi-
 tandi per omnia obsequia. Has sequitur timor offendendi eorū quē
 gradu

gradu aut statu dimouere ac dejcere possunt , aut ad maiora sensim aspirates deturbare & percellere . At haec sunt remorae quædam tenacissimæ omnium actionum à seueritate atque integritate proficiscientium . Eadēque officijs fungēdi auocamēta in eos quoque ualeat qui procul ab aula ciuileis ordines regētes , fauonio quodam aulico impleri actionum suarū uela & processuum cupiunt : id quod nullo non tempore factuari à solertissimo quoque ambientium constat , ex quo sordere coepiunt & fastidiri mores planè ciuiles & urbici . Hoc genus iam olim seueritatis acie obtutum in omni parte administrandarū rerū , atque in omni ordine ferè maiestatem integratatis immisit . Neque enim aliter incorruptus honos integratatis & officijs unicuique uel curiæ uel ordinis constabat , quam si inter hos & illos erūt commercia dirempta . O uenifica beneficia que à præpotentibus manant . Adeo nonnullos uideas pridie ferociter probos , mādataque potentiae aulicæ ingenue abnuēteis , postridie ita in obsequiū cōpositos , ut in nassam curionū beneficetiæ ceruices prius inflexas inseruisse non dubie iudicet . Siquidē nulli criminis uirtus adumbrata minus inficiādo esse potest . Quis enim non intelligat eos inter metū ab illis , & pudore ab his atque ab honestate , uersare sentētias & in omneis partes uacillabunde torquere : ne in alterā partē magis uergat quam uel ambitioni institutæ uel honestati couenit ? Solēne est autem rerū potiētibus cuiusque ordinis decus uel aulici uel ciuilis uno uel altero autoramēto ita sibi obstringere , ut in omni parte reipub . uirtus libero motu uel habitu uersare se nequeat : usque adeo administratiue uitæ et prætextatæ ratio moribus hominū inique comparata est , nisi uirtus sibi semper instas aduersus insidias eiusmodi excubet . Ita fit ut togæ ciuilis in uniuersum modū suū uel classem supergressa , & alienæ culpæ contagione uel imbuta uel aspersa , maiestate retinere sui honoris uix putetur . Haec causa uiros cætera egregios in offenditione saepe iudicij popularis impegit . Hi autem et huiuscmodi errores sunt eorum hominū qui Minerua sapientiae præside potenterique , non in Minerua in Athenæo (ut ita dicam) sed in larario uenerantur & coluntur . Nam Athenæo non

in larario co-
lenda.

Centauri.

Athenæum, id est ædem Mineruæ, ego instrumentum utrumq; fi-
dei nostræ esse puto: in eo nos sapientiam querere oportet & uene-
rari reperiā, nō ut iij homines faciūt qui sensu humanoo freti, omnia
sibi cōsulta domi, id est in suopte sensu esse confidunt: quos erroris
luculentii freno se & alios s̄pē rexisse cōpertum est. Ut igitur ui-
ris prudētibus & doctis ad rerū publicarū administrationē accede-
re, & honores magistratusq; gerere ac petere interdum laudabile
est & magnificū, contraq; hæc omnino repudiare et auersari, iner-
tis fortasse aut ignauī animi iure existimetur esse, id enim fert
omnino ratio disciplinarū ciuilū: sic toto (quod aiunt) cœlo (ut ap-
posite loquar) errare mihi uidentur qui se ambitioni uæcordi quasi
equo effreni furētiq; uehendos permiserunt: iij sunt enim qui nullo
certo uædegendæ atq; instauendæ consilio ferūtur, sed quo eos
cunq; impetus tulit, & qua fortunæ temeritas aditum præbuit &
transitū, inconsulto feruore rapiūtur. Atqui huiuscmodi nubige-
nas illos fuisse crediderim quos poëticæ fabulæ centaurōs nomina-
uerunt, homines quos dā semiferos, in equos desinēteis: Quo figmē
do quid aliud q; eos homines significari putemus, qui ex humanis ac
cōpositis sensibus in ferociā tandem equinā degenerāt? cuiusmodi il-
los esse uidemus, qui rebus secūdis insolescētes, mox è potestate ra-
tionis exēunt sensibus moderātis, tū ciuitatis ac pristinæ sortis ob-
līxi, eos qui in suo ordīne se cōtinēt, aut qui moribus municipalibus
uiuunt, & eo acquiescūt quos fors ciuilis tulit & natalium modus
espernātur, & uelut à se propulsant ferino calcitratu. Hos stimu-
lat nō calcar æmulæ uirtutis ad decus aliquod eximiū secundo ru-
more cōparandū, quod incitamenū esse solet generosis mētibus ad
publica munera capeſſenda, aut ad suscipiēda magna egregiaq; fa-
cīora, sed inanis quædā aura uel popularis uel aulica, qua proces-
sus sui uela sinuari futiles homines gaudent atq; triumphant: ob i&
fortasse centauri appellati, quasi inani aura instincti, nec solidam
ipſi nec uerā gloriā conſectantes. Quim & ipſis parentē esse aiunt
euāndā quandā nubē, eorū (ut interpretor) indicē uanitatis, ipsam

pre-

Pro Iunone Ixioni eorū genitorī suppositā ludibrio memorabili. Est Iuno.
 enim Iunō dea præses (ut antiqui uoauerunt) legiūimi uériq; poten-
 tatus atq; honoris. Proinde ualeant isti Ixionidæ literarū studij &
 philosophiae derisores, & in amplexus se effundant uitæ sibi dea-
 matæ. Quos enim literarū amore præoccupati riuales eorū esse ne-
 quimus, ut i[n] imaginaria rerū secundarum fruitione certissima bona
 mutemus, quæ à philosophiæ amoenissimo studio manare didici-
 mus. Ut autem hedera procerissimam quanq; arborem complexa,
 non a[n]c eam dimittit, quām sensim exuctam & uiuendo humore ex-
 haustæq; ad tabem necemq; perduxit nexus tenacissimo: sic ingenia
 præclarissima quæ sese, rorsus ambitioni dederūt, non ante quām
 aliquid eis secus accidit, ab eius contubernio lento tenaciq; explică-
 tur. Id adeo facile est ex euentu iudicare. Quem enim unquam isto
 rum urbana officia reducem habuerunt libero ultro citoq; cōmea-
 zus quisnam autē uestibulo istius ambitionis aliquo casu exactus, ita
 postliminio in ciuilem uitam rediisse uisus est unquam, ut non exu-
 lare magis in urbe q[uod] aulica prouincia decesse uulgo existimare-
 tur. Solenne tamen illis esse cōstat qui mordicus postes aulæ, fibu-
 lasq; prætorij omni ope retentant, uota clara identidē laribus in re-
 ditum nuncupare, quasi urbanæ uitæ desideriū ultra ferre nō pos-
 sint: Scilicet hic regibus labor est, aut ea uoluntario comitū ino-
 pia premūtur, ut iniuitos istos promissis ingentibus aut precibus re-
 tentēt: Videlicet Gallia tam inops est uirorū, aut reges nostri nō
 habēt unde præmia sequacibus sui persoluāt, ut unus & alter mune-
 ris obeundi in sanctiore cōsilio aut in senatu castrēsi et uiatorio ne-
 cessitate teneātur. O uanissima semper ambitio, in mendacijs tam
 apertis fidē tuam labefactas? ecquis est hodie tam in rebus aulicis
 peregrinus, aut omnino in moribus hoīm iudicādis tā minime ma-
 lus, tā hebes, tā choridon, tā stupidus, quin statim querulis istorum
 uerbis illud prouerbiale reclamet: Quære peregrinū? Est enim cla-
 rior istorū Callipidarū frustratio q[uod] ut quenq; non rusticum fallere
 queat aut quoquo modo latere. Nū eos quotidie pedatim descēderet
 S 2 inde

inde uidemus quo singultim festinare uideramus? quod si per de-
tractationē stationibus suis uel sacris uel profanis nō absunt, qui co-
uenit quū quotidie cōmeatum flagitare se dicitur, nūquā impetra-
re eos posse? uel quū in dies ampliora munera sibi suisq; impetrare
noscātur, nō summa eos animi æquitate muneribus aulicis afferui-
re? De ijs ut arbitror silendū est (ne sacrosanctā existimationē læ-
damus) qui augustā illā causiā nō uitae sanctitate, nō illæsæ famæ
cōmēdatione, nō probabili aliquo cōfilio mereri, sed aulici ambitus
decenali seruitute, sed amplissimi honoris suggillata reuerētia, sed
fastus & insolētiæ spiritu instigāte aliquādo uisi sunt. O rem præ
clarā, & christianis institutis congruā, honore sacrificiū aulicis offe-
cījs mereri. Absit aut ut id aut dicā aut sentiā quod quidā incommo-
de faceti cauillātur, aulā solere Gallicā scurras albatos rasosq; cir-

In competitio-
res sacerdo-
tiorū factio-
se dimicātes.

cunferre, qui etiā ludibrio haberī se nec ignorēt nec ægreferant. Il-
lud certe præterire nequeo quod uidimus, nondū planè cōploratis
pontificibus epitaphios illis agonas in aula quasi parētalia certamē-
na ab istis excitari, nō ludicros sed capitales, tam aduerso rumore
ut puderet nos audire. Utinā aut huius culpæ rei arcesserētur quē
in omni uitæ parte uitii aut peccādi licentiā profitetur. Sed quid
illis futurū est qui frontē præseueritate obducere nō desinunt, &
tur piū facinorū exēpla prodere nō erubescūt? & post hæc etiā si-
mulatio fallere nos sperabit? Mitto nunc sectoriā eorū improbitatē
qui exuuias sacras nō modo uiuentiū sed etiā statū ambulantūq;
petūt, quādoquidē magnorū uirorū autoritas huic criminī ut alijs
obtēditur. Reuertar ad illos purpuræ cādidatos qui obscuris sēpe
natalibus orti, & nullo ingenij ornamēto prædūti, regibus æquales
uideri aut assidere uolūt. Quid enim est quod tātopere iam admi-
remur beatulas illas causias, quæ sordere in Frācia præ multitu-
dine, eorūq; leuitate uidētur, qui ne in sacrosanctis quidē & uisen-
dis gestaminibus augusti uel uenerādi esse possunt. Pridē id decus
ut eximiū et opimū regalibus tantū extis promitti uidebatur, ut de-
cebat, nūc minorū etiā honorū auspicijs & plebeiæ fortunæ nō ne-
garē

gari uidetur ex quo inauratis cornibus hostiæ passim litare coepi-
runt. Quis enim hos iam magnopere suspiciat, qui haud ita pridem
unū uiderit dibapha purpura feroce æmula cædoris beatissimi: quā
cohoriē ipse purpurata quocūq; post se traheret, inter eos tam eme-
nens quam inter galeritas upupa? Species igitur nūc eadem & di-
gnatio, autoritas ad populū nō eadē. Neq; uero in uniuersum hono-
ribus autoritas sua restituuetur & maiestas, priusquā sordidis aut
pusillis ingenij summæ decora uirtutis petere fas esse desierit, &
sacrosanctos amplissimosq; ordines rerū nostrarū summa nudina-
ri capitale esse cœperū: quod utrumq; nobis uidere utinā mox con-
tingat. Summa autē disputationis eo pertinet, ut intelligatur eorū
gloriā qui summū bonū in loculis cōdīnū esse putat, uel fascibus aut
infulis maiorū auspicioř adhærere, mortuis illis superstitem esse
non posse: ijsdēq; saepe morietibus aut gradu potetiæ deieclis (quod
mortis instar ciuilis putatur esse) pro sperata gloria infamia agna-
sci, aut certe perpetua ignominia. Eius rei quū innumera sunt ante
quitatis documēta, tū uero recentia proferre nunc exēpla possemus
si id ad rē pertineret. Quotū enim quēq; uidimus aut meminimus
istorū integra persona atq; integrō statu deceſſisse (ut iuris uerbo
loquar) qui nihil nō uiuētes honori tribuerūt? Porro autē ut fuga-
cissimus semper splendor est gloriæ pigmēis adumbratæ: sic ueræ,
eminētis & expressæ claritas nulla carie, nullo situ uetus tatis exo-
lescit: et est eiusmodi gloria nō in æs aut in auro incisa, ut illorū,
sed stilo exacuto & nitido impressa cedrinis in tabulis quæ carie
non intereunt, ut quæ restibili traducū natura prodatur in omne
æuum. Atqui huiusmodi est gloria non opū cōgestarū, nō uiae per
summos honores indecore trāfactæ, sed rerū egregie uel gestarum
uel scriptarū, quæ in alios aliosq; traduces propagāda, æternitati
dedicata quodāmodo uidetur. Porro autē ut sine aqua & igni sacri-
ficium aut cōsecratio nō rite peragitur, sic sine stilo & eloquentia
nulli⁹ aut principis aut populi gesta ad posteros in clarescere pos-
sunt, & æternæ memorie commendari & cōsecrari. Proinde et si

Vera gloria
& expressa.
Eloquentia
publice ne-
cessaria.

antehac memoria nostra quidam homines officinæ magistratum honorumq; præfecti, cupide fecisse noscuntur, tum ut studiosi & literati, tum innocètia modestiaq; prædium parū plausibile nomen in adytis aulicis habuerint, quasi ab actu rerū reiectanei: contra' que imperiti & procaces, et in tenebris perspicaces, uel earū rerū amaces in quæ cōmercio proborū prudētiūq; non fuerūt, plerasq; reipartes nominū suorū famalæta, tristi, ancipiū replerint, non ideo relangueſcere studiosorū contētio debet aut philosophantium. Est

Euthymia. enim est abunde philosophis geminos illos fructus sperare Euthymiam et Euthanasia, res duas q̄ maxime expetēdas. Illā scilicet beatam & constantē numeris omnibus securitatē, dūtaxat quod ad bona corporis & fortunæ pertinet: hanc hilarē animi ac spe bona perfusam in morte æquitatē. Illis autē perdīte ambitiosis quođnā esse maius suppliciū potest in uita per aulicā gesticulationē agenda, q̄ hominē in corde conditū, qui nō nisi ueritati seruire potest, ab homine externo conspicuoq; dissidere, qui scenæ tantū ipse ac populo se ostentat, ad oculosq; theatri quasi ad speculū nō afformat sed effingit: quis enim istos Chamæleontes ignorat, reconcinnantes sese identidem ad mores aulicæ potentiae, ut tabulas olim suas clarissimus ille pictor Apelles reformare solebat ad uulgi iudiciū? Est autem id natura comparatū, mente male sibi consciā cū homine exter no & uultuoso dissidere hominēq; etiā hominis pudere, quū ui ueritatis cæca tormenta adhibentis fateri quisq; cogitur apud acta rogiantis conscientiae suæ, se nō eum esse hominē quem uultus profiteatur. Atqui isti quos solertes aulicos & ueteratores appellari uideamus, quū per omneū uitæ actus personati ludiorū more uideātur, nō intelligo qđnā affirmare possint serio se in republica aut bona fide egisse: certe in ijs quæ ad uerū fiūt locū præstigijs nullus est: Bona fides se ad manū aspiciendā & cōrectandam præbet: simulatio se uultuum inuolucris multiplicibus occulit & uersicoloribus. Proh superi immortales quid est si hæc impostura et fallacia non ast: si enim cōpositiistorū uultus cū cordis motu turbulēto dissidet,

quoniam

**Chamæleon
zes aulici.**

quoniam tandem modo insontes esse possunt? At qui hoc poscit ueritas
qua nobis C H R I S T V S non modo in terris ages praeiuia, sed etiam
lege promulgata præscripsit, ut quando natura sympathiam esse in
ter mente & froni eius indicet cœsuisse, summopere id uideremus:
ne homo qui in fronte eminet & toto se promittat aspectu, simul si ser-
mo qui ore uersatur, & in aures se insinuat, ab eo homine eoq; ser-
mone dissideret qui extra præcordia caput non exerentes, interiores
ueccauit. Quid autem totos dies precamur & à deo petimus nisi ut
fiat uoluntas eius in cœlo & in terra? At id quid aliud significat,
nisi nos docet & hortatur ut corpus cum animo cōgruat: materia à
forma non discrepet? Homo ipse interior, et exterior idem sit? Quid
igitur ijs hominibus facias? quid cū ijs differas qui aulicarū cerimo-
niarum antistites esse uolunt, & simul probitatis opinione atq; etiam
sanctitatis aucupari? proinde qui utilitatis aut potentiae assequendæ
nimis studiosi, adistorū mores se afformare contendunt, ut summis
curioribus industria sua probent: non modo literis, & honestatē
salutē, sed etiam C H R I S T O & ueritati ut dicant necesse est. Ita
se quietur si Stoicis cōfectorijs eos urgere pergamus, ut hanc ab ini-
tis confessione exprimamus: ad gloriā se & beatā uia comparan-
dam non supernate uia, & rumnosa quidem ipsa et confragosa, sed
infernate plaistraria & militari progrederi: ei hanc autem et illam
ineuntibus uiam uadimonium tandem ad summum tribunal obeun-
dū est: quod in incertū diē cōstitutū, nullis nec opibus nec fascibus
comperendinari potest. Quando igitur ipsi aliud semper agentes
(ut dicitur) causam sibi dicendam meditari uidentur? qui aduenian-
te sepe summi et ultimi imperij uiatore et interdum lictore, diem
uel perendit uel crastinum dicturo, consilia de ineundi (ò cæca
mens hominū) honoribus nouis agunt. En cur disciplinarū cultū, li-
terarum elegantia, humanitatē, leporē, amoenitatē homines ab ēre
re debeant, et philosophia deniq; ipsam rerū humanarū diuinarūq;
interpretē, tranquillitatē ac securitatis parentē quod summum in
bac uia bonū est: ex qua non opes vulgares et aspernabiles sperare

Sermo inter-
rior.

¶ parare, sed uelut ex cornu Amaltheæ summa omnia possunt
haurire & copiosa. Quid enim nō inuenias in Pandectis illis ger-
manæ philosophia? sed scilicet hæc homines in terra in eiusq; uisce-

**Alcinoi apo-
logº apº ho-
merum.**

**Arimaspea
carmina.**

**Axiomata
aulicacade-
miae.**

**Plutacade-
mica prolo-
quia.**

ra cernui & inteti, Alcinoi (ut dicuntur) apogorum esse credunt, aut Arimaspea carmina, res quidem illa uisendas, sed à nullo uisas enarrantia: eosq; Phæacas esse putat, qui animi bonis capti, eo spes oëis suas referat quo nemo uiuus accessit, & unde nemo rediit. Sic plagiarius ille dæmonarches lucifugis emissarios animos humanos sollicitans, à doctrina philosophiae abducunt, & uelut ex Iouis liberato ris praesidijs, sic à præceptis C H R I S T I deductos & abstractos aulico nexus astringit. Inde illa præclara axiomata aulicacademie, in eos semper mores uergere in quos aula prona sit: Corpore & anima aulicæ potentiae asseruendū esse ei quidem, qui aliquo in numero esse uelit. Fortunatos magis quam probos obseruados atque colèdos esse. Eum demū recte in officina aulica per politū esse, qui omneis numeros simulationis teneat. Impudentiā & dissimulatiō nem præsentissima duo numina uiris acribus & industrijs esse. Odia & simultates in loco ponendas esse, uicissimq; resumendas. Nunquā offenditē condonandā nisi fortunatis esse. Inimicos in articulo oppressos ad internitionē proculcare. Tum illa plutacademica in æde Plutonis inter oracula cōsecrata: Qui rem facere uult, diuinis præceptis aliquati sp̄er obaudiendū esse. Tāti esse unū quenq; quantū possidere uideatur. Qui pauperiem fugere per fas nefasq; nesciant, ijs superos nō dubie iratos atque aduersos esse. Male de se hæredibusq; mereri, qui religiose rem ampliat. Strenuissimi cuiusq; atque ingeniosissimi esse penates suæ gentis architectari, uel promouere quam potest amplissime, in eisq; rem augere quam cumulatissime. Qui in hac uita inter armentarios censi sint, in futura etiā subulcos fore; primaru enim classiū homines, in altissimo quoque ordine coeliū proportione beatos ac diuos fore credunt. His & huiuscmodi proloquijs homines in Plutonis porticu philosophæ res, dogmata mirifica astruunt, in quorū assiduis cōmentationibus

ego

ego nullam erroris intercedimem et uacationē esse pūto. Etenim quum timor domini autor nobis esse debeat omniū rerū expetendārum atq; fugiendarū (nam absq; eo dīgitum tantū exere et peccabis ut inquit ille) quonā modo rationis habenis regūtur qui plus fortunæ & temeritati casuum, quām ueritati atq; piegati tribuunt: in quos inuehens Esaias uatū facile princeps, fortunæ eos mensam ap̄ posuisse testatur ac super eam libasse. Aut qui cōuenit eā uītā hallucinatricē non esse atq; offensatricē, quæ per densissimā caliginē rerum humanarū ingrediens (quā uītā aulicā esse dico) nulla præ lucente face sapientiæ aut doctrinæ salubris, rapide promouetur? Atqui sapietiæ præcepta & monita nemo satis sine oraculis nouit: et eorū oraculorū antistes est philosophia. Ita patet sine philosophis aut sine philosophia uītā recte institui ac cōmode nō posse. Quum enim mēs humana, quæ principatū animæ tenet, iudiciū rerū face re sine sensibus corporeis emissarijs suis nequeat, illi autē partim suapte hebetudine hallucinat̄es, partim ab noxio genio, circulatorē ipso & archiplano solertiſſimo, circunuenti, rerum sensiliū species falso ad eundē principatū deferat: fit ut mēs in arce humani corporis sedēs, nec cauēdas res nec admittēdas iudicare probe sc̄iteq; possit agnoscere. Accedit quōd prouidētia quos in albū illud suum atq; æternū retulit, eos fortunis interdū euersos, alioqui quoq; male multatos exercet, & per tolerantiā insonit & inculpatā ex sententia sua probat: istos aut̄ fortunatos & temeritatis alūnos arbitrio suo ipsorū & prudentiæ permittit, cui nimium ipsi confidunt. Quos genius ille impostor excipieſ, præstigijsq; allectos si bimcipans, ideo quietos à molestijs, & sartos (ut dicitur) & tectos ab omnibus tuetur incommodis, incautiōres ut eos securitate inoffensa, in dies efficiat. Scit enim in huiuscemodi homines liberā ſibi cū uolet manūū iniectionē fore. Inde ille stupor humani iudicij euenterū admirātis, atq; in errore ſepe eorū reuoluti & implicati qui negāt prouidentiā. Superi ac diuī ueſtrā fidē; adeo'ne erroris perpetui nebula nos offudit tenebrarū ille præſes, ueritatē rerum Relati in al-
bum æternæ prouidētiae.

Geryones
tergeminus.

ut cernere ne sole quidē illustrissimo possimus? Adeo'ne Geryones ille tergeminus superbia, cupiditas et uoluptas (tres aduersariæ potestates è terra et inferis enatæ) infestus est ætati nostræ, ut sapientia præcepta toties inculcata memoria fideliter cōflecti, et compressis (ut dicitur) manibus retinere ne queamus? nonne omnia quæ uidemus, à deo prædicta sunt? an alterū tandem Herculem expectamus post C H R I S T V M Alexicacū, qui mōstra hæc è terra atq; ab inferis ad hominū perniciē emissā cōficiat? an ut iterū ad Troiā magnus mītatur Achilles? et iterum C H R I S T V S humanitatis decus redeat, oculisq; nostris conspicuus occurrat? O coeli et terræ omniūq; animorū conditor optime ac maxime, omniū seculorū illustrator et insignior, omniū errorū explosor, et morū emendator, qui regnū et prouincijs præstus genios et cōfiliatores ecrumq; rectoribus prouide statuisti, quiq; principū mētes freno tuæ præuidētiæ regens, flexanimo sæpe numine à studio rerū noxiarū et exiū biliū, ad honestissimū quodq; proposuū saluberrimumq; detorgues: erū' ne seculo nostro tēpus quādo homines suo magis ac proprio cēsu et dotibus à te profecti, q̄ fortūta poffectione rerū fluxāq; publē ce censemuntur? neq; enim ante id tēpus futurum uidetur ut solidæ germanæq; uirtutes in Frācia eluescat, q̄ tu in delicijs habere existimaris: quādo antehac raras produntur in publicū uidere nobis licuit, etiamsi in umbraculis secessus et priuatæ uitæ latuisse credimus. Vnde factū hisce paucis annis, ut per omnes ordines illa quæ dicuntur Catorthomata apud nos requirentur, id est præclaræ quædā uirtutis exempla, numeris omnibus officijs publici absoluta, quasi officia in administranda repub. ad amissim uirtutis directa et emēdata. Nam cū in paucis familijs seminarij beatorū habemus atq; copiosorū, quid mirū est si inuisa publice uirtus, ab ihsq; è proscenio exacta qui choragiū nostrum in potestate sua improbe tenerūt, post scenā latere uoluit, aut in cuneos se stipare promiscue sessitantiū? quādo nec ei stare in medio licebat per tēporū iniquitatem, nec in ordinibus sedere promptū erat per fordes omnia nundinantium.

Catortho-
mata.

nantiū. Falso igitur literarū studiosos nonnulli criminantur ut umbratiliū ina marcētes, ut in luce atq; celebritate torpentes, ut rebus gerendis honorib⁹ inutiles. Nam qui in solē prodire, & aulā interuisere sine contēptu sui literarūq; suggillatione nequibāt, nō in uīni faciebāt fortasse ut in exhedras & porticis, & in omnia uirtutis & philologicæ diuersoria se conferrēt, quasi in præsidia quædā philosophiae amoenissima. Neq; enim tum in nocēter actuosum esse, nec gratuīto licebat integrāq; existimatione in publicū prodire ut quidē erat hominū opinio. At uero ijdē ipsi si mox fortasse edictum principis exierit (paulisper enim ariolari iuuat) ut homines iā non prædijs, non supellectili, nō alijs pignoribus obnoxijſ fortunæ, sed cultu atq; ornamēto ingenij, & mūdo (ut ita dicā) nō muliebri, sed uirili cēsāt, in quibus nihil licet fortunæ pignerari: ijdē inquam ipsi caput illico prolaturi sunt nō abiectū, non abdicū, nō demissum, sed aduersus fortunæ et tēporum iniquitatē ut conditū sic erectū, quos nōnulli opinione falsa ducti gaudere nūc putat blattarū cōtubernio: et q̄ tū nō nescij eorū improbitatis qui fatorū uim modūq; in Frācia tēperabant, boni tamen consulebant studio se literarū, auocamento reipublicæ amoenissimo distineri: ijs aditū publicos patere uirtuti senserint in posterum, ad professionē sui nō inter proletarios, sed inter mente cordeq; censos continuo coibunt, omniq; instrumento uīnæ ciuilis per uirtutē agēdæ. Tūq; illi classici fortasse ludibrio habebuntur, qui nullum testem locupletē aut fide dignum esse credunt, qui non idem copiosus sit opibusq; circūfluēs. Neq; uero philosophia lucifuga est, neq; iners, neq; otij gaudens ueterno, neq; desidiose sellularia ut multi criminātur, neq; nō ipsa rebus gerendis uacare potest, & forensia induere prætextāq; uideri, cum tempus ita tulit, et decus eam ad id prouocat: sed dissimulationem, sed foedam assentationē, sed desultorias amicitias, anniuersariasque morum mutationes auersatur: nec sub comico uultu tragicas similitates occulet, quibus rebus nostro tempore in aula maxime quaesita est autoritas & retenta. Quemadmodū autem Socrates

olim

olim philosophiam è cœlo in urbes deuocauit, et coëgit de rebus ad ciuitatem pertinetibus disputare: sic philosophos quosdā rebus gerendis idoneos, in forū ingredi aliquādo & in publicū prodire decet, industriāq; suā approbare in repu. egregie ac strenue administrada. Quod si interdū studiosi homines in celebritatē uel ciuilem uel aulicā nō prodeunt: non ob id delite scūt, sed uelut ex cōspicilio secessus, iactationes atq; æstus ambitionis obseruat, et in eos homines perspicaci æstimatione inquirūt quos fortuna famaq; omnī oculis auribūq; exposuit. Quis enim eo tēpore libēs in rerū actu uersare tur cū quidā ob redundāteis opes nec innocenter quæfitas nec sine publica calamitate, beati & primarij homines aq; etiā summæ sortis haberētur: qui si nūc ad calculū seuere reuocarētur, talentū unū auri puri, probi, sui(ut fuit olim in sermone) demonstrare nequirēnt: quum uiri ingeniosi & cultu doctrinæ elegatiss perpoliti, aut quacūq; eximia facultate cōmendabiles, à comitijs aulicis explosi, & tanquā sexagenarij de pōte deiecti esse dicerētur: quū secunda uirorū bonorū doctrina fugeretur, totoq; orbe accerseretur quod priuatim fructuosum, in uniuersum luctuosum esse ab omnibus cernebatur: quum re nulla magis homines crescere quam cothurnatis facinoribus tragicisq; ausis cœpissent, nō legū cōstitutionūq; conniuetia, quas multas sanè & præclaras habemus, sed præpotentiū hominū cōitione, qui oīa præsidia reipub. cōstituendæ occupauerant: quū in sinu priuatos & exiguo amplissima respub. clarissimāq; cessisset, quæ in capite redimīo, grandi quide ipso & augusto sed infirmo iamq; nutant sedere nō poterat: quū inopes repente facti diuites, mutationē fortunæ fastu & improbitate sermonis profiterentur: quum iij ferè soli opima decora ab optimo principe ferrēt, quos nobis malorū omnī semente fecisse nobilitas nō obscure ferebat, & populus obmurmurabat: quū summæ cupiditatis & licetiae omni lege pudoreq; solutæ uirus lenta cōtagione manas, omneis penè bonos mores & honestos paulatim imbuisset: denique cum in ea quæ à cura rerū humanarū diuinarūq; curia(ut opinor) appellata est, nō

est, ita sibi quisq; gentilibusq; curaret & solicitus esset, ut maximus
 quisque curio maxima incuria maiestatis publicæ ac diuinæ tenerè
 crederetur, ij' que maxime negotia reipublicæ populo faceſſerent,
 quas caput & fortunas opponere pro populo decebat, ac nūc etiā
 discriminē intercedere nequid grauius aut turpius in rempub. de-
 cerneretur? Hæc enim omnia cū nostra ætas & meminū & uidit,
 tum uero aliās plerunq; imperij nostri felicitati incomoda fuerūt.
 Cumulus aut̄ indignitatis fuit, quū iam eō uentū esset ut naucler-
 rus tantæ nauis fatali incuria uel fidutia potius inconsulta, nec in
 prora, nec in puppi sederet, ac nē impudēte quidē tēpeſtate nauia-
 rum officia uicesq; recognosceret: nec qui ad clauū ſedebat rerum
 communiū iacturā ad ſe pertinere magnopere arbūrareſtur, docti
 iam olim ex naufragio fragmentū arripere: certūq; etiā nauclero
 ipſi eſſet extrema potius neceſſitate expectare, q; nouo ſupplemento
 prorā puppimq; propemodū iam inaneſ explere. Quum charitate
 frigente, hiante maxime auaritia, ardēte inuidia & ſimultate, lan-
 guente pietate, exoleſcēte ſceptrorū priſtina maiestate, iam nec ſu-
 peri, nec mortales extrema deformitatis exēpla ferre poſſent. Hæc
 et huiusmodi alia ideo frequēti in hoc opere meminiſſe mihi ſubi-
 it, quōd homines ipſe queribūdos identidē meminerā eas res & tate
 noſtra Frāciæ cōtigiffe, que gentē bello pacēq; clarissimā in orbē
 degenerū ſocordiumq; populoruſ coēgiffe uidebātur: ſiue id culpa
 unius contigit, ſiue fatali inclinatione rerū. At qui maior eſſe nulla
 potuit indignitas, q; ſumma nobilitate & doctrina à gubernaculis
 inclytæ gentis deiectis, quaſi floſculis regiæ coronæ decuſſis, homi-
 nes haud clara ſorte nataliū ortos, ſumma infima et media in po-
 ſtate habere, qui nec ius nec fas nec & quiū bonūq; noſſent, nec bonis
 & quiisq; omnino bene cuperent, triāq; tantū illa uerba fari poſſent:
 do, dico, addico: quū regni opulētiſſimi bona quibus collibitum eſſet
 ita dilargirētur, ut ſibi neceſſitudinibusq; ſuis bellissimū quicq; re-
 ciperet, reliqua præcerperet. Vnde cōtigiffe uideamus, ut in gurgu-
 ſtis quidā nati educatiq; domos ac stirpes architectati ſint gran-
 diorum

diorum penatiū emulas, quæ triduo excitatæ, publicoq; dispensatio expolitæ, haud scio an mox collapsuræ sint, si summus tandem Iupiter in membranas coelestes respexerit, ut est in Græcorū prouerbio, id est si merita cuiusq; ex actis diuinitatis & commentarijs sua pernis recognouerit. Nuper autē quum res nostræ in eo ferè statu essent, proh suprema prouidentia, quodnam nobis documentū tuæ potetiæ flexæq; felicitatis dedit? Nam quum hæc postrema simul scriberetur à nobis, simul liber sub prælis impressorum supra dimē diam partē exactus esset, ecce calēdis Ianuarij sublato rege Ludo uico (cuius utinā cū manibus deus gratiōse & clemēter egerū) tan ta uno die mutatio rerū facta, ut qui prius digito cœlū attingere posse sperabāt, protinus humi serpere demissōq; animo uiderentur, nec funebris lachrymis (ut assolet) sed ueris & intus oboris luge re & deplorare: usque adeo occasus ille multis salubris (ut quidem nunc spes est uniuersorū) paucis esse maleficus & noxius uisus est. Sideratos esse diceres quī ante triduum omnia ad se cū fortuna trahebat, ut ferè est solēne in uicissitudine huiuscemodi rerum. In unē uersum aut̄ is erat habitus animorū & uultū, ut diurnas sordes reipub. excusas esse crederes, ut in luctu Hilaria sanè festiuia cele brare uideremur. Secutus est unus & alter dies per munificentiam & benignitatem trāfacti iādiu desuetas, quū rex nouus idē primusq;

Mors regis
Ludouici
XII.

Franciscus
rex.

Franciscus, sed regere iādiu eruditus ac populo charissimus, tyro cinium regni facies, ingenij sui specimē ordinibus præberet salutē tū coēuntibus. In quo sceptrorū auspiciatu, quū ipse intētissime obser uare, uerba multa audiui feliciter ominosa, signaq; adnotauit: quæ si ratū nobis auspiciū nō faciat ad id quod publica uice optamus & speramus, nō video quid posthac mētes humanæ augurari debeant, aut quādo nobiscū prouidentia in gratiā rediura sit. Certe in fune re tripludiū solistimū fuit, & festa frōs reipub. quicquid inde præ sagiendū fuit. Nam et ante triduum fulmē lāeuū per totā propre Frā ciā extiterat, quod ante nemo meminerat eo tēpore ne in uno quē dem loco accidisse omninoq; ea tunc hominū constans erat opinio, hacte-

prodigiosum
fulmen.

hactenus expiata nostra esse peccata, Franciciq; regni maiestatem
 suo genio restitutā. Post id prolixiū una & altera nox intercesserat:
 uenit ad me homo mihi & affinitate coniunctus, & amicūia
 summa deuinctus Frāscus Deloimus, regius consiliator in prima
 & honoratissima decuria curiae cētenariæ, inter primos iurisconsul-
 torum his & literis & studijs maxime & fauens & incumbens. Is
 quū me in hoc opere ualde intentū offendisset, cuius finē urgebam
 ne impressores opus accelerātes mihi anteuerteret, instituit mecum
 hac de re contēdere: nō tā quōd à me ea de re dissentiret ut postea
 intellexi, qut meū differēdo ab nimia me auocaret scribēdi conten-
 tione: incaluerat enim mihi animus præsentū tunc rerū indigna-
 te mediāda. Tum uelut proludēs, quū pone stans uidisset quæ scrī-
 bebam: Ohe, inquit, odiose facis atq; refractarie, qui tēpori & for-
 tunae animū accommodare non labores. Quid enim iātopere stu-
 dium hoc sapientiæ aut liberalis omnino doctrinæ exoscularē, quod
 frigere nunc in aula tu quereris ignorantiæ patrona? Inania enim
 nunc nomina uidemus doctrinæ & uirtutis algere, & studia literarum
 damnoſa amantibus ſui eſſe. Quid mirū, inquam, quum &
 ea quæ de ſuperis inferiōrē traduntur, quæq; tot ſacris monumen-
 tis, tot oraculis, tot ſanctarū animarum elogijſ contestata ſunt, uix
 certius quisq; iſtorum non argumēta tantū dramatica eſſe putet, ſe-
 quidem hominum mentes ex habitu gestuq; ſerifo, non ex ſermone
 tantum ſpecioſo & ſtimetur: tantum abeſt ut huius temporis aula
 doctrinæ & uirtutis amore teneatur. Tum ille: *Quin igitur Bu-*
dæ utilitati consulis? eorūq; exemplis admoneris, qui magno & ta-
*tis olei*q; diſpēdio ingeniu atq; animū literarū ſtudio excoleādum
 censuerūt: præſertim quum tu ipſe clamores ſtare Gallica ingenia
 in hac ſcena non poſſe niſi alios hellanodicas (ſic enim ut arbūror Hellanodice
 appellatis ingeniorū iudices) Frācia noſtra naclta ſit. An tu aliter
 cēſes inquā, qui ſcias quoſdā rerū arbitros noſtratiū hominum in
 genia laudare non ſolere, niſi more fascinatingium: à quibus cum be-
 neficij loco peteretur, ut linguis tantum fauerent, ut quondā ſole-
 bat in

Franciscus
Deloimus.

bat in sacris Harpocrates, nō satis illi quidē habuerunt, quos meritos non nescirent, testimonio suo fraudasse, nisi etiā eos premerent apertissime. Quando igitur, inquit, manus studiorū messis hactenus, ferè decoxit in Fracia, & nūc maxime ingeniorū flos esse tibi frugiperdus uidetur, quin aliud interim consilium ipse capis ē renata? & à studiorū cultu damnosāq; obseruātia ad colendos mores huic etati placētis contentionē istam animi cū omni instrumento atq; ornamēto eius trāsfers? Sanè uero inquā quasi liberū sit et integrū animo Minerue autorato iam quinq; & uiginti stipendijs, abrupto nūc mentis impetu & penē præcipiti ad Iunonis transfire præsidia, positaq; doctrinæ et philologorū cädida, in cädida protinus ambitus & petitorū uideri, hoc' ne ēst decori & honestatis rationem habere? etiā si eo cultu permultos omni arte ac facultate liberali defectos, ad horrea usq; summa uidem copiosos esse factos. Quid ni ēst inquit ille. Sero Phryges sapiunt:

Omnis Aristippum decuit status & color & res.

Valeant inquā ista inter eos qui ad rē faciendā attentiores ēsse solent nimiūq; solertes. Ego Aristippeos istos uersicolores nō probos: quotus enim quisq; honestatis & constantiae studiosorū faceret, ut in quibus partibus consecrādis militareis annos, & uenientem uitæ partē uigentēq; cōtriuisset, earū postea partī causam, hominū aut temporū iniuriantē dānaret? quid si igitur in his statuī diuinum numen uersari libētius atq; præsentius existimaret, num etiā tum ille cum fortuna in diuersa præsidia transfiret? At enim fors fortuna humanarū rerum arbūra, maiora illuc supplemēta & ubiores cōmeatus suggerit, & suggestat sanè, num ideo tu malis, aut qui uis bonorū & grauiū, inter Autolycos illos cēturiari qui comitū turbā clientūq; lautorū stipatu nos summouent, q̄ inter destitutos Aristides cēseri qui cōposita et insonti fortuna acquiescūt? Evidē qđ ad me attinet, nec Aristippeū placitū uersatilis philosophiā probos, ut aliū atq; aliū utilitatis causa subinde me faciā, nisi si salua tueri id modestia possim & constātia: quod quemadmodū fieri possit nō video:

uideo: nec Pythagoricā illā metē psychosin agnoso, ut repente aliū me quām literarū amantē esse uelim, aut nunc anthropolatres esse possim, qui prius phileleutherus fuerim. Nec enim Vertumno tam benigno natu sum, ut ab hoc uitæ instituto quod certa ratione ac meditata probauī, ad aliud ab eo diuersissimū transeā: nec si maxime cupiā, liberū esse id mihi sinent iij qui sciūt summis illis Aristippeis Democrītū gelasīnū me semper esse uoluissē. Sed uide, inquit, ut na rationē istā tuā subducas retinēdi literarū amoris, ne ad māticam (quod aiunt) res tibi redditura sit. Ad manūcā autē? An putas prouidentiā tantū de philosophia permisisse fortunæ, quā uitæ instituēdæ atq; degendæ magistrā nobis dedit, ut ad inopīa subsidiorum uitæ redigere eam possit? Nihil agis mi Francisce, euiam si magna tua apud omneis autoritas, apud me maxima semper fuit. Neq; enim quod tibi in consilijs grauissimi uiri ijdemq; doctissimi factūāt, ut in tuā sēpe sententiā transeāt, doctrinæ id eximie & existimationi tribuentes, id ego nunc imitabor in hac controuersia, quæ in meo magis foro quām in tuo disceptatur. Iam primū nō semper ijde p̄æcentoribus hortamenta canentur in Francia, ut omnē spem in posterū uectores abiçere debeant, aut iacturā studiosi facere exanilati iam laboris. Adeſt tempus fortasse quod mulii non prouident, quū in studia literarū incubuisse laudis summæ loco ponetur. Quare etſi aura fauoris istorū Aeolorum nos prorsus destituitū, non cōtinuo est cur uela processus huius literarij reflaccescere finamus, quæ fauonio ipsa spei bonæ in portū quendā ceriū & hospitale consilijs fixi, ac mediatis feruntur. Deinde (id quod rei caput est) cū omneis opes nostras omneis spes & copias non in ædem Saturni sed in arcem Mineruæ cōgessisse nos meminerimus, quid est quamobrē magnopore angamur ne in dispendiū tandem locularium studiorum cursus exeat? mirū uero quin in compendiū quæstumq; luculentū. Atqui ego p̄æclarū esse puto, ne strigmeta quidem clarissimi certaminis seruare uoluissē, nedum oleū et operam nos doleā in eo perdidisse, tantū abest ut locularia ista commoda

T respic-

respiciam: Et est diuina benignitate unde studiosam etatem tolerare possumus, non modo ex horto, sed etiam in macello: sed fac esse improbiorem fortunam, quid tum? subsidium rei familiaris a pars monia non sordida aut pudenda, sed honesta et liberali petemus. Hoc enim praestabilius esse putamus quam ut fortunatorum fastui philosophiae nunc alumni lenocinari sustineant. Evidem ex literarum studio didici philosophiam sufficiuum esse tutissimum atque amoenissimum inter optimam conscientiam destinutum et iniquissimum fortunam. Habet enim habet inquam illa tolerantiam et quanimitatem conditam pro anodyno calamitatum. Hic amor, haec amoena et mansio, hoc studiu*m* iucundissimum, quam prudenter a nobis susceptum nunc non dispuo: quando istis lucripetis approbare id nego, constanter quide certe et obnoxie retentum. Mirum uero (ut nunc ex aequo tecum procul ab arbitris et familiariter agam) nisi tu aliquo ambitionis illico captus es, qui hoc mihi consiliu*m* seru*m* et indecorum afferas, qq; aliud fert fortasse uitae tue ratio, que in celebritate summoru*m* uirorum uersans, et ostentationi necessario subserviens, libera prorsus esse et intacta ab ambitione non potest: ad quam alioquin quoque procliu*m* esse te animaduertisse uideor, natura magis q*u*iudicio. Quare mea quide causa licet de hoc negotio in utranc*u* (ut aiunt) ut conquiescas. Facilius autem hac de re ratio est cum ihs qui doctrinam et literarum peritiam quae*st* ui passim habedam esse censem: nam ego a studio philosophiae honorarium fortasse esse petendum, non idem operae pretiu*m* duco, si tamen ipsa per se non sa*ri*s putatur esse. Est enim est huiuscmodi philosophia, multa ut in ea plerunque desiderentur, sed pauca flagaretur. In quo uitae instituto, minimo iure fortune bona nostra possidemus, et decessionis die cessisse est prouincia a deo nobis iniuncta nunquam non existimamus: et quae*tas* autem animi et mens paucis contenta, reliqui*q*; affectus animi comites philosophiae, in quo alio uitae genere et que inueniuntur: super omnia est obfirmata semper ratio aduersus supremam necessitatem, animique praesentia excubans ad obeidum et quanimititer uadimonium mortis.

Anodyna
medicamenta

mortis. Philosophiam semper uocamus nō uanam, non tumidā, non disputationibus rerum naturaliū elatam commentatricem, nō man-
tūca & squalore insignem, ac sese populo uenditatem: sed sapien-
tiæ illum amorem quem Græci Vranoscopum dicunt, quasi in coe-
lum semper arrectum: Earum rerum indagatorem, quæ non per-
suasione gentium à maioribus tradita, non commentis & speculame-
nibus humanarū mentium constant, sed quæ elogij diuinis, & ora-
culis testata sunt humanum captum excedentibus. Ut aut qui pere-
gre proficiscuntur, quum ad urbes aliquas sermone hominum cele-
bratas uenerunt, eos quos appellant Xenagogos exhibet qui eos ad Xenagogi.
loca urbium earum memorabilia deducant, resq; uisendas cuiusq;
loci demonstrent, quo modo hodie Venetijs urbe inclyta factuari Liberales or-
uidemus, (quotus enim quisq; id nō faci eorum peregrinorum qui tes cur dicte
cognitionis cupidi succisiuas horas rebus agendis detrahūt?) sic ho- sint.

mines in hac uita peregrinanteis studio literarum uti decet quasi
quodam Xenagogo: si ijs quidem ipsi natalibus orti sint, aut alias
idonei qui eas res uisant & speculentur, quæ cognitu quammaxi-
me dignæ existimantur: quanquam huiusmodi institutio quam antè
qui liberalem ideo appellauerunt, quod & ciues ciuitores & homi-
nes humaniores facit, ad uitam istam ualeat quasi peregre trāsigen-
dam hilarius et commodius. Philosophia aut illa sublimipeta (quam Philosophia
ob id docti & pīj uiri Vranophrone uocauerunt) non modo Xena- Vranophrō
gogos, sed etiam eo amplius Psychagogos Christianis esse solet: Psychago
eius enim studiū animas à cognitione rerum sub sensum cadetium gosq;
concretarūq; abductas, ad sublimiū et cœlestiū rerum speculationē
subuehit, mirificisq; eius studiū illectamētis eō tandem perducit, quo
animæ suapte natura & cōditione uergūt. Hoc unum studium solē
deo se probat, nec ut alia studia literarū populo se uēditat. Agedū
Francisce cōpone nunc cum hac tranquillitate uitæ aulică turbulē-
tiam, istorumq; beatorum obnoxiam obseruantiam, ad quam tu me
hortaris, & aude quis argutus & disertus unum ultra uerbū adde-
re. Iam primū (quandoquidem tu mihi, ut dicitur, bilem concalefe-
T 2 cisti)

Philosophia
proprie ap-
pellata.

Memorati-
lis locus.

**Conuenæ et
Apolides in
aula.**

**Elogiū uitæ
aulicæ.**

**Crimina au
lici cōuetus.**

cisti) in illa cōuenarū ciuitate uel apolidū potius qui sine lare, sine sedibus uiuent, quonā tandem pacto recte uia institui potest? nisi ue ro componi rite penates possunt? et uitæ ratio recte atq; ordine in eo loco constitui, ubi colluuiis ambitionis, cupiditatis, simulationis, imposturæ, curiositatis delatoriæ, fraudis ueteratoriæ, inuidiæ fa scinatioriæ, superbiæ titaniciæ, fastus deniq; & impotētissimæ insolentiæ diuersoriū habet, & cōmune conuenticulū: ubi nunquā su premis curis locus est, nunquā rebus ultimis cōsulere uacat, inæter numq; prospicere. Visendus uero conuetus, in quo stropharū opifices, noxiarū rerū spintriae, nec dicēdi censendiq; artifices, nec iusti iniusti q; prudētes, primas sœpe & secūdas summa indignitate ferunt. Hic est enim aulicarū rerū status, aut certe fuit memoria nostra, ut est opinio constas inter prudētores, qui quādū futurus sit, in manu est prouidētiæ. Ecquis est aut honestatis amans & cō positus uitæ, qui non modo sine molestia, sed etiam sine rubore pos sit in eo comitatu uideri, in quo omniū sententijs itur in potentiorū laudē dignorū iuxta indignorūq; in quo rumorū aucupes, criminiū consarcinatores, auræ temerariæ captatores, assentandi artifices, blādūtiarū magis quām eloquētiæ gnari, in omnē obsequēdi necessitatē sese industriāq; suam poētiæ uenditantes, diuini cultus uel nescij, uel negligētes: hominū uiuentiū inter diuīs relatores officiosi & comes atq; etiā elegātes acresq; esse dicūtur? Veritatis aut tenaces, curā honestatis atq; integratatis antiquissimā habentes, libera lioris institutionis retinētes, pudori imprimis consulendū esse atq; existimationi ducētes, aut rusticī aut tardi aut socordes iudicāture? Quis enim aut edictorū cœlestiū prudēs, aut interdictorum me tuens nō prorsus ineptire inter aulicos semper uisus est, aut etiam delirare? quare in eo licetiæ & erroris gurgite demersi, nec in cœ lum postea suspiciūt, nec unquā inde ita exstunt ut emersisse uideā tur: id quod clarissimis quotidie exemplis innotescit. Prorsus quidem (inquit ille) si ita in ambitū & fastū sese ingurgitarint, ut re gressus ipsis ad uitam ciuilē postea liber non sit, aut sui obliti sint, cuiusmo-

cuiusmodi nonnullos helluones honoris & pecuniae nouimus, quorum
hians perduitq; cupiditas quæredo intenditur. At uero liberaliter
homines instituti, et literarum studio perpoliti, certos cuiusq; rei nu-
meros esse sciunt, intra quos tantum moueri modestia dictante didi-
cerunt. Tib: uero Gulielme eo facilius ansam cupiditatis atq; ambi-
tiōis porrigo, quod te in re ferē nulla immodicū animaduerti frā-
terquam in literarū studio, à quo nec rei unquā familiaris iactura
reuoari, nec ualetudinis incomoda tēdio potuisti. Vidi enim te
& misertus sum annos plus septē ita infirma ualetudine, ut uelut
dioscuri alternis uiuus mortuusq; uiderere. Itaq; libētius te in eum
(ut ita dicā) campū immōto, in quo te longius latiusq; non expatia-
turum scio. Idq; maxime ut istam philologiā amicam tuam & iugē
contubernalē crimine magno liberes. Scio enim medicos amicosq;
multā sāpe tibi capitale interminatos, nisi eius amore (ut prope dī-
xerim) insano interdices tibi primo quoq; tēpore: qui te lenta ta-
be exugere exesseq; cōperius est. Quandiu enim quæso hāc fœmī
næ mihi affinis & dilectæ pellicē in thalamo & geniali interdū
lecto retimes? Quam usque adeo deperire uideris o coniugū omnū
uirorūq; ingratissime atq; inuenustissime, ut non uxorū blandirij,
non suauij se am unquā posthabueris, et si tot te illa pignoribus per-
quam tibi charis uinctū tenet & obstrictū, quippe quæ his triū te
liberorū iure decēnrio reddiderit & auctū & ornatū, cū etiā alio-
qui tibi sit è sententia: Qui te sāpe commentariē obturbant iucūdo
quiritatū, unica cū sororcula lusitantes, pueriliterq; supplositantes
tripudio quodā ueluti solistimo. Quid si ignur (inquam) moderatio
nū frenos in illa uitæ licentia momorderim, atq; inter indomitos
illos hominū affectus, philosophiæ iugum proterue excusserim: nū
tu præsto eris auriga cū uoles qui mihi moderere? sed fac me tecū
sentire, et in hac re quoq; autore te, ut in plerisq; alijs uii uelle, qui
fieri id posse putas, ut qui moribus municipalibus nō modo imbutus
est, sed etiā in ijs ita callū obduxit, adeo contraxit habitu plane ut
fingi denuo ac omnino reformari non possit, & ut in proverbio est

uernaculo, qui iam maduū et contractus est: is ad aulicos ritus nūc
 afformare sese aut certe assimulare emeniriq; aulicū hominē pos-
 sit? Hoc enim perinde esse puto, atq; si me natura uerecundum, iu-
 beas exuto statim pudore frontem acriter perfricare ad summam
 usq; impudentiam: quod quemadmodū tueri possis, ipse certe nō ue-
 deo, præsertim qui me à teneris (quod aiunt) unguiculis noueris.
 Verum esto, frōtem quoquo modo perfricare potero, etiam' ne ser-
 monem ita effingere, ut fronti duriori sermo etiam adulterinus cō-
 mentiniusq; subseruiat? Hæc alijs q; prona sint nescio, mihi certe ha-
 biui illos gestusq; et flexus corporis sermonisq; nō tenenti, nec alio
 quin etiā gnaro figuratae istius aulicæq; urbanitatis, si quādo inter
 illos Logodædalos loquor & flexiloquos, ideniudem soloeicismū ad-
 mittere contingit, etiam si lepidus esse aut disertus loquittando me-
 diter: non enim numeros assequi possum aulicæ istius elegantiae,
 quæ suari quandam palestram habet anniuersaria mutatione men-
 struaq; interpollabilem: sine cuius peritia moueri, aut prolo qui ne-
 mo non inconcinne potest risumq; (ut opinor) non in circulis ciere.
 Iam uero uestem illam ancipitem aulico utiq; homini penula magis
 necessariam, an tu habilem esse censes philosophiaē alumnis? quidē
 cothurnis illis aulicis quemadmodū pares esse possumus? Therame
 nes illos à te intelligi uolo, qui na tēperare officia, ita iura amici-
 tie interpretari nouerūt, ut inter similitates exercētes ipsi utrinq;
 gratiam summam ineant, quū neutrī plenū germanūq; officiū ex-
 hibeant. Hæc & alia permulta eius institutionis documenta quum
 nec tenere satis possim, ingenij fortasse refractarioli uitio, nec in
 ore sedeant Romanæ affectio mancipatoq; facūdiæ, per me licet ut
 alijs natura sciti & elegantes, illustreis se & beatos faciant in una
 tenebricosa: me uero lubentē curia illa nunq; tenebit, quū etiā si ma-
 xime cupiam, ne longo quidem usu suū facere & perpetuū possit.
 Quin & ut imperare mihi possim istos fortis fortune conciliato-
 res colere, stipare, & eorū fastidia perpeti, (neq; enim aut turpe
 esse credo eos homines obseruare quibus apud principē gratia fla-
 grare

grare splendereq; cōtigit, si non eosdem ad populū & ordines infamia atq; iniuria flagrare uideamus, nec ita me hebeti ingenio esse puto ut non id efficiā si uelim quod omnibus obuiū est et prouī.) Ut igitur istos beatores hominū liberali quadā obseruantia, prosequi possim, nō tamen eorū riualis esse uelim, ut eam quoq; uitā adā mem quā ipsi cōsertis (ut dicitur) manibus amplexantur. Siquidem ut est hodie aulicarū rerū status & facies, uix tertius quisq; hominū rationē habere futuræ uitæ atq; & ternæ uidetur: usque adeo uæ sanus ille amor honorū & diuinitarū, excordes homines immemo resq; reddit. Prorsus certe (inquit ille) si quidē est nimius, tibi enim hac de re assentior, ut meministi sæpe me tecū disputare solitum. Etenim cū in corde hominū religioni nostræ auspicio initiat per fidere amor rerū diuinarū debeat, atq; etiā deus ipse humanæ animæ sponsus, quasi in thalamo sic in corde cum pacta sibi anima acquiescere: (hoc enim posci Christiani hominis sacramētum in prima lustratione suscepū) is certe cor habere non uidetur, qui mentem ad captū rerum coelestī natam, ac dei consortiū, ad commoda fortunæ & externa ita trāsfert, ut nunq; apud deū, ac ne apud hominem quidem ipsum homo esse uideatur: id est sua negotia & propria & ternāq; curare, sed alias semper res agere, ut est in proverbio. Etenim scelerati illi spiritus, Orci emissarij, earū sæpe rerū sequestres (ut uidetur) atq; interuetores, quæ in aula transfigūtur, ambitionis et cupiditatū affectibus uelut uncinis cardiulcis corda hominū etiā doctissimorū ē sede sua euellunt, ut exēplis luculentis post memoriam tuam meamq; cognitum est: adiiciunt enim subdoli instictores suauitatem querendi aut uoluptatem honores assequendi, cum quibus uelut catapotij quæ anodyna uocant medici, hamus Anodyna ille cardiulus, id est eximendo cordi aptus, nullo sensu uoratur. catapotia. At uero philosophia uitæ instituendæ magistra cordates homines Philosophia reddit, humani etiam ipsa alioquin animi excitatrix ad uitutem cordatos faciēssendā. Iстos enim aulicæ disciplinæ alūnos, hamo iam uorato cit. & pernicie intus grāffante uidemus futuri & ui securos malis suis

indormire somnum Epimenidis : nec ante quā uadāte in crastinum uiatore mortis, quicquam summæ & ultimæ curæ animo agitare. Tunc trepidos illos uideas, uel uerius stupidos disiecta uasa sua uelut in tumultu colligēteis: et ut sero fortasse quoquo modo resipiscē teis, sic nondū Adrastiæ legis formulæ intelligenteiis, qua formula causam ipsi ad summū tribunal dicturi sunt. Hæc est enim iustitiæ summæ seueritas ex bono illa quidē atq; & quo iudicās, non ex iure gentiū, non ex humani sensus placitis, non è principiū ordinū huius seculi responsis. Cuius interpretationem deus idem & homo sacris quatuor uoluminibus eoru'q; appendicibus enarrauit, ijs quidē quā aures nō audiēdæ tantū, sed etiā exaudiendæ atq; etiā hauriendæ equitati sortiū sunt. Philosophia uero è contemplationis specula aduentantem mortē prouidēs, cuius diem cessisse homini iam inde aufficatu uiuendi spirandiq; intelligit, uix unquam opprimi aut occupari morte necopinata potest. Cōpositos enim penates illa suos seruans, in procinctu semper excubat, quasi nūquam nō illo immīnēte tumultu quē in horā incertam prædixit imperator, qui pro uigiliarū tessera Herculis ærumnas militibus suis dedit. Ipse enim C H R I S T V S uerus fuit Hercules qui per uiuā ærūnosam omnia monstra superauit & edomuit. Hæc & alia huiuscmodi philosophiæ dictata mihi excidisse putas, qui me inescatū illicijs aulicorū cauillaris? Cuius rei suspitionē ita à me abesse uelim, ut tamen hæc esse sententiā meam intelligas, aulicā uitam sapienti non statim ut sphingē quandā extialixer ambagiosam præsumpta in uniuersum atq; in omne tēpus opinione fugiendā esse aut auersandā: sed eam instituendæ uiae rationem uel ætate hominis, uel sorte oblata, uel necessitate tēporis tēperari, uel cōmoditate debere. Atq; ut obsigna tis tam liueris tecū agam, qui modo philosophiæ nec inertē ad res gerendas esse dicebas, nec solifugā: nunc ipse pedē efferre eam extra pomoeria uetas, atq; adeo propemodū extra limen ædium priuatarum, uidelicet quasi ad solē & puluerē caligaturā, aut quasi conueniarum illum sermonē aspectumq; nō laturam. Vide igitur ut constanter

stanter hæc tibi & congruēter dixeris. Mihī quidē multa ferre uidetur ciuilis & humanioris institutionis ratio, multa tēporū conditio, multa ingenii cuiusq; et captus, & naturæ aptiūdo ad hoc ad illud genus uitæ uersatilis, quū res hoc familiaris postulauerit: quæ omnia obseruare debet (ut opinor) litterarū studiosi, ne studium ipsi ignauū animi tantū, & uoluptatis instinuisse causa, nō etiā ad sub fidium uitæ accōmodasse uideātur. Hoc quū Cato, cum Brutus ille Ciceroni probatus, cum Seneca, cum alijs permulti litterarū eruditione prædūi factūrū, ut à studiorū secessu ad celebritatē rerum administrandarū trāsistrent, tum etiā publicarū hodie rerū interest magnopere. Quin & ad priuatārū imaginū claritatē, et nominis cuiusq; gentilitij illustrationē id ipsum suapte ui maxime ualere solet, etiam si nunc friget temporū iniquitate, ut tu antea questus es ipse. Proinde ut Crassus orator ille nobilitatus elogij Ciceronis, in eiusdē autoris dialogis inquiā, se quū honores antiquo moreprehensandi singulorū peteret, (sic enim tum ferebat ambiendi ratio) solūrum esse à se Scæuolā sacerū suum iurisconsuliū grauissimū dimittere, cū ei ita diceret se aliquāusper esse uelle inepiū: sic si olim aut propediē tēpus existat, quū uiri doctrina elegantii perpoliti, inter aulicos agere honeste ac cōmode possint, cur non etiā libētes faciant ut quod moribus ciilibus conueniū, pace philosophiæ ad aliquot annos uerecunde suscipiat, ad aliudq; institutū uitæ non migrant, sed cōmeent: id quod si fieri per occasionē oblatā bona philosophiæ uenia nequit, quid causæ est tandem quin litterarum studiosi, ut caudices marcidi tantū in tenebris fulgeant? Enim uero Budæ, ut philosophiæ studiosi circunferre philosophiam mansionatim nequeūt: sic ab litterarū ipsi amore quasi quodā Lysania comite nunq; derelinquuntur, qui molestias omneis insuetæ uitæ discuit. Pera-
 Etis autem stipendijs honestæ ambitionis quæ nullo ipsa certo numero præfiniūtur, sed alia quadā ratione modū suum sortiuntur: tum demum philosophia receptui canēs, uerum sibi redditū homines qua-
 siq; natalibus, sic ingenio restituit, quos aut ambitio ciuilis aut cu-

Philosophia
 loco & tem-
 pore ad res
 gerēdas pro-
 dire ex um-
 braculis de-
 bet.

piditas non improbata in claris ingenij, liberæ seruituti ac tempa
rariæ mancipauerant. Quod si refractaria illa uiræq; infensa phæ
losophia uiri gaudentes studiosi, inexpiabili odio dissidere cum ra
tione ciuili aulicaq; perseverarint, quid aliud quam in mætica Cra
teis (ut aiunt) extremum fati uadimoniū expectare dicentur. Hæc
est mea hac de tota disputatione sententia, quam ut fusiū ipse (ut
opinor) atq; eloquentius dixisses: ego censem more & deliberan
tiis, ut in curia summa solemus, non exornatis more dixi. Quasi ue
ro, inquam, tu leuiter hanc artem dicendi attigeris, in qua tibi iam
par esse non possum, ut video, ut nisi te studiū istud iuris nimi ope
re teneret, in quo tu matuinas horas pomeridianas que collocas;
(nec immerito, ferè enim primarij uiri eo studio inclaruerūt) scri
bendi nobis occasiōne facile præcepturus fueris. Vnus aut tu à re
gno hoc cōdīcio inuētus es, qui modū in ea re tenere possis quæ mo
dum nullū nouit, annos & dies ut præstiuas stipendijs cupiditatis
æra in comitatu principali merētis; et rursus cū emeritā ipsam quo
quo modo senseris, uelut causariæ aut ueteranæ missionē à ratione

Contra auli
cos qui ratio
nem & hone
statem rece
ptui canente
non audiūt.
Quis uero post hominū memoriā missionē
ante ab aula postulauit, q; uno ipse aut altero stipendio ære dirutus
fuit quasi uero ratio ambitionem & cupiditatē exautorare possit,
quas liberū arbitrium sacramēto ita obstrinxit, ut non milites illæ
quidem, sed deuoiae potius dici debeant. Cedò nunc unum igitur
quem uel in præcipiū canitie missionē impetrasse fateamur, nam
multos numeris expunctos ipsi nouimus, qui falso inter causarios
voluntariosq; profitentur, periti autem rerum nouerunt plane ex
autoratos esse, quibus illi frustra fucū factitare nituntur. Proinde
Deloine aut tu ex sententia animi non loqueris, aut parū nosse ui
dere naturam et pellaciā eius belluæ quā uulgas hominū curiam,

Androstibix. perspicaciores autem Androstibingem uocitat: cuius ambages dis
soluere si aulicarū rerum homines consultissimi nequeunt (quotus
enim quisq; ut dixi, explicare semel ab eis se potuit?) quomodo te
merarium nō est eam rem arbitrij nostri futurā existimare? Mitto
nunc

nunc quod si eius uiræ dies atros ac candidos numeres, multis parti-
bus maiorem illorum numerum inuenies, etiam si eos tantum spe-
ctes qui potentiæ successu obseruantiam omnium ad se trahunt, ne
dum si unum è multis consideres, quibus anguste & incômode ten-
torium habere in castris tumultuarjs illis nō statius necesse est: in
quorū manipulis similes nostri si sacrauicto adacti sint, ceteri rari so-
lent. Atqui, inquit, sic existimo uirū linerarū uere studiosum, hone-
statis amantē, & dei metuentē, nunq̄ ita deprehēsum, ita indagine
q̄libet apta, nexa, arcta q̄; cinctū esse, quin liberū arbitriū à philoso-
phia uindice hominū & assertrice cōmonefactū, & excusatū, eas
plagas(ut aiunt) ipsi summissurū sit, quibus nōnulli perdite ambi-
tiosi circunclusos esse se fingunt, nullo interlapsu exituq; relicto.
Hic etiam tu delicias facies, & fortuita hospititia angustia que
causabere, homo credo uiræ uagæ & peregrinæ insolens: ceu uero
nesciam Italiam te & urbem Romam non semel adiisse difficillimo
tempore, partim animi causa, partim cum potestate: cum tu liberā
legationem suscepisse dicerere uisendæ Italie gratia, quā tu admis-
tabare, et in ipso etiā aulæ comitatu pridē munia obtiuisse. Sed rur-
sus quod me illicio aliquo inescatū esse dicebas, qui soles omnia con-
citatius in huiuscmodi eloqui: num tandem tibi uideo, aut grauita-
tem magistratus mei immisisse, aut anteacte uiræ opinione qua-
lis est cunq; de me, cuius homini aut causæ aduerso rumore addi-
xisse? Addidisti etiā me tibi esse uisum ad ambitionē pronū, nō tam
propositio q̄ ingenio. Nā etiā ambitionē honestā claris ferè ingenij
aut cognitā esse uideo aut agnacā, gestientis tamen ambitionis cul-
pam, quam turpe semper esse cēsui, haud libēter agnoscā: & tamē
ioculari hac tua reprehēsione admonitus, uereor ne quid imprudēs
in ea re admiserim, ut est humana cōdūcio: aut ex statu cōstātiæ et
grauitatis alicubi exciderim, ut imminuisse maiestatē huius magi-
strat⁹ atq; ordinis uidear. Amabo te mi Budæ si qd in me tale an-
maduertisti, obiurgato me strenue, ac pro ea amicitia quā iā tot an-
nos colimus. Nostri enim me nihil unq̄ antiquis bonorū et grauiū exi-

stima-

loc⁹ animad
 stimatione habuisse, duntaxat secundum rectā conscientiam, cuius
 deus unus & solus explorator est. Cum aut iudicium tuū nūquam
 aspernatus sim, tū uero maxime intelligo tibi me notū eē, utpote cui
 in usu familiarissimo indicare me quam simplissime soleā, simul
 illud memini sēpe te mecū ita esse collocutū, nihil ut comodius esse
 posse dices uiro in magistratu constituto, ad magnosq; honores
 aspiranti, quām si amicum sibi unum delectū ac probauit adhiberet
 castigatore, aut certe emissariū & subauxiliatōrē, qui ad se uelut
 iure suo referret cuiusmodi esset populi de moribus eius actibusq;
 iudicium: quæ actio eius motusq; cuneorū plausum frigus' ue, quæ
 aduersum rumorē ordinū, quæ honorū & grauiū calcu' um mereri
 uideretur: sic enim futurū esse, ut iure improbari nō posset qui oīm
 propè arbitratu sese emēdauisset. Hoc aut cum pauci animaduerte
 rent, hactenus factū esse, ut egregij sēpe uiri suummos statim ho
 nores adepti, ad populū (ut dicitur) & ordines offenderēt, suarū
 scilicet ipſi inconciūnatū ignari, quæ per ora tot hominū magno
 strepitu perulgātur. Quod uero ad me attinet, ut ambitionis su
 spicione uindicare me non admodū labore: sic hoc de precari perue
 lim, ne cupiditas trāsuersum egisse, aut extra numeros probitatis
 et honestatis extulisse uideatur. Nec enim mei obliuisci ipſe possum,
 nec personæ quā mihi cum linearū studium flagrantissimum, tum
 uero collegium grauissimū amplissimumq; imposuit, in quod non
 poenitendis (ut opinor) auspicij ipſe adoptatus sum. Sed quid ego
 hæc tecū nequicquam: qui me propemodū ab incunabulis & crepū
 dijs nouisti, & cui me iam tot annos explorandū bona fide ad ma
 numq; aspiciendū præbui: ut notiores animi mei sensus omnes ei sa
 credou esse nō possint, quæ à confessionibus religiosis habeo, quām
 tibi Budæe mens mea pernotuit. Ibi ium ego renidēs, equidem, in
 quam, Deloine uideor te non leuiter commouisse: cuius rei indices
 sunt malæ istæ tuæ pleniores insolito rubore suffusæ: id quod nisi
 ut facere in mente mihi uenisset, nunquam isti facundiæ utiq; par
 esse potuissent. Etenim quis tibi hoc cōcedat, ut mihi te semper Scæ
 uolam,

uolam, & quū uoles etiam ut subinde Crassum præbeas? Vi enim si quid in foro tuo possim(tuum aut uocco in quo primaria esse autoritate te dicunt homines doctissimi) sed ut si quid ad intelligentiam enarrationeq; iuris uestri ciuilis cōminisci aliquando & afferre in medium possim, quod ex ea penu prompserim quæ uobis iuris prudentibus usualis esse nō solet(cuiusmodi nōnulla in annotationibus nostris scriptissimus in Pandectas editis, et iterū fortasse scribemus, si quādo eō animū retulerimus) id toū iudicio tuo tuiq; similiū submuto. Sic te uicissim decebat amicitiæ salte iure doctrinæ mihi fasces in ea re summisterere, qua in re nō ætatulā quidē(quod uehemēter doleo) sed ætatis bonā partē te stimulatē cōtriui, etiā si ui maiore ingenij tu in ea dē ipsa re nos superare uideare: quippe ius hoc poscere amicitiæ nosti, ut inter differendū simulata interim et affectata uel infantia uel inscritia, ab amico uinci te patiare:cū si nihil de contentione remittas, possis animū eius ægraudine nō leuiter sauciare. Itaq; quādo te nihil mihi(ut uidebā) condonaturū, uincere alia ratione nō poterā, non inuitus ipse feci ut acriore altercā di uelutiatione te è statu peruicacis facudiæ depellerē: quæ copiosius uerba uobis iuris consultis non usitata fundere, quam ut è libris tantum iuris haustam esse quis eam credat: quamquam haud admodū lubens facio, ut eam tibi facultatē tantam concedā homini in alijs studijs occupatissimo, quam omnium difficillime artiū cōparari contendere tecū soleo. Sed enim id penē muto quod nuper de te affirmaueram. Ambitiōsum esse te natura dicebā, non proposito, nunc natura ab ambitione abhorrente te uel uerius ab ambitu dico, nō itē fortasse proposito. Nemo est enim omnium quos noui ingenio & doctrina prædiōs, qui minus te prehensare homines, aut colere potest, & omnino numeros implere ambitus iusti atq; efficacis aptus sit: si quidē oportet eos qui hoc scite facere uolūt, quo iure quaq; iniuria morigeros se spondere postulantibus, ad festiuosq; uultus semper esse fictos et compositos, etiā si probi uiri esse animo obfirmauerint. Alioquin frustrari nemo potest aut devorare molestiā adeun-

tiū,

sum, & equa, iniqua, expedita, perplexa improbe postulantium: quo
 rum in odium & iurgium etiam incidas necesse est, quasiq; in cam
 po & inter comititia offendas atq; impingas, si quid & qui boniq; nō
 obsequiose dixeris. Ita qui ritus eius discipline tenere uelit, hunc ne
 cesse est duplicum quam uocant philosophiam & anticipem nosse:
 ut exotericus ipse sit & esotericus: nec idem intestinus homo sit &
 externus, sermo tantum speciosus & urbanus ac uultus blandus &
 festiuus inter se non discrepent. Ad hanc autem disciplinā et alias
 quas homines ambituros percallere oportet, cum parum te docilem
 semper animaduerterim, miror cur tibi in mentem uenerit Aristip
 pi meminisse, quem omnis (ut inquis ipse) decuit status & color &
 res: quasi uersatile mihi sit, & tibi cum uoles futurum sit ad ista in
 genium. Quo modo autem tu non ineptam sententiam hanc tueris
 contra tuum institutum, qui quum non ignores illic hominum iudi
 cia atq; etiam proposita ferè esse corruptissimā, eis tamen suadeas
 in eo conuentu esse uiuendum qui in simplicitate & candore mo
 rum spes omnes suas repositas habeant? Neq; etenim mihi ludibra
 di sunt oculi, quibus in occursu & in circulis isti uenustuli gratiosē
 esse didicerūt: nec lepores illos urbanitatis aulicē noui, quibus pro
 illecebris logodædali ad aucupandā famam scī & comitatus et eme
 redam utuntur. Quum ille rursus sermonem exceptisset, nūnius re
 giae mortis disputationem abruptā consternatione subita. Post ali
 quot autem dies cum eum domi offendisse otiosum (interuisere
 enim sēpe inuicē solebamus) continuo ut assedimus: Ecquid, inquit,
 Budæ aliud tibi in mentem uenit de disputatione nostra? an in sen
 tēria permanes? Vides enim triduo eam mutationē rerum factam,
 ut iam alius omnino sensus publicē mentis existat, diuersiqt; mores
 esse inolituri putentur: ut ferè omnia circuagit & plurima inuer
 tū regni noui exortus: certe vox famē publicē iucūdissima ad au
 res omniū fermē ordinū uenit natali huius regni. At qui eō, inquā,
 penē euasimus, ut non facundia tantū tibi huius disputationis pal
 mam sed etiā rerū euentus fortasse daturus sit. Nam si festis huius
 princi-

principatus aū spicijs rerum gerendarū progressus respōderit, erit
 omnino cur uirtus et doctrina exeant ex umbraculis, et ferre sole,
 ut dicitur, puluerēq; non renuāt: Id adeo licet ex præteriti et præ-
 sentis tēporis contētione aestimare. Quum enim ante orba respub-
 ca summis magistratibus eet, maximāq; munia partim uicarijs ope-
 ris obirentur, partim omnino non obirentur: primū nihil nec recte
 satis nec ordine (id quod necesse erat euenire) fiebat: deinde uelut
 abdicatis uel abrogatis magistratibus informis ac destituta respub-
 iniurijs intestinis externisq; expofita & obuia iacebat. Cuius inde
 gnitatis causam nunc magnopere non inquiero: id tantum dicam
 quod fama circunfert, in duas illa quidem sententias diuisa: par-
 tim hominum culpam à uertice ipso arceſſebant, qui bona magis uo-
 luntate, quam strenua & cordata ſolertia fuiffe à multis existima-
 tur: partim ad actores ipſos rerū dispensatoresq; copiarū summum
 crimen referebāt, qui hebetes oculos domini non uerētes, nec ab aue-
 ribus eius magnopere metuētes, quas obſfirmat& obaudiēti& cera ob-
 ſtructas eſſe confidebant, in libera administratione summæ rerū
 remiſſi fuiffe dicūtur, et tumultu ſecuri (ſic enim homines tū ſobriq;
 loquebātur) aut nimī ſeſe in arduis conſulētes, ut prudētes dicta-
 bant. Cōmune aut̄ ut utrisq; crimen ab homin sermone illud erat, quōd
 orbæ rerum summæ tutores ut ſucepti poſtulari nō poterant, cum
 honorarij ex diadematico genere adhibiti nulli eſſent, qui custodes
 ſaltem administrantiū in ſpecie eſſe uiderētur: ex qua rerū defor-
 mitate (ut parcissime loquar) ſecuta eſt ea Frācici nominis ſuggil-
 latio, quæ ſine inſigni mutatione rerū diſcuti nō poterat. Affūn igē
 precibus nō publicis ſed populi dūtaxat, ut ſperamus, tuelare
 numen Frācie, quū calendis Ianuarijs rex ſocer fato funtus Frā-
 ciscum nobis regem & quo animo reliquit, ut filiam quoq; ſuam regi-
 nam relinqueret. Proh ſuperi immortales quid hic primum quid
 apostremum exequar? Lampridem calenda Ianuariæ quid non pol-
 liceri ad instaurandam rei Frācie formam ac dignitatem uiden-
 tur? quo die ſtrenæ uice aurea (ut antiquo uerbo loquar) fortuna
 ad eum

Frācicus ca-
lendis Ianua-
rijs rex ap-
pellatur.

ad eum regem trāsiuit qui & corpore & animo implere uices summi imperatoris possit ut si quis unquam maiorum. Deinde nominis eius omen nonnē certā spem præmōstrat illustrādē gloriæ nostræ: cum à condito hoc imperio Franci nūc primum de suo uocabulo de nominatum habere regem coeperint? Iam uero manus illæ cinctri ces summorum magistratum, nonne militū mentes afflictas insolita ignominia, humiliq; propemodū serpentes ordinū omniū animos triduo ita erexerunt, ut altiores etiam pristinis spiritus excitarint? prorsus ut magnificū quoddā atq; amplū huius regni principiū fuerit hoc maxime nomine. Nullum enim auspiciatus esse poterat (ut quidem est hominū iudicium) quām ut pacis bellīq; artes lōgo sum morum magistratum inter regno consopitæ, statim uelut è somno diurno expurgicerentur: Quare Cācellario primo quoq; tempore dicto, uiro eximiae doctrinæ & industriæ, cum in purpura summa probate, tū aliās principi ipsi spectatæ & cognitæ, quid aliud quām ueluti iustitiū diuturnū solutū esse uisum est? Est enim ille

Cācellarius
Franciæ.

Nomophylacium.

magistratus inter togatos summus: cuius domus (quod Nomophylacium dicitur uerbo prisco) iuris custodia, legum ac constitutionum præsidium, oppressorū asylum, flagitiorū scopulus, & equitatis officina, ara suppliciū, & iure summo lapsorū administrū esse debet. Atqui (inquit ille) cum de eo magistratu in annotationibus tuis loquerere, originemq; eius à Minois tempore repeteres, nullis propè finibus munia eius circumscripsisti, quasi unus ille honor ad se summam omnium rerum munerūq; iraheret, cum principiū uires propemodum impleret, præseruit ut est hodie ratio gerendi eius honoris. Nunc ut uideo partes eius magistratus tanquam Nomophylaci tantū exequaris, quasiq; antistitis cuiusdā & qui & boni & uiue legis indulgetia, cuius interpretationē à benignitate principali postulatur, nomophylaciū uelut oraculum quoddā clementiæ principali suppliciū adeunt: quem magistratū quādiu desiderauimus, tandem & qui boni q; oraculū obmutuisse creditur: quod nūc quum luculento aditu princeps patefecerit, et alias quoq; partes inaneis in republi-

republica constituenta repleuerit, utiq; imperium iuri & legibus,
 & dignitate suam imperio, & regnum deniq; ipsum sibi restauisse
 dicetur: sed perge porro. Omnia enim hæc quæ nunc dicas, in cau-
 sam meam uertam, quasi nō tibi aqua sed mihi iam soli fluat. Quid
 mea refert? inquam, quum iamiam tibi herbam porrecturus sim,
 quòd ad controuersiam quidem ipsam, non quòd ad me pertinet:
 iuuat etiam me uictum à te in publica lætitia fateri: ita te superio-
 rem fecit non tua tantum facundia aut mea mala causa, sed euene-
 tus felicior: cuius utinā expectatio ita nobis satisfaciat, ne tibi rur-
 sum huius rei quā conjectura iudicauimus, controuersiam olim ipse
 referre possim. Atqui, inquit, non video Budæe quid ultra causau-
 rus sis, omnia nunc uides ex sententia animi tui contigisse. Cancel-
 larius is est factus quem tu maxime exoptabas, non tua magis cau-
 sa quā omnium qui in literarum studium spes suas contulissent.
 Is est Antonius à Prato, uir non modo literarum amore captus, sed
 etiam literarum amantissimus, qui cum doctis in uniuersum & in-
 geniosis nimirum fautorem se præbebit, & apud hunc nostrum Au-
 gustum alterum Mœcenatem, tum uero proprius & æternus tibi
 erit suffragator: utpote qui iandiu (ut nosti) omnia tua causa cu-
 piat: id quod & si tibi auditum compertumq; esse non dubito, ipse
 tamen tibi fidem facere uberiorem debo, qui cum ille pridem du-
 dumq; familiarius sermonem his de rebus facti uuit: de quo hoc tibi
 tantum dicam, quoniam parcus esse soleo (ut nosti) in laudibus ho-
 minum uiuentium. Hunc (nisi fallor) habebis imitatorem, & (quod
 maius est) æmulum Guidonis à Rupeforti, summi illius uiri, cuius Guido à Re-
 tu memoriam (ut arbitror) illustrissimā apud posteros redde clas- peforti,
 rissimo aliquo elogio: ut quidem te semper affici erga illius manes
 video, si quando in sermone mentio eius incidit. Prorsus, inquam, re-
 ste opinaris, si quidem ipse aliquid possim dicendi facultate: neq;
 enim est aut fuit unquam hominum quisquam cui secundum paren-
 tes plus me debere existimarem, etiam si nihil est aut fuit quod eō
 acceptum referre possem: ut qui eo tempore mortuus sit quo mihi

Antonius à
Prato can-
cellarius.

absentis & propemodum inuito optime cupere ac magnifice coepit.
 Ita fortuna cui nihil adhuc praeter otium literariū debo, obstat
 ne illius beneficia calendariū meum implerent uel augerent: tu
 enim nosti frustra me ab eo nuntijs & literis eius chirographis ac-
 cersitum, cum ego ualestudinem tum mihi incommodissimam excusarem,
 ille autem existimaret per detractionem ualestudinariū me
 esse & falso causarium: & iherum me admonens & greferrat igna-
 uo me literarum studio animum maioris fortunae despondisse, eo
 me maxime nomine increpans (o uirum summa laude dignum)
 quod eam ignominiae notam & literis & suo tempori inurerem,
 quasi docti homines neglecti tum uiderentur & abiecti, cum tame-
 nulla arte homines memorabili prædicti, opima interdum decora,
 opinione doctrinæ temeraria ferrent. Gratum est autem mihi quod
 eius uiri nunc memoriam refricas nunq; non uiris bonis iucundissi-
 mam: cuius utinam tam uere imitatorem hunc Antonium spoponde-
 ris, q; ego libenter hanc stipulationē ab eodem ipso fecerim si liceat:
 ad quod etiam eum suapte sponte animatum esse fama est: id qui-
 dem certe decet. In utroq; enim eorum ingenij ac fortunæ partes
 ita & quæ fuerunt, ut utri plus debuerit ille, hic nunc debeat, uix co-
 stituere possis. Ille summo magistratu honorificentissime delato no-
 petenti accersitus, statim eō euafit unde alius subuehi non pote-
 rat: hic nihil nō facile & scansim assēcutus est, quo togæ & praetextæ
 aspirare ius fuerit. Verum ille præstantissimi ingenij ornamentis
 instructus, et fortunæ adminiculis erectus, quum fato concessisset,
 memoriam sui magistratus clarissimā reliquit atq; testatissimam:
 Hic eandē sorte adeptus, quid in extremo eodēq; summo uitæ actu
 sit gesturus, quod fastigium laudis anteactis uitæ partibus adiu-
 rurs, adhuc in expectatiōe est: quare (quod est in proverbio prisco)
 hic magistratum uertex qualis sit, ipse uir mox ostenderit. Nunc
 quoniam tu tantopere me urges, causam haud dico quin doctrinæ
 & uirtuti ex secessu prodeundū sit, & generosa ambitione documē-
 tum sui dandū, uel in atrio regiae uel in aula interiori, si pateant
 eis

eis aditus: nō etiam si inter miscellaneā turbam possint quo quis mo
 do irrumpere aut arrepere. Hoc tamen exigā ut doceas, cæteris in
 partibus rem publicā ita esse constitutā, ut illis uelut matronis qui-
 busdam pudicis & honestis, tuto & cūra pudoris suggillationē li-
 ceat in publicū prodire. Scilicet, inquit, ab armatis istis metuis, qui
 nescio qua fama excitati primas & secundas partes suas hoc rege
 sperant fore. Ego autē accinctos uiros ita rerū potituros arbitror,
 si non plus armis q̄ consilio tribuant: cuius rei argumentū duco ab
 ipso loricatorum uertice, quem omnium uotis expetitum princeps
 rei summæ militari præfecit. Nempe ducem, inquam, Borbonianū Dux Borb
 dicit: Illum ipsum, inquit, superi boni quem uirum, quantum princi
 pēm, q̄ magnum futurum ductorē si numini diuino (ut speramus) nianus ma
 res Francicæ cordi fuerint. At qui, inquam, memini quum auspicā
 do regno princeps cancellario statim creato, hunc magistrum equi
 tum absentem tum dixisset, ut uotis hominum & famæ flagitanti
 satiſfaceret: quanta omnium lœtitia, quām certa spes quam' que
 magnifica expectatio per omne genus hominum excitata fit. Quis
 enim rei summæ constitutionem non speraret, qui censuram milita-
 rem magistratum defitum & penè oblitteratum reuocatam uide-
 ret? Deinde cuius prudentiæ fuit, quām recte uoluntatis, regem ut
 primo quoque tempore, sic non tumultuarie, non propere eum du-
 cem enī quidem dictorio, sed illi hæreditario cingere: quem cla-
 ris documentis cognitum, fama iandudum auguratrix, & præo-
 gatiua uota omnium ordinum designauerant? Magnum erat per
 se censuram armorum, quasi' que regimen restituuisse morum milia
 riū: Nomen enim ipsum eius honoris multum habet reuerentiae ad
 disciplinam rei militaris utcunque retainendam: sed maius multo
 fuit ei duci iniungere qui generis splendore augustus, moribus ge-
 nerosis insuper uenerandus, belli pacis' que artibus æque pollens,
 in prætexta, in paludamento uisendus, in confessu, in procinctu
 cordatus, domi & militiæ, in urbe & sub signis gratiosus: Martis
 (ut ita dicā) & Palladis suffragia tulisse uidebatur. Atq; euidem

Deloine nunc in memoriam mihi uenit eius temporis quod hisce annis uidimus, quum tu rebus afflitis moestus, tanquam præfisciente animo dices, te uiam unā salutis uidere, si dux Borbonianus summae rei militaris admoqueretur. Nam cum autoritas multum, tum morum maiestas plurimum in ductoribus exercituum ualent, quibus hic dono quodam Palladis prædūus est: eum uero omnes uirtutes habere dicti uabas huius regni tutelares. Quas esse pietatem imprimis aiebas & religionis reuerentiam, prudentiam, continentiam, liberalitatem, magnanimitatem, et consulendi peritos prudentesq; solertiā, quae regum maximorumq; ducū summa laus semper fuit. Addebas seuerum simul & clemētem esse, eo tēperamento ut nunquam iracundus nisi in animaduertendis indignitatibus aut sceleribus uideretur: & cum firma ac decora corporis constitutione natura prædūus esset, ad naturæ commoda accessisse educationis disciplinam dicebas sub socru foemina cordatissima, quæ numeros omnes memoriter teneret instituendorum principum: quippe quæ regis filia eadem & soror regnum olim secundo rumore administrasset. Itaq; quum eum regem habeamus, qui cum specimē sui tum alias tum in decursone militari, & simulacro splendidissimo pugnæ iustæ factitauisset, ad regnum statim assumpsus est, & mox magistrum equitum gentilem suum dixit, eum uirum (ut uno uerbo absoluam) quæ fata rebus nostris alleuandis debebant: cuius si ætas maior indoli responderit, ne Momus quidem Aesopi inueniet quod in eo reprehendat, eademq; prouidentia princeps reliquas reipublie cæ partes constituturus esse uideatur: non iniurias faciam ut in tua tandem sententiam transeam, & uiris studiosis etiam autorism ut in spem accingantur capessendæ reipublicæ: quippe si ad limiamenta præscripta ætatis florentissimæ princeps regni sui cursum uirilem peragere contenderit: haud periculum erit, ne uirtus aulicæ superbiæ ut dudum mancipetur. Absit enim ut hoc rege, his proceribus, his consultis qui rerum potiuri esse existimantur, uirtus & doctrinam turpiter in aula seruientes cultuq; indecoro cernantur

tutelares regni uirtutes.

tur quam olim Hercules in Lydia. Vidimus quam indolem future
 maiestatis princeps in tyrocinio, id est nondum Remis inaugura-
 tu, ostendit: quanto honore, quantis liberalitatibus Cæsarem (ut ita
 dicam) suum, sororis sue uirum, ducem optimum & regiae indolis
 prosecutus fit: quos uiros summae rerum secundum se præfecerit,
 quanta pietate parentem olim indulgentissimam, nunc officiosissi-
 mam colere & obseruare instituerit: ut si ad huius auspiciatus præ-
 scriptum uniuersam ipse formam principatus deliniarit: spondere
 ausim apocatastasim quādam insignem priscae Francorum gloriæ
 extituram. Francia quidem certe tantarū rerum expectatione exci-
 tata, animos illos alacreis denuo iam sustulit, quos haud ita dudum
 tacta de cœlo abiecerat. Existimant enim omnes supplicationibus
 populi cataractas cœli apertas esse, & lucem nobis redditā. Cuius
 spei cum omen haud aspernandum habemus à nomine Francisci re-
 gis ductum, tum uelut re promissore deo acquiescimus: qui signis et
 ostentis clarissimis lætitiam nobis publicam ratam fecisse existima-
 tur. His tam magnificis, tam regiis rerum administrandarum pri-
 mordijs si hoc quoq; accesserit, ut lueris & doctrinæ honos habe-
 tur à principe & primoribus, haud scio an nihil sit quod addi ad re-
 gni ampliitudinem possit. Id quidem certe fiderent affirmauerim
 ad posteros memorabile maxime fore, nos ex obsoleta & tristi so-
 cordijs facie regni, nulla aut diurna certe tantum temporis inter-
 capidine in magnificentissimam regni speciem atq; alacerrimam
 transuiisse, unamq; tantum noctem confinium fuisse sceptrorum
 squalentium atq; nitidissimorum: usque adeo numen aliquod Vertu-
 mni repente nos circumegit, uelut theatro quodam uersatili, quod
 utinam benignitate diuina fauste & feliciter regi, rectoribus, no-
 bisq; regendis eueniat. Vidimus dudum Gallici nominis genium
 antea semper cultum ac nitidum planipedis habitu in theatrum tot
 finitimarum gentium sub choragis imperiis & bona ex parte pu-
 fillis inductum. Idem (ut spes est) uidebimus propediem in cothur-
 num pristino altiore excaatum. Si modo qui summam rerum te-

nebunt hoc intelligere intellectumq; meminisse poterunt, Miner-
uæ, quâm Bellonæ numen maius ac præsentius semper ab Alexan-
dro Magno Romanisq; ducibus existimatum esse, qui imperia ipse
maxima ac clarissima omnis ævi condiderunt. Ut enim magister
equitum dux summus, & polemarchi creati viri decora multa milie-
tiae merui quasi optiones eius allecti, bellicis in rebus speciem quan-
dam magnificam & tanto imperio dignam præbebunt, recte atq;
ordine constituentes omnia: sic in rebus pacatis consiliarios adhibe-
ri neceſſe est earum rerum administrandarū prudentes, quæ pro-
cul à classicis transfiguntur, aut ipsos bellicarum rerum consultos
quasi quosdam Nestores utraque facultate pollere: id quod fieri ne-
quit si literatos oderint, aut spreuerint: magno enim errore regis-
bus olim nostris ac summæ nobilitati persuasum est, Galliæ cam-
pos naturam, Martinus (ut aiunt) orchestram esse, non etiam musa-
rum odeum uoluuisse, in quo regum ac ducum gesta clarissime cele-
brâtur. Qua de re quoniam multa in præcedentibus libris diximus,
non necessarium hic habeo longius rem prosequi. Proinde fastigium
principale nihil generosius instituere, nihil augustius uelie potest,
quâm ut rebus bellicis quasi in tumultu constitutis, literarum stu-
diosos excitare quamplurimos contendat: partim à consilijs ei fu-
tueros, muneraq; togata ac ciuilia obitueros, partim res nostras mo-
numentis literarum illustratueros, id quod Alexander Magnus quū
maxime exoptaret, uix assequi potuit: ob quod Achillem felicem
identidem appellabat, cui contigisset ipsi post mortem Homerum
præconem rerum suarum habere. Reges autem nostri ne Chœri-
los quidem suarum rerum scriptores habuerunt, ut qui nihil existi-
marent literas pertinere ad memoriam sui suorumq; æternitati pro-
dendam: qua temporum incuria factum ut res eorum gestæ & in-
stituta patria autorum silentio sepulta sint, uel ita memorie pro-
dua, ut autores pudendos magnarum rerum laudare uereamur.
Quam gentis nostræ ignominiam si reges & proceres satis æsti-
mare potuissent, præclare cum uiris literatis hactenus actū esset.

Verum

Verum enim uero quando ea quæ ad hunc principatum pertinente
nunc primum inueniuntur, non tam in commendatione ac laude posse
ta sunt quam in coniectura atque expectatione, sustinendum nobis
ulterius iudicium ad progressum usque rerum magnifico iucundoque
omine incohatarum: ne si quid secus acciderit (quod ominari no-
lim) aut in rebus secundis atque plausibilibus proceres madragoram
(ut fit) biberint, præpropere ipsi occasionem res inexploratas lau-
dandi admirandique arripuisse videamur. Quod quum dixisset, &
ille annuisset, dirempto hoc colloquio sermonem alium quaesiuiimus.
Eam autem disputationem nostram simul animi causa huic operi at-
texendam esse duxi, simul ut monumentum esset æternum (ut spe-
ro) amicitiae nostræ. Deloimus enim & Budæus insigne par amico-
rum in hac urbe existimatur esse.

FINIS LIBRI QVINTI ET VLTI

mi Gulielmi Budæi Parisiensis à secretis regijs, de

Asse & partibus eius, diligenter recogniti
& aucti. In typographia Soteria-
na ad calculum Ro-
manum.

M D XXVIII.

GV LIEL

MI BVDAEI PARI

siesis, secretarij regij, de

Aſſe & partibus

eius, Breuiar
rium.



S V P P V T A T I O G A L L I C O R V M

nummorum ad Cruciatos Germanicos.

Quinq; denarioli Turonici ualent uno Cruciatu Athesino.
Caroleus nummus ualeat duobus cruciatis.

Coronatus aureus ualeat quatuor capitibus, quos testones uulgas
appellat, hoc est, octoginta Cruciatis uel paulo plus, præsertim si
Grossus Parisiensis ualeat sex Cruciatis. Tantidē (sit solatus,
ualeat Grossus Argentoratensis, uulgo eyn schilling gros.

Solidus Turonicus, hoc est, duodenarius, que uulgas Galloru
Dussenum uocat, ualeat duobus Cruciatis ad suppurationem Basiliensem: Ad Lugdunensem uero duobus denariolis amplius.

Caroleus ualeat decem denariolis Turonicis.

Solidus Turonicus ualeat duodecim denariolis Turonicis, hoc
est, duobus cruciatis.

Supputationis Aſſis & partium eius ad monetam Basiliensem.

As uel Aſſis, res quævis in parteis duodecim diuisa. Est aut li-
quidoru, ut Aſſis tini: Pöderu, ut libra: Monetæ, ut alibi solidus, ali-
bi Plaphardus, alibi duodenarius. Hæreditas etiā Aſſis dicuntur, ut sæ-
pe apud historicos & iurisperitos. Itē Zodiacus, et omnino (ut dixi-
mus) res quæ in parteis duodecim partimur. Exemplū de moneta Ba-

1	Vncia	ein helbling.	(ſilienſt,
2	Sextans	- ein rapp, aliâs ein angſter.	
3	Quadrans	dry helbling.	
4	Triens	ein fierer.	
5	Quincunx	ein krutzer, aliâs ein funfer.	
6	Semis uel ſemifiss	ein halben plaphart, aliâs ein ſechſer.	
7	Septunx	ſiben helbling.	
8	Bes uel beſſis	ein doppel fierer.	
9	Dodrans	ein halben ſchuiutzer batz.	
10	Dextans	ein halben Costenitzer batz	
11	Deunx	eylff helbling.	
12	As uel Aſſis	ein plaphart, aliâs ein ſchilling,	

GVLIELMI BV

DAEI PARISIENSIS, SE-

cretarij regij, Breuiarium

de Assē.



S, Q V I E T A S S I S D I C I-
tur, in duodecim uncias distribuitur. As qua-
ternos denariolos nostros ualuit, & pauxillo
plus. Sic fit, ut duo asses & semis seftertium
faciant, id est, Caroleum nostrum & semis-
sem denarioli.

Duo Asses, sextans dicebantur, quod numisma paruum fuit,
cuius meminiit Plinius & Liuius.

Quadrās etiā nūmulū: & ualebat Assis quartā partem, &
Triens tertiam. Semis autē duos quadranteis ualebat.

Apud Gr̄ecos drachma in sex obolos diuisa est, et in triēteis,
quadrāteisq;. Sesquiobolus Athenis erat Romæ seftertiu.

Sestertiū, & nummus idem erant apud Romanos.

Sestertiū & estimatione nostra decē Turonicis denariolis, &
semisse denaricli ualuit.

Denarius quaternos seftertios nūmos ualebat, hoc est, quater
nos Caroleos nostros, & binos denariolos Turonicos, ex eo dictus
denarius, qđ pro decē Assibus locaretur æreis et cederet in solutū.

Sestertiū ex eo dictus est, quod ducs Asses, & semissē ua-
leret. Qua ratione quaterni seftertiū denarium Romanū ualebat.
Et seftertiū dictus, quia tertius semis est, duo sunt solidi Asses, et
semis: hic etiam nummus dicebatur, & argenteus erat.

Libra Romana, quæ & mina, & pondo dicitur, centenos de-
narios, seu quod idem est, centenas drachmas habebat. Cum igitur
denarius quaternos seftertios & quareti pondere & estimatione, li-
quet in libra Romana quadringentos fuisse seftertios, & duabus
libris et selibra, mille seftertios: qua ratione fit, ut seftertia singula
numero

B R E V I A R I V M ,

numero plurali milenos sestertios ualeant, hoc est, duas libras, & semissem. ut enim sesterius nummus dicatur, ex eo quod duos asses & semissem ualebat, hoc est, duas libras aenesis grauis, & selibram. Ita sestertia numero plurali & genere neutro ideo dicuntur, quod singula duas libras & selibram argenti ualerent, hoc est, ducentos & quinquaginta denarios, siue mille sestertios, quod idem est. Sic fit, ut decem sestertia, & decem millia sestertiūnum nummorum pro eodem ab antiquis dicerentur.

Mille sestertijs, estimatione nostra, uigintiquinq; coronatorum ualent. Dicitur autem mille sestertijs, & mille nummi: uel mil le sestertiūnum, & mille nummūm: uel copulate, mille sestertiūnum nummūm.

Cum autem mille sestertijs, id est, ducenti quinquaginta denarij, duas libras argenti, & semissem ualerent, sequitur ut libra Romana, quae & mina dicatur & pondo, decem aureos coronatos ualuerit. Coronatos aut̄ ita intelligi uolo, ut singuli trigintaquinq; solidos ualeant, quod est legitimum pretium.

Igitur decem millia nummūm, uel decem millia sestertiūnum, quod idem est, ducentos, & quinquaginta aureos coronatos ualebant. Hæc etiam decem sestertia dicuntur, cum singula sestertia, singula millia significant.

Decies sestertiūnum, idem est quod decies centena millia sestertiūnum, quæ summa centies maior est decem sestertijs. Idem est enim decies sestertiūnum, quod mille sestertia. Cum enim singula sestertia milenos nummos sestertios ualeant, si mille sestertia millies multiplicet, fient decies centena millia, quem lingua uernacula millionem uocant.

Decies igitur sestertiūnum, centies ducentos & quinquaginta aureos ualeat, hoc est, uigintiquinq; millia. Sic fiet, ut millio Romanus uigintiquinq; millia coronatorum ualeat.

Hoc igitur tenere oportet, quod quemadmodum, cum à nummis sestertijs, ad sestertia genere neutro fit trāitus, numerus mil-

lies

ASSIS B V D A I C I.

lies multiplicatur. Ita cum ad eam loquutionem uetus est, que per aduerbia numeralia enuntiatur, sestertia singula conduplicata cre scunt: ut uerbi gratia. Si centum sestertia dicam, centum millia sestertiū intelligere debeas. Quod si centies sestertiū dicā, non iam centum sestertia, sed centies centena sestertia, seu centies centena millia sestertiū, intelligendum sit.

Vt autem facilis, & obvia sit unicuique earum summarum intelligentia, quae apud autores identidē legūtur, hoc meminisse oportet, quod sequitur: ut quaevis summa etiam in digitiōs deduci possit, sine calculū, aut abaco.

Decem sestertia	ducenti quinquaginta aurei.
Viginti sestertia	quingenti aurei.
Triginta sestertia	septingenti, & quinquaginta.
Quadraginta sestertia	mille aurei.
Quinquaginta sestertia	mille ducenti, & quinquaginta.
Sexaginta sestertia	mille & quingenti.
Centum sestertia	duo millia & quingenti.
Ducenta sestertia	quinquaginta millia.
Quadrageinta sestertia	decem millia coronatorum.
Census equestris sub Iulio Cæsare.	

Quingenta sestertia	duodecim millia & quingenti.
Sexcenta sestertia	quindecim millia.
Octingenta sestertia	uiginti millia.
Census senatorius ante Augustum.	

Mille sestertia	uigintiquinq; millia.
Mille ac ducenta sestertia	triginta millia.
Census senatorius sub Augusto.	

Notandum quod supra mille sestertia Romani ferè semper per aduerbia loquebantur, infra mille nunquam per aduerbia loqui sunt, hoc modo.

Decies

ASSIS BUDAICI.

Decies sestertiū, id est mille sestertia, vigintiquinq; millia.
Duodecies sestertiū triginta millia aureorum.
Censuſ senatoriuſ ſub Auguſto.

Quindecies sestertium	triginta septem millia & quingenti.
Vicies sestertium	quinquaginta millia.
Tricies sestertium	septuaginta quinq; millia aureorum.
Quadragies sestertium	centum millia aureorum.
Quinquagies sestertium	centū uigintiquinq; millia aureorū.
Sexagies sestertium	centū quinquaginta millia aureorū.
Centies sestertium	ducenti quinquaginta millia aureorum.
Tanti estimatus est unio Cleopatræ.	

Quadringtonies sestertium decies centena millia, id est,
millio. Millies mille, id est, millio.
Tanti estimatus est à Plinio ornatus Lolliae.

Millies sestertiūm *uices quinque centena millia, id est,*
 duo milliones, & quingenta millia.
Bis millies sestertiūm *quinquagies centena millia.*
Censuſ Lentuli auguris sub Augusto.

Quater millies sestertiū decem millions dicuntur, hoc
est, centies centena millia.

Decies millies sestertium *uigintiquinq; millions.*

Quadrages millies sestertium centum millions.

Vicies septies millies seftertiūm coēgisse Tiberius dicitur, id est,
sexaginta sex millions, & quinquaginta millia aureorum corona-
torum, ut nostro sermone loquar.

*Libra Romana in duodecim uncias & semuncias diuiditur,
& uncia in octonas drachmas. Sic fit ut centenae drachmæ libram
& minam, seu pondo faciant.*

*Drachma in terna scrupula diuiditur . Sic fit ut sint uicena
quaterna scrupula in uncia . Parisienses drachmam grossum appellant.*

BREVIARIVM.

lant, & scrupulum appellant denarium, & binæ drachme sterili-
ni quinq; dicuntur, id est, quadrans unciae.

Hec de pondere dicta sufficient.

GRAECORVM SVPPVTATIO.

Mina apud Græcos idem est quod libra & pondo apud Ro-
manos: hæc centum drachmas continebat, hoc est, ter centum de-
narios Romanos, seu quadringentos sestertios.

Mina igitur decē aureos coronatos ualuit. Et drachma tres
solidos Turonicos & semissim, quanti scilicet denarius Romanus
æstimatus est à nobis, hoc est, quaterni nummi.


Talentum multiplex fūi, ut in libro nostro latissime enarra-
tum est: sed talentum Atticum quod plurimum celebratur ab histo-
ricis, sexaginta libras ualuit, seu minas, hoc est, sex millia denariorum,
uel l drachmarū, quæ sexages denos coronatos ualeat, hoc est,
sexcentos.

Talentum	sexcenti aurei.
Decem talenta	sex millia aureorum.
Quindecim talenta	nouem millia aureorum.
Viginti talenta	duodecim millia
Quinquaginta talenta	triginta millia aureorum.
Centum talenta	sexaginta millia.
Ducentata talenta	centum millia & viginti.
Quadrinctenta talenta	ducenta & quadrinctenta millia.
Mille talenta	sexcenta millia.
Duo millia talentū	mille & ducenta millia.
Decem millia talentū	sexages centena millia;
Tantifunerasse Alexander Ephestionem dicitur.	

BREVIARII BVDAICI
DE ASSE,
FINIS.


אֵיר אָמוֹנִים לְמַרְפָּא


Orandum est ut mens sana in corpore sana.



וְאֵין כְּלֵי מִזְבֵּחַ אֶתְבָּשָׂר וְלֹא יְלַבֵּשַׁ

וְלֹא תְּבַשֵּׂר הַבָּשָׂר וְלֹא תְּבַשֵּׂר





16 lb, 675 p
4 lb, 600 p

100
40
~~40~~

